

945.114
C113s

Digitized by the Internet Archive
in 2014

https://archive.org/details/summariummonumen00cacc

39

SVMMARIVM

MONVMENTORVM OMNIVM

QVAE IN TABVLARIO MVNICIPII VERCELLENSIS

CONTINENTVR

AB ANNO DCCCLXXXII AD ANNVM MCCCCXLI

AB INCERTO AVCTORE CONCINNATVM

ET NVNC PRIMVM EDITVM

CVRANTE

SERENO CACCIANOTTIO

VERCELLIS

EX OFFICINA GVLLIELMONIANA

AN. M DCCC LXVIII

g 945.114
C113s

CVRATORIBVS

MVNICIPII · VERCELLENSIS

QVI

HVIC · SVMMARIO · EVVLGANDO

LIBENTI · ANIMO · ADNVERVNT

VT

MAIORVM · RES · GESTAS · POSTERI · DISCANT

ERRORES · CAVEANT

VIRTVTES · IMITENTVR

908632

LIBRARY

LECTORI BENEVOLO

In tabulario Municipii Vercellensis liber asservatur, in quo Summarium monumentorum omnium continetur, quibus constant:

1.° Libri IV, qui vulgo *Bissoni* vel *Biscioni* appellantur;

2.° Libri II *Acquisitionum;*

3.° Libri II, quos dixerunt *Investiturarum;*

4.° Liber *Pactorum* et *Conventionum.*

Huc accedit notitia membranarum aliquot singularium.

Nempe hic liber, veluti brevis quaedam et perspicua tabula,

nobis prae oculis exhibet quidquid in hoc genere vetustum, memorabile, aut certe maximi momenti est, ad historiam illustrandam non solum Municipii Vercellensis, sed et complurium Superioris Italiae civitatum. Quare haud abs re fore visum est, si Summarium hoc typis vulgaretur: quamquam enim brevis et compendiaria est monumentorum descriptio, tamen omnia sunt fideliter et maxima diligentia expressa. Industrio viro, qui illud digessit, meritam profecto laudem non invideremus, nisi ipse, gloriae haudquaquam studiosus, nomen suum reticuisset, quod hactenus ne probabili quidem coniectura assequi licuit.

En tibi paucis quae de hoc Summario evulgando praemittenda erant. Hic autem praefandi finem facere consilium esset; sed fieri potest, ut codicum, qui in hoc Summario recensentur, praesertim vero librorum, quos vocant *Bissoni,* originem et formam nosse quis cupiat, tum quomodo illi ad nos usque pervenerint, et quare hoc nomine fuerint donati. Honesto desiderio, quoad eius fieri poterit, breviter satisfaciendum videtur.

Ad librorum originem declarandam, quibus *Bissoni* nomen est, satis fortasse fuerit ipsius notarii verba referre, qui illos, ex mandato Municipii Vercellensis, exaravit. Initio libri primi ille ait:

Hujus Operis et libri formam et ordinem dedit laudabilis vir dominus Ugolinus de Scovalochis de Cremona legum Professor tempore Regiminis domini Gaspari Grassi tunc Potestatis Vercellarum millesimo tercentesimo trigesimo septimo Indicione quinta. Deinde compleri fecit ipsum Opus cum esset Vicarius nobilis Militis domini Iohanoli Scaccabaroccii de Me-

diolano Potestatis Vercellarum anno millesimo tercentesimo quadragesimo quinto.

Ego Bartholomeus de Bazolis Notarius infrascriptus Deputatus ad hoc Opus scribendum in memoria ejusdem haec scripsi.

Quae verba iterum occurrunt in capite libri tertii, ubi idem notarius haec addit:

Millesimo tercentesimo quadragesimo quinto die penultima mensis Septembris fuerunt consignati duo libri similes huic libro in quibus sunt registrata omnia jura Comunis Vercellarum in uno scrineo conclavato duobus clavibus una quarum clavarum dimissa fuit Priori Fratrum Predicatorum de Vercellis et alia data fuit Potestati Vercellarum in Ecclesia beati Pauli fratrum Predicatorum de Vercellis, qui libri et scrineus sunt Comunis Vercellarum et ibi reccommendati et depositi nomine Comunis.

Quare autem et quo tempore quatuor haec volumina *Bissoni* sint nuncupata, hactenus compertum non est; videtur tamen hoc nomen illis factum fuisse a vipera sive angue, insigne quod erat Vicecomitum Mediolanensium, quo scilicet primum ornatum fuisse fertur horum librorum tegmen, observantiae causa erga Azonem Vicecomitem, cui, VI kal. Octobres an. post Christum natum MCCCXXXV, Ordo Vercellensis dominatum Civitatis totiusque ditionis detulerat. Quae opinio haud absurda dicenda est; siquidem hodieque videmus, a tegminis colore nomen invenisse apud nos libros illos, in quibus Regni Administri, de nostris cum exteris gentibus rationibus, vel etiam de interioribus Reipublicae conditionibus, ad Senatum et ad Populi Oratores referre consueverunt.

Ad formam quod attinet, quatuor isti libri, charta pergamena conflati, in longitudinem patent uncias XVII; in latitudinem autem uncias X cum dimidio. Primus foliis CCCCLXVIII constat; alter CCCCXL folia complectitur; tertius CCCXCVI; quartus demum CCXCVI foliis continetur. In omnibus eadem ferme manus apparet: litterarum forma, pro temporis ratione, elegans est et perspicua. Verborum contractiones non temere, sed certis quibusdam legibus fiunt, quae ab initio ad finem usque constantissime servantur. Horum librorum priores duo apographum unum conficiunt; duo posteriores, alterum eiusdem exempli apographum. Utrumque vero apographum eadem plane monumenta continet, quamquam non eodem ordine disposita, neque eadem scribendi ratione exarata. Interdum etiam eadem diplomata in altero apographo duplicantur, in altero vero desunt.

Itaque in hisce libris duplici exemplo descripta sunt cuncta monumenta, sive acta, quae a maioribus nostris *Omnia Iura Comunis Vercellarum* dicebantur, quaeque tunc in Municipii Vercellensis tabulario asservabantur, quum primum de illis describendis decretum est. Illis vero progressu temporis alia adiecta sunt documenta, quae antea ignota aut delitescentia passim reperta fuerunt.

Priori volumini accedit tabula index monumentorum quae in priori ipso volumine, et nonnullorum etiam quae in altero volumine continentur, ubi continuata est quidem tabula, sed non perfecta; quum vel ipsa desideretur notatio numerorum, qui foliorum numeris respondentes, monumentorum investigationem planiorem faciant.

Librorum compactura cum tegmine ex corio ligneis tabellis superinducto vetus illa non est, de qua supra fuit memoratum. Eos autem ita compingendos curavit, ex mandato Municipii, *Iosephus Antonius Advocatus a Quaregna,* qui in priore cuiusque voluminis pagina nomen ipse suum inscripsit (1). Quae compactura a temporum quidem, non hominum iniuria, illos asseruit: non defuerunt enim, qui ab illis unum vel alterum folium decerperent (2).

Liber *Pactorum et Conventionum* CCLXI foliis constat chartae pergamenae: eiusque longitudo est unciarum XX, latitudo vero unciarum XV.

Eiusdem chartae et mensurae sunt *Acquisitionum* libri duo, quorum alter CCLIII folia continet, alter vero CCXI: et *Investiturarum* item libri duo, quorum prior quidem LXXX folia, posterior autem CXVII complectitur.

Quinque haec volumina, quae vel nomine suo satis ostendunt quo monumentorum genere constent, non uno semper eodemque scribendi tenore sunt exarata; litterarum forma in his minus elegans et paullo infirmior apparet quam in illis quos diximus *Bissoni.* Verborum contractiones liberiores et crebriores occurrunt: in omnibus index seu tabula rerum penitus desideratur.

Hos quoque libros, qui eodem tempore descripti fuerunt,

---

(1) His verbis — 1722. *Da me Giuseppe Antonio Avogadro di Quaregna compilato il presente libro.*

(2) De quatuor hisce libris Aemilianus Apratius Eques Mauritianus, cui Vercellensis Tabularii digerendi cura paucis ferme annis fuit, notitiam exaravit, quam Aloisius Bruzza Sodalis Paullianus v. cl. Orationi suae subdidit, cui titulus: *Ragionamento sugli Storici inediti Vercellesi, letto il 12 dicembre 1843 nella solenne distribuzione dei premii agli Allievi del Collegio di S. Cristoforo in Vercelli.* — *Vercelli 1844 Tip. De-Gaudenzi.*

quo supradicti *Bissoni,* ordinandos et compingendos curavit navus ille vir, *Iosephus Antonius Advocatus a Quaregna,* qui his etiam nomen suum adscripsit.

Pergamenae singulares solutae sunt atque in temporum ordinem redactae; harum pleraeque sunt autographae, nempe exempla ipsa, unde expressi sunt libri, de quibus supra dictum est. Dolendum vero, hominum fraude vel negligentia, paucas admodum aetatem tulisse. Quare optimum et providentissimum consilium illud fuit, ut publice describerentur, atque in libros redigerentur: aliter enim uberrimos illos historiae nostrae fontes nunc posteri frustra desiderarent.

Omnia monumenta quae in his libris continebantur, quum primum conscripti fuerunt, ab anno christiano DCCCLXXXIX, ad annum MCCCXLV pertinebant; quibus si adiicias quae postea reperta sunt, iam venimus ad annum MCCCCXL, qui decimus tertius est, postquam Vercellensis Civitas, una cum ditione universa, in Augustae Domus Sabaudae fidem et tutelam recepta fuerat.

Monumenta haec, non in temporum, sed in rerum ordinem digesta fuerant: verum auctor huius Summarii temporum ordinem sequi maluit. Lingua usus est sequiore et barbaris, uti ferebat aetas, vocibus inspersa: ea tamen, quae librorum quos recensendos suscepit, dictioni apprime responderet. Illud vero animadvertendum, auctorem nostrum, in iisdem nominibus significandis, non unam eamdemque rationem secutum fuisse, quod item occurrit in exemplaribus ipsis, quos supra enumeravimus.

Singulis monumentis nomina subdita fuerant notariorum

qui illis primum subscripserant, eaque propriae manus nota confirmaverant. At omnia haec notariorum nomina omittere consilium fuit, ne, sine ulla utilitatis specie, in nimiam molem excresceret liber.

Si quis nunc petat, quaenam utilitas, quae praecepta ex hac monumentorum serie percipienda sint, multa quidem in promptu essent respondenda, at nimia fortasse atque ab huius operis natura abhorrentia. Attamen reticendum non est, per hoc temporis spatium, ad quod monumenta ista referuntur, magnum atque inlustre spectaculum nobis proponi. Italica gens, longo quasi excita somno, novam vitam recipere videtur: maior in dies et validior fit; unaque excrescunt virtutes pariter et vitia: illinc opes et gloria, hinc servitus et miseria. Italici populi, dispari genere, alius alia lege primitus viventes, ad id omnes vel sui nescii ferebantur, ut paullatim coalescerent, et eum in re humana locum et ordinem tuerentur, qui illis a Deo fuerat assignatus. Incredibile memoratu est quot labores, quae pericula facesserit illis hominum impotentia, pravus religionis sensus, ignorantia recti et invidia. Attamen virtus omnia domuit, eoque perventum est, ut quaeque civitas in populari imperio commode quiesceret, libertati fovendae bonisque artibus colendis intenta. Reliquum erat, ut universae civitates in unum tandem coirent, atque ex multis populis una Gens, unum Imperium fieret. At tunc saevire rursus fortuna et miscere omnia coepit, discordiaque grassante, omnia illa bona, tamquam pestilenti sidere afflata, in perniciem atque exitium conversa sunt.

Hoc palam faciunt monumenta haec, quae illorum tem-

porum linguam, mores institutaque referunt. Quare ex omnibus vetus illa, sed cuique tempori aptissima, sententia confirmatur: *Concordia parvae res crescunt, discordia maxumae dilabuntur* (*).

(*) SALLUST. — Bell. Iugurth.

COMPENDIUM SEU INDEX

DOCUMENTORUM OMNIUM

QUÆ

IN ARCHIVIO CIVITATIS VERCELLARUM

ET IN REGESTIS

SEU VOLUMINIBUS SEQUENTIBUS IN PERGAMENA CONTINENTUR

ORDINE QUIDEM CHRONOLOGICO SERVATO.

BISSONES volumina IV. — ACQUISITIONUM libri II.

PACTORUM ET CONVENTIONUM liber I. — INVESTITURARUM vol. II.

PERGAMENÆ DIVERSÆ ET SOLUTÆ.

VERCELLENSIS ARCHIVII MUNICIP.

ANTIQUA MONUMENTA

INDEX.

882 — 16 *Martii*

Caroli Imperatoris donatio petitione Luituardi Vercellensis Episcopi ac Imperialis Archicancellarii facta Ecclesiæ Beati Eusebii de Curte Regia, ac Curte Bujella, aliisque ibi expressis, inter quæ Pontem Notingi, confirmat quoque Curtes Paciliani atque Occimiani etc.

Datum Papiæ anno ejus imperii secundo.

Bis. t. I, *f.* 59-217. — Bis. t. IV, *f.* 210.

963 — 29 *Ianuarii*

Othonis Imperatoris donatio, consentiente Adhelaide ejus conjuge, facta Comiti Aymoni de duabus curticulis in Comitatu Vercellensi: scilicet Andurnum et Violam cum suis pertinentiis: confirmando eidem loca Alicis, Cabaliacæ etc., Bremidum Ticinense, Zentianum etc., et Fraxenetum in Comitatu Lomellinensi.

Datum Papiæ anno ejus imperii primo.

Bis. t. I, *f.* 50-58.

998 — 21 *Novembris*

Othonis invictissimi Regis Theophaniæ Imperatricis ejus matris assensu interveniente, confirmatio Manfredo filio Aymonis Comitis de prædictis locis et rebus.

Item de Curte Monteclo et Montecuchi.

Anno imperii ejus tertio.

Bis. t. I, *f.* 59.

999 — 7 *Maii*

Othonis Imperatoris confirmatio favore Ecclesiæ Santi Eusebii Vercellensis de Donatione quondam Caroli Imperatoris Luituardo Episcopo facta cum expressione omnium locorum.

Datum Romæ anno XV regni et III imperii ejus.

Bis. t. I, *f.* 60-221-223. — Bis. t. IV, *f.* 217.

999 — 7 *Maii*

Othonis Romanorum Imperatoris donatio seu confirmatio Leoni Episcopo, ac Vercellensi Ecclesiæ ad petitionem Ugonis Marchionis, ac D. Silvestro Romano Pontifice intercedente, nec non Heriberto ejusdem Imperatoris Cancellario de Comitatu Vercellensi, et Comitatu Sanctæ Aghatæ cum eorum pertinenciis.

Datum Romæ anno imperii ejus III.

Bis. t. I, *f.* 65-220. — Bis. t. IV, *f.* 215.

1000 — 1 *Novembris*

Othonis Imperatoris tertii diploma quo in restaurationem Ecclesiæ Sancti Eusebii Vercellensis donat, seu confirmat eidem multa loca, et speciatim confiscata Marchioni Arduino, et sequacibus ejus rebellibus: confirmando etiam omnia privilegia prædecessorum suorum.

Datum Romæ anno regni ejus primo, imperii vero quinto.

Bis. t. I, *f.* 216. — Bis. t. IV, *f.* 209.

1000 — 1 *Novembris*

Othonis ejusdem Imperatoris confirmatio pertinentium omnium ad Ecclesiam Sancti Eusebii, specialiter forestæ inter Bavonam et Sturiam et usque ad Sanctum Evasium et plurium aliorum locorum.

Datum Romæ anno regni ejus primo, imperii vero quinto.

Bis. t. I, *f.* 61.

1027 — 7 *Aprilis*

Conradi Imperatoris confirmatio favore Ecclesiæ Sancti Eusebii Vercellensis ad petitionem Arderici Episcopi illius Ecclesiæ de iis omnibus in diplomatibus supra 999 expressis, in specie Arduini et complicium bonis.

Datum Romæ anno imperii ejus primo.

Bis. t. I, *f.* 222. — Bis. t. IV, *f.* 219.

1027

Conradi præfati Imperatoris alia confirmatio intercedente Visla Im-

peratrice ac Rege Henrico ejus filio quorumdam locorum specialiter nominatorum.

Sine die.

Bis. t. I, *f.* 57-62.

1054 — 17 *Septembris*

Henrici tertii Imperatoris diploma quo intercedentibus Agnete Imperatrice, et coniuge, ac Henrico Rege, filio ejus, confirmat favore Gregorii Episcopi Vercellensis et ejus Ecclesiæ, Civitatem ipsam, et Comitatum, ejusque pertinentia.

Datum Maguntiæ anno imperii ejus decimo septimo.

Bis. t. I, *f.* 56-219. — Bis. t. IV, *f.* 214. — Perg.

1054 — 17 *Novembris*

Henrici præfati Imperatoris Diploma aliud amplum, quo ad intercessionem præfatorum, confirmat Episcopo, et Ecclesiæ Vercellensi nominatim cuncta, quæ in præcedentibus Othonum leguntur respective.

Datum Maguntiæ anno imperii ejus decimo septimo.

Bis. t. I, *f.* 213. — Bis t. IV, *f.* 204. — Perg.

1069 — 3 *Ianuarii*

Henrici Regis donatio Gregorio Episcopo, et ejus Ecclesiæ Vercellensi de locis Mirabelli, et Peceti, propter ejusdem Episcopi merita, et ad præces Herimanni Episcopi Bambergensis, et Hebrardi Comitis.

Datum in Goslario.

Perg Maz. I.

1083 — 4 *Iulii*

Henrici quarti Imperatoris confirmatio de promissis locis Mirabelli et Peceti favore Reynerii Episcopi Vercellensis ejusque Ecclesiæ.

Datum Sutriæ anno XXVII imperii ejus.

Bis. t. I, *f.* 206. — Bis. t. IV, *f.* 206 et 214. — Perg.

1093 — 5 *Februarii*

Sacramentum præstitum ab Alberto et Guidone Comitibus Blandrate, favore militum, et populi ejusdem loci, ipsos defendendi in propriis sediminibus et reciproce per ipsos de fidelitate servanda.

Bis. t. I, *f.* 239 et 240. — Bis. t. IV, *f.* 246.

1141 — 22 *Ianuarii*

Datum et investitura favore Comunitatis Vercellensis per Comitem

Guidum f. q. Ardicionis de Canavise et Citaflos ejus conjugem filiam Azonis Capitanei ac Gullielmum Martinum et Ubertum fratres, filios q. Comitis Ardicionis, ac nepotes ejusdem Guidonis de locis Malioni et Castelletti cum exemptione curadiæ in locis ipsorum citra Duriam.

Bis. t. I, *f.* 162-386-390. — Bis. t. IV, *f.* 134-442-444-449. — Perg.

1142 — 12 *Martii*

Gullielmus dictus Boglus de Marzanasco investivit Comune Vercellense de castro, et loco Sancti Urbani, seu ejus partis cum districtu, et pertinentiis, et cum promissione defensionis.

Actum Vercellis in Theatro.

Bis. t. I, *f.* 164-188-379. — Bis. t. II, *f.* 304. — Bis. t. IV *f.* 137-171. — Acquisit. lib. I, *f.* 91.

1142 — 12 *Martii*

Iuramentum fidelitatis, et habitaculi præstitum a præfato Guillelmo de Marzanasco Consulibus, et Comuni Vercellensi de faciendo pacem et guerram ad eorum requisitionem cum suis castris Marcenaschi, Strambinelli, Calusi, et Sancti Urbani, quod, et suis hominibus jurare faciet.

Bis. t. I, *f.* 164. — Bis. t. IV, *f.* 137 et 434. — Perg.

1142 — 18 *Iulii*

Donatio per dominos Bolengi, sive partem ipsorum, jugales et Mandualdos respective lege viventes Longobarda de eorum parte castri Bolengi in Episcopatu Iporegiensi Comuni et populo Vercellensi facta.

Bis. t. II, *f.* 323 et 378. — Acquisit. lib. I, *f.* 182.

1148 — 31 *Iulii*

Donatio favore Consulum et Civitatis Vercellensis per Michaelem Ubertum et alios de Visterno, lege salica viventes, de castro, et pertinentiis ejusdem loci cum promissione ratificari faciendi per Obertum fratrem Thebaldi quando domum revertatur.

Bis. t. I, *f.* 424 — t. II, *f.* 42 — t. III. *f.* 13-115. — Acquisit. lib. I, *f.* 182.

1149 — 17 *Iunii*

Quitatio per Consules, et Credendarios Vercellenses, qui professi sunt lege vivere Longobardorum, se recepisse ab Henrico Præposito Ecclesiæ Sancti Eusebii libras quindecim Papienses pro ultima solucione omnium jurium quæ habebant in loco Viveroni, ex parte q. Odonis de Viverono.

Bis. t. II, *f.* 2-37 — t. IV, *f.* 108.

1149 — 17 *Iunii*

Consules Vercellenses investituram faciunt domino Henrico Præposito Ecclesiæ S. Eusebii a parte, et in utilitatem ejusdem Ecclesiæ, et Canonicorum de Castro Viverone, sive de tribus partibus ex quatuor ejusdem, quas tenebat q. Otho de Viverono in beneficium ac feudum: et pro hac investitura receperunt libras XXII cum dimidio Papienses.

Bis. t. II, *f.* 38 — t. III, *f.* 109.

1149 — 16 *Iulii*

Donatio facta a pluribus dominis de Bulgaro cum consensu eorum proximiorum, affinium, viventibus lege Longobarda, de Turri cum domibus, et omnibus aliis quæ possidebant in Castro Bulgari favore Consulum, scilicet Gualonis de Casaligualono, et Ardicionis Mussi, Comunitatis Vercellensis.

Bis. t. II, *f.* 79 — t. III, *f.* 177. — Acquisit. lib. I, *f.* 242.

1152 — 17 *Octobris*

Diploma Friderici primi Imperatoris per quod intercedentibus Eugenio PP. et Airoldo ejus cancellario in suam protectionem recepit Ugucionem Episcopum Vercellensem, et Ecclesiam sancti Eusebii confirmando eis omnia privilegia et loca ipsis spectantia — nominative Monasterium S. Michaelis de Lancejo — Montem S. Salvatoris, Tridinum, Matascum, Casale S. Evasii, cum insulis, et pertinentiis suis: Castrum S. Georgii, et alia ultra Padum: deinde civitatem Vercellensem, et alia citra Padum.

Datum Vietembergiæ anno regni ejus primo: præsentibus pluribus Episcopis et Principibus.

Bis. t. I, *f.* 63-218 — t. IV, *f.* 212.

1156 — 20 *Februarii*

Fridericus Imperator Romanorum confirmat Widoni Comiti Blandrate omnia ejus privilegia, et conductum per totum Comitatum, et Episcopatum Novariensem, Vercellensem, et Yporegiensem.

Datum Francofurti anno regni ejus V, Imperii autem primo.

Bis. t. I, *f.* 53.

1164 — 27 *Decembris*

Investitura facta per Guidonem f. q. Alberti Comitem Blandrati favore Carlevarii per feudum legale de Castro Montisgrandi et de toto

eo quod ibidem, et in alio Castro ab eodem Carlevario emerat: reservato sibi jure ædificandi ibi domum prope Ecclesiam S. Mariæ si voluerit.

Bis. t. I, *f.* 247 — t. IV, *f* 258.

1165 — 19 *Ianuarii*

Præstitum factum per Comune Vercellense favore diversorum hominum de Civitate Papiæ, de variis summis pecuniarum.

Pact. etc. *f.* 29.

1165 — 5 *Maii*

Investitura concessa per d. Ugucionem Episcopum Vercellensem cum consensu Advocatorum ejus favore diversorum de Crepacorio, de eodem loco, et castro cum toto monte snper quo ædificatum est, salvis locis Sale, et Brolii in feudum rectum etc. sub pactis, quod si fecerint aliquas prensas in Curia Crepacorii, vel Quirini debeant eas submittere ipsi Episcopo: jurando omnes ab annis supra LIV fidelitatem ipsi Episcopo. Qui confessus est recepisse ab ipsis libras L denariorum bonorum Mediolan. Imperialium veterum, quæ fuerunt expensæ in emptione Netri et Donati.

Actum in porticu S. Honesti de Messerano.

Bis. t. II, *f.* 190 — t. III, *f.* 316.

1165 — *mense Iulii*

Ugucio Comes, et Episcopus Vercellensis in palatio ejusdem Civitatis investivit Conradum, Ubertum, et Gullielmum de Advocatis, ac Ubertum, et Anselmum fratres de Magnano, nomine etiam Anselmi fratris dicti Conradi, nec non Guidonis, et Alberti fratrum præfati Uberti, omnes dicti de Cerriono, de toto eo quod possidebant a parte Ecclesiæ Sancti Eusebii in Cerrione, Magnano, et locis curiæ ipsorum, scilicet Vergnascum, Magnanegonum, Mozonate, Zubintum etc. Quæ investitura facta fuit etiam consilio Roberti, Bonijoannis, et Alberti Advocatorum Episcopatus Vercellensis.

Perg.

1167 — 12 *Martii*

Ubertus, Gullielmus, Lanfrancus, Rainerius, ac Otto Comites fratres et filii q. Comitis Guidonis de Blandrate juraverunt defendere omnes milites habitantes, et qui venerint habitare in Blandrate: salva fidelitate Imperatoris Friderici, et eorum dominorum affinium.

Bis. t. I, *f.* 244 — t. IV, *f.* 233

1169 — 16 *Augusti*

Donatio facta a Guimaro Episcopo Hyporegiæ cum investitura favore Civitatis Vercellensis de Curadia quam Vercellenses soliti erant solvere in Civitate Iporegiæ.

Acquisit. lib. I, *f.* 92.

1170 — 26 *Martii*

Concordia Consulum Comunis Vercellensis cum d. Gullielmo Marchione Montisferrati sub diversis pactis hinc inde spectantibus, confinia dominii, et jura in specie in Tridino, Visterno, Castro Uguccione etc. Actum apud Portum Salugiæ.

Perg. partim igne cremata. — Acquisit. lib. I, *f.* 142.

1170 — *mense Maii*

Præceptum Consulum Vercellensium hominibus Casalis Sancti Evasii de custodiendo res et homines Vercellenses in poderio Casalis, et construendo bracchia 100 murorum Vercellis, et dando traversum Padi et jurandi hæc.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 320 — t. IV, *f.* 354.

1170 — 8 *Augusti*

Pacta inter Mediolanenses et Vercellenses de reciprocitate libertatum: item quod non accipient in Societatem Marchionem Montisferrati, Papienses, Casalenses, aliosque ibi nominatos, sine consensu unius partis per alteram obtinendo.

Perg. — Bis. t. II, *f.* 76-80-87-103 — t. III, *f.* 173-179-189-211. — Pact. *f.* 52.

1170 — 9 *Octobris*

Pacta concordiæ inter Comune Vercellarum, et Comitem Othonem de Blandrate: vigore cujus cedit Vercellensibus Castrum Montisgrandi, Candeli, Arborii, Albani, ac adhærentiam locorum ultra Sesiam.

Bis. t. IV, *f.* 231.

1178 — 11 *Iulii*

Investitura cum privilegiis concessa per Fridericum Imperatorem Aycardo de Rodobio ob ejus insignia servitia de eodem loco Rodobii, Conflentiæ, Palestri etc. et de omnibus iis, quæ Iohannes Scotia et fratres ejus acquisiverunt in dictis locis.

Bis. t. I, *f.* 20.

1179 — 9 *Octobris*

Conventio inter Comune Vercellense, et Comitem Othonem de Blandrate per omnia. — Similis ut supra 1170, 9 Octobris.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 229-230-232-235 — t. IV, *f.* 229-235-240.

1180 — 9 *Iunii*

Concessio facta per Consules Justitiæ, et Consules Societatis S. Stephani, ac Consules Credentiæ Comunis Vercellarum Iordano de Guidalardis, ac Lentelmo ejus nepoti construendi rugiam unam subtus portam novam, et ponendi ibi Molendinos.

Bis. t. I, *f.* 386-390. — Acquisit. lib. I, *f.* 248. — Bis. t. IV, *f.* 443-448.

1181

Pacta inita inter Consules Civitatis Vercellarum, ac Iacobum, et Ansaldum de Valentia nomine etiam Ugolini et Rainerii: quibus isti jurant habitaculum civitatis, et quod defendent omnes de Episcopatu qui sint in pace, et dependentia Comunis ejusdem Civitatis, et facere pacem et guerram de Castro Ugucione ad utilitatem ejusdem Comunis reservato Marchione Montisferrati, paciscentes etiam super pedagio Molarum.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 388 — t. IV, *f.* 445. — Pact. *f.* 139.

1181 — .... *Februarii*

Iuramentum præstitum per diversos Vallis Sessitis Consulibus Comuni Vercellensi, habitaculum civitatis jurantes.

Bis. t. II, *f.* 91 — t. III, *f.* 114.

1181 — 10 *Aprilis*

Venditio facta favore Comunis Vercellensis a jugalibus de Carengo de Stropiana lege viventibus Longobardorum de quodam casamento, et area in Civitate Vercellensi juxta Charengum precio librarum 100 Papiensium.

Acquisit. lib. II, *f.* 1.

1181 — 8 *Decembris*

Ordinamenta Civitatis Vercellensis, Credentia congregata in Ecclesia Sanctæ Mariæ quibus plura ad bonum statum Civitatis statuta fuerunt — scilicet prohibitio recipiendi comandos ex inimicis.

Acquisit. lib. I, *f.* 27 — et lib. II, *f.* 25.

1181 — 13 *Decembris*

Iuramentum præstitum, seu renovatio fidelitatis hominum et Comunis

Hyporegiensis Civitatis per decennium facta in Carengo Civitatis Vercellensis, populo collaudante, quo se profitentur tenere in feudum Castra S. Urbani, et Bolengi, ac jurant facere pacem et guerram ad voluntatem Vercellensium, et secreta non pandere.

Bis. t. I, *f.* 391 — t. II, *f.* 304-389. — Acquisit. lib. I, *f.* 92.

1182 — 1 *Aprilis*

Quitatio Alcherii de Langusco favore Comunitatis Vercellensis pro dextrario uno deperdito pro Comuni.

Bis. t. I, t. 356 — t. IV, *f.* 405.

1182 — 9 *Maii*

Ordinamenta per Credentiam convocatam in Ecclesia S. Mariæ, ad bonum statum civitatis Vercellensis.

Acquisit. lib. I, *f.* 27 et lib. II, *f.* 26.

1182 — 7 *Iunii*

Concordia inter Vercellenses et Torcellenses pro guerra facienda contra Casalenses, pacto quod Vercellenses stando in fortis illorum de Torcello non offendant Marchionem Montisferrati in ejus terris.

Acquisit. lib I, *f.* 61 et lib. II, *f.* 70.

1182 — 4 *Iulii*

Ratificatio cessionis Castri Mongrandi cum successivo actu possessionis favore Comunitatis Vercellensis facta per Comitem Othonem f. q. Comitis Guidonis de Blandrate. — Annexa superiori pergamena 1179 9 Octobris.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 226-227-229-233-236 — t. IV, *f.* 226-227.

1182 — 15 *Iulii*

Iuramentum præstitum Comuni Vercellensi per Comitem Othonem de Blandrate pro se et heredibus cum submissione non alienandi, nec in feudum concedendi aliquo modo id quod tenet ab ipso Comuni in Arborio et ejus territorio.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 225-228-238-234 — t. IV, *f* 223-224-228-236-237.

1182 — 8 *Augusti*

Concordia inter Vercellenses, et Gullielmum, et ejus filium Conradum Marchiones Montisferrati, aliosque eorumdem sibi vicissim de injuriis et damnis quittando, super Tridino, et Morano providendo: jurantibus Marchionibus habitaculum Civitatis, salva fidelitate imperii, ac pacta

Papiens. Astens. et Casalens. pro parte Vercellarum salvo juramento Lombardiæ.

Bis. t. I, *f.* 99. — Acquisit. lib. I, *f.* 143.

1182 — 8 *Augusti*

Promissio d. Guilielmi de Graffagno magistro Mansionum Lombardiæ, cum consensu d. Guilielmi Marchionis Montisferrati, facta Comuni Vercellensi, non recipiendi aliquem districtualem Vercellensem pro habitatore Morani: nec ipsum locum fortificandi, sine consensu Vercellensium.

Acquisit. lib. I, *f.* 144.

1182 — 12 *Octobris*

Investitura et datum domini Ruffini Comitis de Lumello favore Comunis Vercellensis de Lozo Lezzereti, ita quod homines ejusdem loci teneantur facere spalda fossata Civitati Vercellarum, prout aliæ villæ ejusdem faciunt, et quod de ipsa, et tota terra sua faciet guerram, et pacem ad voluntatem Vercellensium, nec recipiet ullos de ultra Padum. Duriam et Sessitem etc., et quod jurabit habitaculum, et solvet fodrum in Vercellis.

Acquisit. lib. I, *f.* 243.

1182 — 17 *Novembris*

Quitatio favore Comunis Vercellensis Ruffini de Alexandria de Mercadello pro quibusdam equis, et rebus amissis in servitio Comunitatis Vercellensis.

Acquisit. lib. I, *f.* 57 — lib. II, *f.* 64.

1182 — 23 *Decembris*

Iuramentum dominorum de Torcello, quo promittunt Comuni Vercellensi quidquam non manifestandi de concordia facta super guerra agenda contra Casalenses.

Acquisit. lib. I, *f.* 61 — lib. II, *f.* 71.

1183 — 13 *Februarii*

Finem et pacem fecerunt Petrus, et Mathæus fratres de Volta in manibus Clavarii Comunis Vercellensis de omni damno quod habuerunt in captione Casalis.

Bis. t. I, *f.* 357 — t. IV, *f.* 405.

1183 — 19 *Aprilis*

Præceptum d. Medardi Iudicis ac Consulum Vercellensium, populo

confirmante, Comuni et hominibus Casalis Sancti Evasii, ut teneant firmam, pacem factam cum Vercellensibus, et illis de Torcello, et facere debeant pacem et guerram et dare transitum Padi liberum Vercellensibus, salva fidelitate Imperatori et Episcopo Vercellensi.

Bis. t. I, *f.* 319 — t. IV, *f.* 353. — Acquisit. lib. I, *f.* 190 — Lib. II, *f.* 195.

1183 — 19 *Aprilis*

Pax et finis facta per Consules Casalis Sancti Evasii, militibus et populo confirmante, Comuni Vercellensi et hominibus de Torcello de omnibus quærelis, damnis, incendiis etc.

Bis. t. I. *f.* 319 — t. IV, *f.* 342 — Acquisit. lib. I. *f.* 191. — Lib. II, *f.* 195.

1183 — 26 *Maii*

Pax Constantiæ inita inter Imp. Fridericum, ac Henricum ejus filium et Societatem Civitatum Lombardiæ ibidem nominatarum, qua, inter cætera cautum extitit, quod in iis civitatibus ubi Episcopus habebat ex privilegio Imperatoris Comitatum, Consulatum earum juxta consuetudinem ab Episcopo accipiant, aliter ab Imperatore, a quo per nuncios omni quinquennio Consulatum accipiant. Pro appellationibus Imperator constituet missos qui justitiam faciant. Ratificata a pluribus Principibus.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 50-66.

1183 — 8 *Octobris*

Quitatio Lanfranchi Pelicii in manibus Oliverii Capellæ Consulis Vercellensis nomine illius Comunis recipientis de omni damno passo in captione Casalis.

Bis. t. I, *f.* 360 — t. IV, *f.* 409.

1183 — 14 *Octobris*

Alia Quitatio Petri et Mathæi fratrum de Volta, Aychino Centorio Clavario Comunis Vercellarum de toto eo quod petere possent occasione captionis Casalis.

Acquisit lib. I, *f.* 57 — lib. II, *f.* 64.

1184 — 16 *Ianuarii*

Ordinamenta ad bonum publicum, et specialiter super debitoribus non habentibus unde solvere in pecunia, facta per Comune Vercellarum.

Acquisit. lib. I, *f.* 28 — lib. II, *f.* 26.

1184 — 3 *Maii*

Concordia inter Consules Comunis Vercellensis et Iacobum de Bul-

garo pro se, et filiis qua se declarat civem et submittit se et homines suos fodro et servitiis ejusdem civitatis.

Bis. t. II, *f.* 13 — t. III, *f.* 66. — Pact. *f.* 212.

1185 — 1 *Martii*

Submissio castri et hominum Visterni facta per Gerardum q. Ermenulphi fratrem et q. Alcherii filii, Consulibus et Credentiæ Vercellensibus qui ipsos investivit.

Perg. -- Bis. t. I, *f.* 423-425 -- t. III. *f.* 12-14. -- Acquisit. lib. I, *f.* 183.

1185 — 11 *Novembris*

Venditio facta per d. Ruffinum Massarium Ecclesiæ Beatæ Mariæ Vercellensis cum consensu fratrum suorum, collaudantibus d. Alberto sacrato Episcopo Vercellarum, Canonicis, ac Capellanis diversarum et plurium Ecclesiarum ibidem recensitarum ejusdem Civitatis, Nicolao Borgnæ Procuratori Serenissimi Imperatoris Friderici de Braida juxta Pontem Servi et Hospitale, ubi constructa Ecclesia suffragii dominæ Beatricis Imperatricis pretio librarum 208, solid. 4.

Bis. t. I, *f.* 429.

1185 — 22 *Decembris*

Iuramenta habitaculi et vicinantiæ Civitati Vercellensi præstita per diversos homines de Cabaliaca et Quarenia et aliis locis.

Pactorum *f.* 159 et 163.

1186 — 17 *Maii*, 24 *Iunii*, 24 *Iulii*

Tria alia juramenta præstita per Guillielmum et Ansaldum ejus filium de Quarenia, per Iohannem et Albertum de Maguzano de Valarboito et Raymondum de Riparolio.

Pactorum *f.* 160 et 163.

1186 — 1 *Iunii*

Bulla Urbani Papæ favore Alberti Episcopi Vercellensis, qua ei confirmat singillatim, et nominatim Abbatias, et Plebes ejus Diœcesis, nec non loca, et jura ejus Episcopatui spectantia.

Datum Veronæ anno III ejus Pontificatus.

Bis. *t.* I, *f.* 215 -- t. IV, *f.* 207.

1186 — 19 *Iunii*

Investitura per Bonumjoannem de Advocatis Consulem Comunis

Vercellensis, collaudantibus Consulibus Iustitiæ, et Societatis d. Pagina Comiti S. Martini de loco Castelletti cum ejus pertinentiis, qui juravit etc.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 162-387 — t. IV, *f.* 135-445.

1186 — 18 *Septembris*

Pax et finis facta ab Albrico Broda, et fratribus de Civitate Laudensi favore fratrum de Rovaseno, nomine etiam aliorum hominum Vercellensium de omni injuria, damno etc.

Acquisit. lib. II, *f.* 49.

1186 — 13 *Octobris*

Concordia inter Gullielmum q. Gualonis de Casaligualono pro se, et Guidone fratre, et Petrum filios Henrici de Casaligualono, et Comune Vercellense de pace, guerra, habitaculo etc. in Civitate Vercellarum: et quod domini Casalis debeant ponere homines villæ veteris in villa nova, Comune Vercellense autem eas defendere et tenere ibidem mercatum.

Bis. t. IV, *f.* 403.

1186 — 15 *Octobris*

Alia sex instrumenta respicientia venditiones factas per alios ex dominis Casalis Gualoni de eorum partibus ejusdem loci: Iuramentis præstitis: ac investituras ipsis concessas per Comune Vercell.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 341-367-372-457 — t. IV, *f.* 364-383-389-400-421 425. — Pactorum *f.* 135-138.

1186 — 1 *Novembris*

Pax et finis facta per d. Iacobum Abbatem S. Salvatoris mediantibus libris 25 papiensibus, et per Othonem de Ricardo de Paciliano pro libris 50 papiensibus Comuni Vercellensi de omnibus damnis.

Bis. t. I, 356 — t. IV, *f.* 404.

1186 — 5 *Decembris*

Venditio per alodium facta ab Othone Tigna de Casaligualono de omni parte ejusdem Castri, et jurium Comuni Vercellensi unde fuit investitus precio librarum 30 sol. 10 imperialium.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 341-348-354-363-367-369 — t. IV, *f.* 383-393-401 416. — Pactorum *f.* 139.

1186 — 5 *Decembris*

Relatio facta a Consulibus Vercellensibus de juramento habitaculi in civitate præstito per Sadinum de Lozia et alios.

Pactorum *f.* 163-164.

1186 — 5 *Decembris*

Relatio facta a Consulibus Vercellensibus de juramento Othonis de Randono et Rondono de Arborio recepta ut supra.

Pactorum *f.* 164.

1187 — 11 *Iunii*

Conventio inter d. Albertum Episcopum Vercellarum, et Comune ejusdem civitatis de ædificando castrum in monte S. Laurentii, ubi comuniter Episcopus et Consules tenebant Castellanum, qui jurare debeat in manibus Episcopi et Consulum dandi ipsum guarnitum et scaritum et facere guerram et pacem ad voluntatem ipsius Episcopi, salvo contra Comune et viceversa. Quod castrum et montem Episcopus investivit nomine pignoris Consulibus Societatis S. Stephani retinenda donec Comune satisfactum fuerit de expensis in constructione ipsius montis.

Acquisit. lib. I, *f.* 230.

1187 — 31 *Iulii*

Concordia inter Vercellenses et Alexandrinos super variis capitulis præcipue super pedagiis exigendis ad Portas Civitatis Vercellarum ab Alexandrinis, et viceversa, pacto apposito, quod si aliqua querela obvenerit antequam cambium vel diffidantiam faciant, per litteras se moneant.

Acquisit. lib. II, *f.* 1.

1187 — 15 *Novembris*

Iuramentum citadinatici præstitum Comuni Vercellensi ab Uberto de Marescoto de Villanova obbligando domum unam in hora S. Stephani quam emerat a fratribus de Pagnono pro fodro et iustitia prout jussit Robertus Advocatus Consul Comunis Vercellarum.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 425 — t. III, *f.* 15 — Pactorum *f.* 162.

1187 — 2 *Decembris*

Iuramentum præstitum ab Alberto de Nicola de Blandrate Comuni Vercellensi de habitaculo et vicinesca habendo in eadem Civitate in justitia et fodro, prout alii Cives faciunt, obligando se emere domum

usque ad valorem librarum XXV, quæ talia non observando devolvuntur Comuni.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 421 — t. III, *f.* 15. — Pactorum *f.* 162.

1187

5 *Aprilis.* Manfredi de Ropolo f. q. Uberti
5 *Maii.* Bonifacii de Albano, et Gastaldi Thesaurarii
8 *Maii.* Bonijoannis de Saluzolia
24 *Maii.* Iacobi de Cabaliate
.... *Augusti.* Germani Gualæ de Crova
29 *Septembris.* Petri f. q. Antonii de Campagnola.

Iuramenta citadinatici ut supra præstita Comuni Vercellarum.

Pactorum *f.* 161-162.

1188 — 12 *Iunii*

Iuramentum citadinatici præstitum Comuni Vercellarum ut supra a Iacobo, Thebaldo, et Urso de Tronzano.

Bis. t. III, *f.* 177. — Pactorum *f.* 164.

1188 — 8 *Augusti*

Aliud juramentum præstitum a Guidone Vacha de Rosasco.

Pactorum *f.* 164.

1189

10 *Ianuarii.* Guidonis Casatii
5 *Februarii* Petri de Ariprando de Mazate
1 *Octobris.* Othonis Manna de Casaligualono.

Iuramenta ut supra præstita per ordinamenta Consulum Vercellarum.

Pactorum *f.* 164-165.

1190 — 2 *Februarii*

Dicta testium quorumdam ad instantiam Deputatorum Comunis Vercellarum super distributionem pascuorum et comunium ejusdem Civitatis per nomina et quantitates designatorum.

Pactorum *f.* 97.

1190 — 14 *Februarii*

Iuramentum citadinatici per ordinamentum Consulum, Vercellis præstitum a Iacobo de Polto de Quarenia in Ecclesia Sancti Nazarii.

Bis. t. I, *f.* 388 — t. IV, *f.* 325. — Pactorum *f.* 165-166.

1190 — 18 *Martii*

Iuramentum Consulibus Civitatis Vercellensis præstitum per Guidonem, Manfredum, Ricardum, et Bonifacium fratres de Castello faciendi guerram ad omnem requisitionem Consulum prædictorum, specialiter contra Novarienses, et Episcopum Novariæ, Romagnani Marchiones, omnesque de eorum adhærentia, nec facere pacem, et treguam, nisi ad voluntatem Comunis Vercellensis, de omnibus ipsorum fratrum, castris, villis, et hominibus sub quibusdam pactis.

Perg. — Bis. t. II, *f.* 41-44. — Bis. t. IV, *f.* 114-119.

1190 — 8 *Aprilis*

Conventio inter Comune Vercellense, et dominos de Bornate super eo quod retinebant per vim Petrum de Henrico Vercellensem sub fidantia adventus in Lombardiam Marchionis Bonifacii Montisferrati: qua ipsi de Bornate jurant custodire res, et bona Vercellensium specialiter contra illos de Romagnano, et Novaria, salvis fidelitatibus dominorum de Castello, et conventionibus cum ipsis per eosdem de Bornate alias factis a duobus annis retro, ac fidelitate Comitis Othonis, et Episcopi Vercellensis, et Comiti Uberto quoad personam tantum non de Castro. Obligando omnem eorum terram in Valle Sesiæ.

Actum in Ecclesia Bornati apud Castrum, regnante Friderico Romanorum Imperatore, et Henrico ejus filio Rege Romanorum, ac sedente Episcopo Uberto.

Postea die 24 Maii Stephanus, et Guadelbonus ex dominis Bornate fecerunt pacem, et finem Comuni Vercellarum de omni damno pro facto Petri Henricii detenti pro lib. LX imp.

Bis. t. I, *f.* 456 — t. III, *f.* 58. — Acquisit. lib. I, *f.* 16 — lib. II *f.* 12.

1190 — 13 *Aprilis*

Condemnatio facta erga Novarienses contra Vercellenses in causa commissa per Serenissimum Regem Henricum quibusdam Iudicibus de Terdona de facto loci Romagnani, destructione sepium, et pontis cum aliis damnis, et propter treguam ruptam.

Pactorum *f.* 78.

1190 — 17 *Aprilis*

Iuramentum Comuni Vercellensi præstitum a Guidone, Manfredo, Ricardo, et Bonifacio de Castello fratribus ad voluntatem consulum eiusdem, faciendi guerram contra civitatem, et Episcopum Novariensem, Marchiones, et homines Romagnani de omnibus eorum castris, villis, et hominibus

salvo de castro Gravelloni, de quo non teneantur facere guerram Mediolanensibus, salvo si irent contra Vercellenses: item jurant facere justitiam de Roglerio de Bondonno, sub Episcopo Vercellensi, quitando ipsum Comune de omnibus damnis etc.

Bis. t. II, *f.* 41-44 — t. III, *f.* 114-119. — Acquisit. lib. I, *f.* 230.

1190 — *Maii*

Concessio facta per Comune Vercellense Parochianis Sancti Iuliani, Sanctæ Agnetis, Sancti Gratiani, Sancti Laurentii, Sancti Thomæ, et Sancti Salvatoris, nomine omnium habitantium in Burgo Vercellensi de Aqua Vercellinæ, et Rivo Gualdrico pro ductu, et molendinis fiendis.

Acquisit. lib. II, *f.* 494.

1190 — 2 *Maii*

Venditio Comuni Vercellarum facta ab Othone de Maleto Notario, et domina Villa conjuge ejus, nec non Guidone ejus filio, et Imilia ipsius conjuge consentientibus, et Mondualdis de quadam terra, et resto muri quam emerat a Pelatis Vercellensibus sub cohærentiis viæ publicæ, Plateæ Arengi etc. pretio librarum xxv papiensium.

Bis. t. I, *f.* 208-209 — t. IV, *f.* 197-198. — Acquisit. lib. I, *f.* 1, lib. II, *f.* 1.

1190 — 5 *Septembris*

Ordinatum, quod Comune Vercellense succedat extraneis decedentibus in districtu Vercellarum absque descendentibus.

Acquisit. lib. I, *f.* 36 — lib. II, *f.* 32.

1190 — 19 *Septembris*

Iuramentum citadinatici præstitum Comuni Vercellensi a Ioanne Brenbano de Stripiana.

Pact. *f.* 166.

1190 — 24 *Septembris*

Iuramentum testium productorum a Florio de Gatinaria in ejus causa contra homines civitatis Novariæ, qui pretendebant ipsum esse de jurisdictione, et fodro ejusdem Civitatis, et Regis, opponente ipso, esse de jurisdictione Vercellensi, coram Ruxio Vexillifero Papiensi, legato d. Regis Henrici. Qui deponunt locum Gatinariæ esse de Episcopatu, et districtu Vercellensi, ipsumque Florium a xxx annis in ipso loco habitare, et fecisse fodra, fossata, carrigia pro Vercellensibus, et in exercitu cum ipsis fuisse ab annis xx, et quod Consules Vercellenses imposuerunt fodrum Consulibus, et hominibus Gatinariæ.

Bis. t. II, *f.* 100 — t. III, *f.* 207.

1190 — 24 *Septembris*

Sententia lata in Ecclesia Sanctæ Mariæ Castri Bremeti, præsentibus Consulibus Novariæ, et Vercellarum, a D. Aruxio Vexillifero Papiensi, Iudice Curiæ Regis, ejusque delegato in præfata causa, qua pronunciavit, dictum Florium esse de Iurisdictione Vercellensi.

Bis. t. II, *f.* 39 — t. III, *f.* 3. — Pact. *f.* 79.

1190 — 27 *Octobris*

Iuramentum citadinatici Comuni Vercellensi præstitum per Donadeum de Valentia Notarium.

Pact. *f.* 166.

1190 — 30 *Novembris*

Præceptum factum per d. Albertum de Emblavato Potestatem Vercellarum a parte Iacobi Vicecomitis Ardiciono, et Bonifacio de Vevrono, quod debeant facere fidelitatem Comuni Vercellensi de Castro Vevroni.

Bis. t. IV, *f.* 190. — Pact. *f.* 166.

1191 — 15 *Februarii*

Friderici Imperatoris Siciliæ Regis Epistola, Potestati, et Consulibus Vercellensibus sicuti ad instantiam Gullielmi Cardinalis absolutus fuit Ardicio Traphus eorum concivis, ejusque Cardinalis consanguineus a banno quod per ipsum Comune positum fuerat, et litteris subrepticiis revocatum, quod suæ mentis non fuit.

Datum Troyæ anno et mense præmissis.

Bis. t. IV, *f.* 266.

1191 — 15 *Aprilis*

Quitatio, et finis per Lanfrancum Mussum facta Comuni Vercellensi de quibusdam pellibus Agninis, Albasiis Astensibus, et aliis rebus, ibi expressis.

Acquisit. lib. I, *f.* 57 — lib. II, *f.* 64.

1191 — 10 *Novembris*

Venditio per Manfredum, et Beatricem, de Carengo iugales, lege viventes Longobarda, Comuni Vercellarum, de eorum casamento, et area in eadem civitate juxta Arengum, cui cohæret Iordanus de Guidalardis, platea Arenghi, et via: quod casamentum fuit quondam Mandulphi sive Mandoli de Stripiana fratris d. Beatricis, pretio librarum 100 minus decem.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 207 — t. IV, *f.* 196. — Acquisit. lib. I, *f.* 2.

1191 — 4 *Decembris*

Mandatum Imperatoris Henrici, Episcopis, Novariensi, et Vercellensi de componendis discordiis inter Vercellenses, et Novarienses.

Actum in camera Archiepiscopi Mediolanensis, præsentibus Gullielmo Archiepiscopo Ravennæ, Anselmo Cumano Episcopo Brixiensi, ac Episcopo Siro Salinbense etc.

Pactorum *f.* 80.

1192 — 19 *Februarii*

Ordinatum Comunis Vercellensis ad evitandum discordias inter homines ejusdem civitatis, et Episcopatus, et Marchiones Montisferrati quod nemo eis præstet pecuniam, vel fidejussionem, aut vendat rem aliquam, salvo si statim solvant.

Acquisit. lib. I, *f.* 29 — lib. II, *f.* 27.

1192 — 12 *Februarii*

Iuramentum citadinatici, ac fodri præstitum Comuni Vercellarum per Iacobum de Portelesca de Unzasco.

Pactorum *f.* 167.

1192 — 27 *Februarii*

Quitatio Comuni Vercellarum per Ministrum Operis Ecclesiæ S. Eusebii, de toto eo, quod ei debebatur ab hodie retro.

Acquisit. lib. I, *f.* 46 — lib. II, *f.* 50.

1192 — 1 *Aprilis*

Quitatio solidorum XXX imperialium facta Comuni Vercellensi ab Alberto de Mortario, nomine hæredum quondam Ioannis de Garbania.

Acquisit. lib. I, *f.* 46 — lib. II, *f.* 51.

1192 — .... *Iunii*

Iuramentum citadinatici, vicineschi, ac solvendi fodrum etc. præstitum Comuni Vercellensi per Bonum Ioannem Faba de Burgeto.

Pactorum *f.* 169.

1192 — 25 *Augusti*

Aliud juramentum simile præstitum a Nicolao, et Anrico de Marinesio de Arelio.

Pactorum *f.* 169.

1192 — 26 *Augusti*

Quitatio facta a Marra de Calipio in manibus Potestatum Sarnagi, nomine illorum Civium Vercellensium, qui stant ad custodiam Castri Sarnagi, de omni maleficio, et damno.

Acquisit. lib. II, *f.* 51.

1192 — 20 *Septembris*

Quitatio d. Rainerii de Sancto Nazario Papiensi, nomine d. Henrici Imperatoris, facta Consulibus Civitatis Vercellarum, de LX marchis argenti, datis eidem Imperatori pro facto Apuliæ.

Acquisit. lib. I, *f.* 47 — lib. II, *f.* 52.

1192 — 20 *Octobris*

Mandatum Henrici Imperatoris, Passaguerræ, et Siro de Papia Iudicibus Curiæ Imperialis super facto Calepii, et Sarneti, quoad petitionem Nunciorum Comitum Pertingi super possessione ipsorum locorum, et aliorum, vallis Calipii, et eorum, quæ a Pergamensibus in illorum terra ædificata fuerant, cognita prius causa, restitui faciendi.

Bis. t. I, *f.* 225 — t. IV, *f.* 224. — Acquisit. lib. II, *f.* 19.

1192 — 31 *Octobris*

Aliud mandatum ejusdem Imperatoris Custodibus, et Castellanis Vulpini, Sarneti, et Calepicii de observandis ordinamentis faciendis a Siro de Papia, et Passaguerra de Mediolano circa restitutionem Castrorum per ipsos retentorum.

Acquisit. lib. I, *f.* 24 — lib. II, *f.* 19.

1192 — 8 *Novembris*

Iuramentum fidelitatis præstitum erga Civitatem Vercellensem a variis hominibus Hiporegiensibus, specialiter respectu Castrorum Sancti Urbani, et Bolengi, quæ tenebant in feudum a Vercellensibus, et de tenenda fide et pactis antiquis cum Vercellensibus circa mercata, et molas: salva fidelitate Imperatoris.

Acquisit. lib. I, *f.* 94.

1192 — 1 *Decembris*

Iuramentum præstitum per Comitem Albertum, ejusque filios de Blandrate Consulibus Societatis Sancti Stephani Vercellarum de observanda tregua posita per Consules Vercellenses inter illos de Hiporegia, et Comitem Rainerium, et Obertum fratres de Blandrate, quæ dicebatur rupta, salvo quod si sciverint Marchionem Montisferrati, media persona,

ejusdem Comitis velle offendere Hiporegienses, per octo dies ante motionem hujus monere debeant Consules Vercellenses. Quod juratum fuit et ab Hiporegiensibus.

Bis. t. II. *f.* 11 — t. III, *f.* 64.

1192 — 30 *Decembris*

Iuramentum præstitum a Comite Rainerio de Blandrate de observanda tregua posita per Consules Vercellenses inter ipsum, et ejus fratrem Comitem Ubertum quæ dicebatur rupta, dando in obsides duos milites: quod et juravit Guidoni Episcopo, et suis hominibus Hiporegiensibus: salva fidelitate Imperatoris: et ubi ipse Imperator nollet observantiam dictæ pacis, et treguæ, monebit per quindecim dies ante Consules Vercellarum.

Actum Hiporegiæ in Castro Sancti Mauritii: intercedente in hac promissione etiam D. Guidone Episcopo Hiporegiæ.

Bis. t. II, *f.* 51 — t. III, *f.* 131. — Acquisit. lib. I, *f.* 93.

1192 — 31 *Decembris*

Quitatio facta per Guidonem de Castello, et fratres Comuni Vercellarum de toto damno, maleficio, incendio, cum ratificatione pactorum quibus tenentur erga ipsum Comune.

Acquisit. lib. I, *f.* 47 — lib. II, *f.* 52.

1192 — 31 *Decembris*

Relatio Consulum Comunis Vercellarum, dedisse Guidoni de Castello, et fratribus libras quinquaginta Papienses pro expensis, quas fecerant in ipsa civitate, quando juxta præceptum d. Alberti Episcopi, ac ordinationem Consulum Vercellarum ibi venerunt, et steterunt causa faciendi pacem cum Novariensibus.

Acquisit. lib. I, *f.* 47 et lib. II, *f.* 53.

1193 — 21 *Ianuarii*

Iuramenta habitaculi, et citadinatici Gulielmi, et Roberti Laurentiati, Conradi, et Petri de Carlevariis de Herborio præstita Comuni Vercellarum.

Pactorum *f.* 167.

1193 — 27 *Februarii*

Submissio sub hypoteca unius domus per Rainerium de Montebello facta Comuni Vercellensi pro observantia habitaculi jurati ab eodem.

Pactorum *f.* 171.

1193 — 28 *Februarii*

Iuramentum habitaculi et citadinatici præstitum ab Othone de Ultrafossa de Palatiolo.

Pactorum *f.* 167.

1193 — 14 *Aprilis*

Iuramentum prout supra Martini Russi de Tronzano.

Pactorum *f.* 171.

1193 — 21 *Iulii*

Iuramentum habitaculi et citadinatici præstitum ab Ardicione de Collo-capra de Bugella et quod non prohibebit hominibus Vercellensibus quidquid tenet, et acquisierit in castro Montegrando, et territorio, et quod faciet pacem, et guerram ad eorum requisitionem: salvis Comitibus de Blandrate, eorumque sociis.

Pactorum *f.* 213.

1193 — .... *Augusti*

Iuramentum ut supra Anselmi de Lenzolo de Hyporedia, et Ioannis Bondenarii pariter de Hyporedia.

Pactorum *f.* 167 et 170.

1193 — 27 *Augusti*

Emptio loci, curtis, et castri Burolii, cum tota ejus castellania, facta per Consules Comunis Vercellensis pretio librarum centum quinquaginta argenti bonorum denariorum Segusiæ, ab Aicardo de Burolio, suo, et nomine Henrici Ardicionis, Robaldi, et Philippi fratrum suorum, ac nepotum, filiorum q. Iordani Blanci de Burolio. Postea confirmante d.ª Mathelda vidua ipsius Iordani. De quibus omnibus, deinde prædicti Consules, ipsos venditores investiverunt: qui fidelitatem juraverunt etc.

Perg....

1193 — 23 *Septembris*

Iuramentum præstitum ab Amedeo, et Guido Follia de Montealto, et Conrado, q, Gulielmini de Septimo per ordinationem d. Guidonis Episcopi Hiporegiensis de salvando, et custodiendo homines Episcopatus Vercellensis et Hiporegiensis: et specialiter molarios, et nuncios eorum, ac custodiendi stratas per eorum poderia tam peregrinantibus ad limina Sanctorum, quam aliis, ipsasque ab invasionibus latronum defendendi.

Bis. t. I, *f.* 437. — Acquisit. lib. I, *f.* 96.

1193 — 26 *Septembris*

Domini, Aicardus, ac Henricus, nec non Ardicio Rabaldus, et Philippus eorum nepotes f. q. Iordani Blanci de Burolio confitentur habuisse a Comuni Vercellensi libras centum quinquaginta bonorum denariorum Segusiæ, pro quibus fecerunt datum, et venditionem, ipse Aicardus pro dimidia parte, et alii pro alia dimidia de castro Burolii, cum tota turri, et area, ac capella dicata sub titulo sanctorum Pauli, et Ioannis, et de toto eo quod acquisiverint deinceps in ipso castro, et pertinentiis, ac juribus ibidem expressis, banaliis, advocatiis, aquis, salariis, paludibus etc.

Deinde sequenti die Consules, nomine Comunis Vercellensis, ipsos Henricum, Ardicionem, Rolandum, et Philippum investiverunt de præfatis rebus: qui juraverunt fidelitatem, proposita formula.

Bis. t. I, *f.* 436-437-452-454 — t. II, *f.* 305-384 — t. III, *f.* 29-30-32-54-55. — Acquisit. lib. I, *f.* 122.

1193 — 5 *Octobris*

Ordinamentum Consulum Comunis Vercellensis Nicolao, ejusque filio de Montealto virtute eorum juramenti, standi jussionibus Consulum Comunis, ac Iustitiæ, et Sancti Stephani ejusdem civitatis de prexone Vercellini scutarii, et comandiciis, quas Vercellenses habent in Episcopatu, et de omnibus rebus ipsis Vercellensibus ablatis a tempore, quo ipse Nicolaus venit de ultra mare, et de restituendis locis Netri et Donati: et ideo jubent ei iurandi de parendo Vercellensibus, ipsosque salvare ubicumque, contra latrones specialiter, et depopulatores, et faciendi guerram, et pacem etc. pro quo obligarunt dicta eorum Castra Netri, et Donati.

Bis. t. I, *f.* 431 — t. III, *f.* 23.

1194 — 20 *Aprilis*

Remissio reciproca de omnibus injuriis, et damnis inter Civitates Vercellensem, et Astensem, pacto apposito, quod, si quis extaret debitor, debeat justitiam facere in ea civitate ubi haberet debitum.

Acquisit. lib. I, *f.* 246.

1194 — 20 *Aprilis*

Iuramentum habitaculi Civitati Vercellarum præstitum per Ioannem Galia de Carexana.

Pactorum *f.* 171.

1194 — 21 *Aprilis*

Conventio inter Comune Vercellarum, et Comune Astense de se non offendendo reciproce propter contractus hinc retro factos.

Acquisit. lib. I, *f.* 247.

1194 — 27 *Aprilis*

Submissio sub hypoteca Comuni Vercellensi facta per Iacobum Bonamicum de domo una in ipsa Civitate pro observatione habitaculi per ipsum jurati.

Pactorum *f.* 170.

1194 — 9 *Maii*

Pacta ligæ inter Astenses, et Vercellenses ad annos quinquaginta respectu etiam d. Henrici Imperatoris ad se defendendum specialiter a Marchione Montisferrati, et faciendi exercitum una vice per annum per loca ibi designata inter Padum, et Tanagrum: salvis Episcopis Vercellensibus, et Astensibus, ac Comite Uberto Grasso de Coconato. Actum in Ecclesia Sancti Germani de Paciliano.

Acquisit. lib. I, *f.* 226.

1194 — 1 *Iunii*

Iuramentum citadinatici, vicinantiæ, ac fodri præstitum Comuni Vercellensi ab Homodeo, et Theobaldo fratribus de Marta de Casali Rubeo.

Pactorum *f.* 171.

1194 — 10 *Iunii*

Quitatio nomine Imperatoris Henrici facta per Aribertum de Wastalla librarum centum quinquaginta papiensium Martino Bicherio Consuli, et Comuni Vercellensi per ipsum Comune debitarum.

Acquisit. lib. I, *f.* 48 et lib. II, *f.* 53.

1194 — 25 *Iunii*

Pacta concordiæ inter Comune Vercellense, et Comune Novariense de se adjuvando contra quoscumque, salvo Imperatore, et hoc jurare omnes ab annis quindecim ad septuaginta. Et quod Novarienses debeant tenere Blandratem destructum, nec auxilium præstare Comitibus Blandrate, ac hominibus, salvis illis qui juraverunt habitaculum Vercellense, et Novariense: et qui infra decem dies venerint habitare in ipsis civitatibus: remittendo Vercellenses Novariensibus juramenta illorum de Valle Sicida, ac loca Casalegii, et Bulgarengi: reservato Casaligualono Vercellensibus, et quod illi de Romagnano possint habere naves super Sessitem. Quæ concordia durare debeat per annos quinquaginta; salvis Taurinensibus, et Astensibus, ac Mediolanensibus, et generali Societate Lombardiæ: acta in Ecclesia S. Petri loci Casalini.

Bis. t. I, *f.* 250 — t. II, *f.* 18 — t. III, *f.* 76 — t. IV, *f.* 216. — Pactorum *f.* 80.

1194 — 14, 29 *Septembris*

Gilii de Lenta de Carexana, ac Falchi de Deciana, et Philippi Ferrarii de Castelleto juramentum Citadinatici Comuni Vercellensi præstitum.

Pact. *f.* 170 et 213.

1194 — 2 *Octobris*

Ratificatio Comunis Novariæ de præmissa Concordia per Consules ac Paraticos facta prout scripta extitit per Notarios Olricum Novariensem, et Lantelmum Vercellensem, et hæc præsentibus Consulibus Vercellensibus.

Bis. t. I, *f.* 250 — t. II, *f.* 18 — t. III, *f.* 77 — t. IV, *f.* 263. — Pact. *f.* 82.

1194 — 16 *Octobris*

Martini Russi de Tronciano obligatio Comuni Vercellensi de quadam domo facta pro observantia juramenti Citadinatici alias præstiti.

Pact. *f.* 168.

1194 — 30 *Novembris*

Præceptum factum per d. Albertum de Emblavatis Potestatem Vercellensem vice Comunis Vercellarum Ardiciono, et Bonifacio de Vevrono fidelitatem præstandi pro ipso loco, et Castro Vevroni.

Bis. t. I, *f.* 205 — t. IV, *f.* 190.

1195 — 24 *Martii*

Iuramentum Citadinatici præstitum Comuni Vercellensi per Ubertum Casurtium de Plancheta.

Pact. *f.* 168.

1195 — 1 *Iunii*

Diploma Henrici Romani Imperatoris, ac Siciliæ regis, Vidoni de Rodobio concessum propter ejus insignia servitia, ipsum investiendo de locis, ac jurisdictione Rodobii, Conflentiæ, Rovaxini, Palestri, Rivaltellæ, et Castrinovi de cunctis regaliis ibidem numeratis: salvis iis quæ tenentur a fidelibus Imperii, et iustitiis faciendis per Legatum imperii: qui Vido juravit fidelitatem.

Datum Mediolani.

Bis. t. I, *f.* 21.

1195 — 14 *Iulii*

Iuramentum Citadinatici, ac vicinantiæ, et fodri Civitatis Vercellensis in manibus Consulum ipsius Civitatis præstitum, sub obligatione emendi domum in ipsa Civitate a Petro nepote Martini Medici de Casaligualono.

Pact. *f.* 168.

1196 — 11 *Aprilis*

Quitatio librarum octo imperialium solutarum nomine Comunis Vercellarum d. Rustico Rectori Civitatis Faventiæ pro talea imposita civitatibus societatis pro facto Faventiæ.

Acquisit. lib. I, *f.* 48 et lib. II, *f.* 54.

1196 — 8 *Iunii*

Quitatio Gualberici Pastæ de Conflentia de quibusdam damnis passis ex parte Comunis Vercellarum tempore d. Alberti de Mandello Potestatis ejusdem civitatis.

Acquisit. lib. I, *f.* 49 et lib. II, *f.* 55.

1196 — 10 *Iunii*

Quitatio Burii de Conflentia pro certis damnis datis ei per Comune Vercellarum.

Acquisit. lib. I, *f.* 60 et lib. II, *f.* 55.

1196 — 18 *Iulii*

Quitatio Nicolai de Ulmo ut supra.

Acquisit. lib. I, *f.* 49 et lib. II, *f.* 54.

1196 — 15 *Augusti*

Emptio facta per Conradum de Advocatis, et Dalphinum Ticionem Consules et nomine Comunis Vercellarum a Guillelmo Qualia de terra in qua erat constructa domus Iacobi Tralla prope Portam Araldam, pretio librarum quatuor papiensium. Et ibidem *incontinenti* (illico) ipse Iacobus Tralla venditionem fecit de eadem domo, pretio librarum quatuor papiensium.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 397 — t. IV, *f.* 457.

1196 — 20 *Septembris*

Pax, et finis de omni damno, et injuria per Albericum Brodam Maltalentum, et Guidonem fratres, facta in manibus, et ad favorem Girardini, et Perini q. Alberti de Rovaxeno nomine hominum Civitatis Vercellensis et Episcopatus.

Acquisit. lib. I, *f.* 43.

1196 — 22 *Octobris*

Diploma Henrici Imperatoris favore Uberti, et Rainerii Comitum de Blandrate, in sua protectione ipsos recipiendo prout fecerat q. Fridericus Imperator genitor ejus, ipsisque Blandratum, ac alia loca ibidem

specificata una cum Hiporedia superiori, et inferiori, castrum sancti Georgii, Valdemaxii, Castrum novum, aliaque plura: et ea quæ Rodulphus de Monteacuto, dederat ipsi Guidoni a parte d. Bertæ ejus filiæ, ac ripam Ticini quam tenebat ipse Comes Guido.

Datum anno Imperii ejus sexto.

Bis. t. I, *f.* 54.

1197 — 22 *Iulii*

Venditio per Petrum, et Bartholomeum fratres de Aplano, consentiente Iacobo Bricone eorum patruo, facta Comuni Vercellensi, de domo una, jacente retro Capellam S. Nazarii in alodium, reservato fictu denariorum duodecim papiensium Canonicis Sanctæ Mariæ, solvendorum annuatim, pro pretio librarum viginti duo papiensium.

Bis. t. I, *f.* 203 — t. IV, *f.* 120. — Pact. *f.* 168.

1197 — 15 *Augusti*

Ordinamenta facta per Martinum Bicherium Consulem Comunis Vercellarum ad honorem, et utilitatem ipsius Comunis, congregata Credentia in Ecclesia Sanctæ Trinitatis, scilicet quod locum, Castrum, et homines Villænovæ sint deinceps exempti ab omni fodro, banno, curadia, successione, etc. aliisque oneribus, et sediminum fictis: ac cum aliis privilegiis ita quod sit immediate subjectum Comuni Vercellarum.

Bis. t. I, *f.* 419 — t. IV, *f.* 7. — Pact. *f.* 151.

1197 — 9 *Novembris*

Ordinamenta Consulum Comunis, et Iustitiæ, et Societatis S. Stephani, et Sapientum Vercellarum super curadiam, lorbussam, pischeriam, et sedimina loci Villænovæ a domo Bonijoannis Lialese, usque ad domum Lanfranchini, et super definitione Castri, et loci etc.: pro dominis loci cum facultate hominibus alienandi etc. Eodem mense in loco Villænovæ in porticu Burini Guillelmus quondam Rolandi de Villanova vendit Comuni Vercellarum pretio solidorum triginta sex papiensium omnes ejus honorantias, pascherias, et res quas habet in eodem loco.

Bis. t. I, *f.* 411 — t. III, *f.* 2, — Pact. *f.* 153.

1197 .....

Ordinamentum seu decretum Comunis Vercellensis quod nemo de Civitate, et Episcopatu præstitum faciat Marchioni Montisferrati, ejusque

hominibus. Confirmatum anno 1206, 3 Martii etiam de Comitibus Canepicii a flumine Duria sursum, et Comitibus Blandrate providendo.

Acquisit. lib. I, *f.* 29, et lib. II, *f.* 28.

1198 — 15 *Martii*

Concordia, et liga inter Vercellenses, Astenses, et Cesarienses de guerra facienda contra Marchiones Montisferrati, Casalenses, et Pacilianenses: et illos de Cabagnolio, tam citra quam ultra Padum, pacto apposito non faciendi cum iis pacem absque consensu omnium eorum Civitatum, et amicorum: quæ jurari debeat ab hominibus ipsarum ab annis quindecim ad septuaginta: salva concordia Societatis Lombardiæ etc.

Acquisit. lib. I, *f.* 227 — lib. II, *f.* 203.

1198 — 16 *Martii*

Iuramentum præstitum per Vicarium Potestatis Civitatis Cæsareæ Consulibus Iustitiæ Vercellensibus: pro observantia promissæ concordiæ, salvis pactis Mediolanensium, et Societatis Lombardiæ, ac fidelitate Anselmi, et Delphini Marchionum de Bosco, et pactis Marchionum Gavii, locorum Cassinarum, et Maxii, ac Marchionatus Incisæ.

Acquisit. lib. I, *f.* 228, et lib. II, *f.* 205.

1198 — 4 *Aprilis*

Submissio jurata Consulum, ac hominum Casalis S. Evasii standi ordinamentis Consulum Vercellarum, specialiter de discordia Episcopi, et Civitatis.

Acquisit. lib. I, *f.* 191, et lib. II, *f.* 196.

1198 — 4 *Aprilis*

Confessio Consulum Casalis S. Evasii, ac aliorum ejusdem loci se herina die jurasse stare omnibus mandatis Consulum Comunis Vercellensis, specialiter de discordiis Episcopi, et Civitatis Vercellarum, pro cujus observantia pignus dabunt, et si defecerint, nullum auxilium eis præbeatur dum venerint habitare in civitate Vercellarum.

Bis. t. I, *f.* 333 — t. IV, *f.* 371.

1198 — 9 *Septembris*

Promissio Consulum Comunis Casalis S. Evasii Ambaxatoribus Civitatum Alexandriæ, et Astæ faciendi concordiam cum Comuni Vercellarum sub pœna obsidum existentium in fortiis Potestatum Alexandriæ, et Astæ. Tota Credentia Casalis confirmante.

Bis. t. I, *f.* 330 — t. IV, *f.* 367. — Acquisit. lib. I, *f.* 193, et lib. II, *f.* 198.

1198 — 10 *Septembris*

Liberatio facta per Drudum Marcellinum Potestatem Vercellarum hominibus Casalis, et eorum parti de omnibus damnis datis Vercellensibus; specialiter de præceptis Aychini de Centorio, et sociorum factis dictis hominibus; salvis præceptis Ambaxatorum Alexandriæ, et Astæ, et præceptis d. Episcopi, et Ecclesiæ Vercellarum.

Acquisit. lib. I, *f.* 193 et lib. II, *f.* 199. — Bis. t. I, *f.* 316, t. IV, *f.* 348.

1198 — 10 *Septembris*

Submissio quorumdam Casalensium constituendi se in obsides Ambaxatoribus Astensibus, et Alexandrinis, et standi eorum præceptis.

Acquisit. lib. I, *f.* 194, et lib. II, *f.* 200.

1188 — 11 *Septembris*

Alia submissio Guillelmi Fol-Perto.

Acquisit. lib. I, *f.* 19, et lib. II, *f.* 201.

1198 — 12 *Septembris*

Pax ordinata inter Vercellenses, et Casalenses per Oratores Civitatum Alexandriæ, et Astæ datis sexdecim obsidibus per Casalenses. Qua ordinatum fuit Casalenses remittere debere damna eis illata per Vercellenses, Astenses, Alexandrinos, Taurinenses, et alios de eorum societate. Tradere ipsùm locum Vercellensibus, et facere pacem, et guerram ad eorum voluntatem, maxime contra Marchionem Montisferrati, nec aliquam cum eo ac Papiensibus societatem facere: item et salvare debere jura Ecclesiæ Vercellensis in ipso loco etc. et auxilium præbere Vercellensibus in locis Balzolæ et Villænovæ.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 328-330 — t. IV, *f.* 357-367. — Acquisit. lib. I, *f.* 195 — lib. II, *f.* 201.

1199 — 14 *Martii*

Promissio Bonifacii, ac Guillelmi ejus filii Marchionum Montisferrati juramento firmata, standi ordinamentis Ambaxatorum Mediolani et Placentiæ de discordiis cum Vercellensibus, Alexandrinis et Astensibus, eorumque partibus. Actum prope Valentiam.

Bis. t. I, *f.* 144 — t. IV, *f.* 120. — Acquisit. lib. I, *f.* 145.

1199 — 22 *Aprilis*

Promissio d. Petri de Petrasancta Potestatis Astensis nomine ipsius civitatis, præsentibus Nunciis Mediolani, Placentiæ, Alexandriæ, et Ver-

cellarum standi ordinamentis Comunium Mediolani, et Placentiæ de omnibus discordiis civitatis Astensis cum Marchionibus Montisferrati.

Bis. t. I, *f.* 146 — t. IV, *f.* 121. — Acquisit. lib. I, *f.* 145.

1199 — 23 *Aprilis*

Facultas data per Potestatem Alexandriæ nomine ejusdem Comunis Ambaxatoribus Comunis Astensis, committendi Comunibus Mediolani, et Placentiæ omnes discordias cum Marchionibus Montisferrati.

Bis. t. I, *f.* 147 — t. IV, *f.* 122. — Acquisit. lib. I, *f.* 146.

1199 — 23 *Aprilis*

Alia facultas ut supra ex parte Comunis Vercellensis facta circa præmissa.

Bis. t. I, *f.* 148 — t. IV, *f.* 122. — Acquisit. lib. I, *f.* 147.

1199 — 23 *Aprilis*

Iuramentum præstitum a d. Ghiselerio de Andito Potestate Alexandriæ, nomine ipsius Comunis in manibus Oratorum Mediolani, et Placentiæ standi eorum ordinamentis de discordiis cum Marchione Montisferrati, et ejus patre.

Acquisit. lib. I, *f.* 147.

1199 — 28 *Aprilis*

Iuramentum præstitum ab Othone de Carretto, et Guillelmo de Bosco Marchionibus, Comite Rainerio de Blandrate, Ferrario Capitaneo Valentiæ, aliisque seguacibus d. Bonifacii Marchionis Montisferrati, dandi operam cum effectu quod ipse Marchio, et Guillelmus ejus filius observabunt præcepta Comunis Mediolani, et Comunis Placentiæ de discordiis cum Alexandrinis, Vercellensibus, et Astensibus, eorumque parte.

Actum in ripa Padi prope Pontem Sturiæ.

Bis. t. I, *f.* 145 — t. IV, *f.* 120. — Acquisit. lib. I, *f.* 149.

1199 — 28 *Aprilis*

Ordinamentum Ambaxatorum Mediolani, et Placentiæ Marchioni Montisferrati, ejusque filio factum, nec non et Comunibus Astensi, Alexandrino, et Vercellensi de observanda tregua usque ad octavam Resurrectionis prout juramenta fecerant, ipsisque Marchionibus dandi in manibus Mediolanensium, et Placentinorum Castra S. Salvatoris, Luni, et Viniati.

Bis. t. I, *f.* 145 — t. IV, *f.* 121. — Acquisit. lib. I, *f.* 149.

1199 — 28 *Aprilis*

Iuramentum parte Comunis Vercellensis præstitum Oratoribus Mediolani et Placentiæ standi eorum præceptis super discordias cum Marchionibus Montisferrati.

Acquisit. lib. I, *f.* 148.

1199 — 28 *Aprilis*

Iuramentum ut supra præstitum per Comune Astense: salvo quod non possint fieri præcepta contra juramenta quibus ipsum Comune sit adstrictum.

Acquisit. lib. I, *f.* 229, et lib. II, *f.* 206.

1199 — 2 *Maii*

Cessio per Marchionem Bonifacium Montisferrati favore Comunium Mediolani, et Placentiæ de omnibus juribus in captivos Novariæ, Vercellarum, Alexandriæ, et Astæ, et sequacium; prout et cesserunt ipsæ Civitates jura super captivos sequaces Marchionis.

Acquisit. lib. I, *f.* 150.

1199 — 13 *Iunii*

Concordia, et Societas inter Comunitates Mediolani, Placentiæ, Vercellarum, Alexandriæ, et Astæ ex una, et Marchionem Bonifacium, ejusque filium Guillelmum Montisferrati ex alia parte: sub pluribus pactis, et reservationibus, ac designatione sociorum, inter quos Casale, Pacilianum etc., salva Societate Lombardiæ, et juramentis ipsarum partium.

Bis. t. I, *f.* 151 — t. IV, *f.* 125. — Acquisit. lib. I, *f.* 150.

1199 — 9 *Augusti*

Divisio hominum Blandrate facta per Consules Civitatum Vercellarum, et Novariæ per capita domus, et per sortem: ita ut qui obvenerant unicuique Civitati sint de habitaculo, et vicinesco ipsarum.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 232-234 — t. IV, *f.* 234-238. — Pact. *f.* 82.

1199 — 12 *Augusti*

Ratificatio Comunis Novariæ per Consules artium etc. de præmissa divisione: promittendo Comuni Vercellarum quod non permittet unquam homines sibi obversos habitare in Blandrate vel curia ejus, neque in Casalibeltramo, Vicolongo et S. Nazario.

Pact. *f.* 83.

1199 — 4 *Novembris*

Submissio Bonijoannis Rapiciæ de Blandrate emendi domum in Civitate Vercellarum pro juramenti observantia de vicinesco in eadem Civitate.

Pact. *f.* 213.

1199 — 20 *Novembris*

Denuntiatio facta per Potestatem Vercellensem vice Comunis ejusdem Civitatis Aicardo de Burolio, et Henrico ejus nepoti sub debito juramenti, quod habent, reddendi statim eidem Comuni eorum Castrum Burolii sub protestatione de omni damno.

Actum prope eumdem Castrum.

Bis. t. I, *f.* 441-442 — t. III, *f.* 35-37. — Acquisit. lib. I, *f.* 123.

1200 — 6 *Martii*

Ordinamentum Comunis Vercellensis quo monentur omnes de Civitate, et Episcopatu habere debentes aliquod jus adversus dictum Comune, ut comparere debeant infra breve terminum coram Potestate justitiam habituri: aliter præscribetur exceptis illis qui sunt absentes pro aliquo negotio, aut erunt in itinere Scotorum extra Lombardiam.

Acquisit. lib. I, *f.* 30 — lib. II, *f.* 38.

1200 — 22 *Aprilis*

Pax, et finis facta per Guillelmum de Castello pro se, et filiis, una cum Alberto de Valiafoco de Salugiis, aliisque Comunis Vercellensis de omni damno habito in nemoribus, vineis, domibus occasione constructionis pontis super Duriam prope Salugiam factæ ab ipso Comuni Vercellensi, confitentes habuisse summam.

Acquisit. lib. I, *f.* 49, et lib. II, *f.* 56.

1200 — 16 *Iulii*

Submissio sub hipoteca facta per Iacobum de Nuce Comuni Vercellensi de domo una, pro observantia habitaculi, et vicineschi per ipsum jurati in eadem Civitate.

Pact. *f.* 213.

1200 — 21 *Iulii*

Cessio Iacobi de Guidalardis Potestatis Taurinensis nomine Comunis ejusdem Civitatis favore Ambaxatorum, et Consulum Vercellensium de omni jure illorum de domo de Calcaneis, et domo Carmentorum Taurinensibus pedagii, quod a Vercellensibus solvebatur.

Actum in Imperiali palatio Taurinensi.

Perg. — Acquisit. lib. I, *f.* 243 — item ibidem sub die 21 Augusti.

1200 — 3 *Augusti*

Sententia Consulum Iustitiæ Vercellarum quod Guidetus de Manderio Collector Curadiæ exigere debeat ipsam Curadiam de omni carro salis in contradictorio Ioannis Maximiani, et Henrici de Cumana prætendentium se immunes.

Acquisit. lib. I, *f.* 231.

1200 — 8 *Octobris*

Relatio in Consilio Comunis Vercellarum de missione nobilium Guillelmi Alzati, et Gualæ de Curte ad Civitatem Mediolani pro recipiendis præceptis ipsius Comunis, et Comunis Placentiæ super pace facienda cum Marchione Montisferrati de qua in ipsis Comunibus extabat compromissum.

Acquisit. lib. I, *f.* 152.

1200 — 15 *Octobris*

Ordinamentum factum per d. Potestatem Mediolani una cum ejus Causidico, et Assessore, ac d. Vicedominum, et Ambasciatores Placentiæ nomine eorumdem Comunium, ad diffiniendum peremptorie super discordias Marchionis Bonifacii Montisferrati, et Gulielmi ejus filii ex una, et Comunitates, et homines Vercellenses, Astenses, et Alexandrinos ex altera, jurantibus ipsis de illis Civitatibus tenendi, et observandi treguam usque ad festum S. Andreæ proximum.

Perg. - Bis. t. I, *f.* 148 - t. IV, *f.* 123, sub die 10 Octob. - Acquisit. lib. I. *f.* 154.

1200 — 25 *Octobris*

Facultas data per Vicarium Potestatis Placentiæ Ruffino de Castro Arquato Consuli, et Iacobo Malacoriggie Ambasciatoribus ejusdem Civitatis, nec non Iacobo de Oldanis Consuli, et Bennono de Curte, ac Guercio de Ostiolo Ambasciatoribus Civitatis Mediolani apud Vercellas, ordinandi super pace fienda inter Comune Vercellarum, et Marchionem Bonifacium, ejusque filium Guilelmum Montisferrati.

Bis. t. I, *f.* 131 - t. IV, *f.* 110. - Acquisit. lib. I, *f.* 155 - sub die 22 Nov.

1200 — 27 *Octobris*

Sententia lata a præfatis Oratoribus, et Delegatis Civitatum Mediolani, et Placentiæ super controversias Marchionis Guilelmi Montisferrati cum Comuni et hominibus Vercellarum, qua ordinatum fuit pacem, et finem fieri vicissim de omnibus damnis, et injuriis. Quod d. Marchio impedire non debeat se de Visterno intromittere, item et de justitiis Vercellensium

in Hiporedia, sicut et in Montegrando, et Magnano: quod a pedagio Salugiæ noviter per Vercellenses posito, immunes declarentur Novariensis, Mediolanenses, Placentini, Cumani, aliique. Et his salva Societate Lombardiæ, et Concordia, quam habent Vercellenses cum Novariensibus, Astensibus, et Alexandrinis, jurata in Civitate Mediolani.

Actum apud pontem Salugiæ, præsentibus dominis Bonifacio, et Guillelmo Marchionibus.

Acquisit. lib. I, *f.* 155. — Bis. t. I, *f.* 103 — sub die 6 Novembris.

1200 — 3 *Novembris*

Ratificatio præmissæ pacis facta in Castro Comunis Mediolani a Petro de Villano Iudice, et Assessore d. Grisoni de Gambara Potestatis ejusdem Civitatis cum consensu Consulum Mediolani prout instrumento per Ugonem de Castegnanega recepto continetur: liberando propterea captivos.

Bis. t. I, *f.* 134 — t. IV, *f.* 112. — Acquisit. lib. I, *f.* 154.

1200 — 5 *Novembris*

Ordinamentum Consulum Vercellarum, consensu Sapientum Credentiæ, et populi ejusdem Civitatis de termino, usque ad festum S. Martini proximum, hominibus de Blandrate concesso veniendi ad habitandum, et habitaculum jurandi in ipsa Civitate: ponendo renitentes, et illos qui venerant, et postea se absentaverunt, in banno Comunis: juxta pacta divisionis factæ alias cum Novariensibus.

Bis. t. I, *f.* 229 — t. II, *f.* 38 — t. III, *f.* 109 — t. IV, *f.* 226.

1200 — 6 *Novembris*

Ratificatio pacis præmissæ inter Marchionem Montisferrati, et Comune Vercellarum facta a Iacobo de Bricio Vicario d. Guidonis de Mandello Potestatis Placentiæ consensu Consulum ejusdem civitatis, et nomine Comunis ejusdem.

Bis. t. I, *f.* 135 — t IV, *f.* 113.

1200 — 30 *Decembris*

Iuramentum citadinatici præstitum Comuni Vercellensi a Iacobo Piscatore, ejusque nepotibus.

Pact. *f* 242.

1200 . . . .

Exemplatio Bullarum Cælestini P. P. III, datum Laterani 17 kal. Iulii,

anno tertio: et Innocentis P. P. III, datum Laterani idib. Decembris, anno II Pontificatus super decimis solvendis Ecclesiæ S. Mariæ Vercellarum.

Perg. maz. 28.

1201 — 31 *Ianuarii*

Pax, et finis facta per Staphum, et Thebaldum fratres de Vintebio, et Cona filios ejusdem Staphi pro se, eorumque parte, et nomine etiam Bonamici eorum fratris adversus homines de Gatinaria; promittentes tenere Censoritum Vintebii ad mandatum d. Episcopi Vercellensis, et quod ipsi de Gatinaria non dabunt auxilium Theobaldo de Bornate de discordia cum dicto Stapho, et faciant fidelitatem ipsis de Gatinaria pro Castro vetere, et pro feudo quod fuit Rainerii eorum fratris.

Bis. t. I, *f.* 447 -- t. II, *f.* 10 — t. III, *f.* 30-44-62 — t. IV, *f.* 227-232.

1201 — 28 *Aprilis*

Consules Comunis Vercellarum constituunt procuratores Petrum de Papia, et Cassinam ad procedendum cum procuratoribus Civitatis Novariæ ad divisionem hominum Blandrate, Vicilungi, et Casalis Beltrami: ac de nemore quod non pertinet militibus Vercellensibus et Novariensibus.

Bis. t. I, *f.* 227-231 -- t. IV, *f.* 227-232. -- Pact. *f.* 85.

1201 — 23 *Augusti*

Promissio facta, et jurata per dominos Rainerium, et Othonem ejus nepotem Comites Blandrate, nomine etiam Comitis Goslini pariter de Blandrate, consignandi Comuni Vercellensi Castra, Turres, et Fortias Montisgrandi, ipsaque defendere a Comitibus Uberto, et Gothofredo fratribus de Blandrate: viceversa Consules Vercellenses promittunt eos investire de eodem loco finita guerra: salvo jure Comunis habito a. q. Othone.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 243 — t. IV, *f.* 254 — sub die 22 Septembris.

1201 — 2 *Octobris*

Iuramentum citadinatici, et vicineschi, ac fodri præstitum Comuni Vercellensi ab Uzone de Prundo de Cabaliaca.

Pact. *f.* 232.

1202 — 9 *Ianuarii*

Requisitio procuratorum Comunis Vercellensis facta Milano Morando, procedendi ad concordiam ordinatam inter Vercellenses, et Papienses.

Pact. *f.* 52.

1202 — 12 *Ianuarii*

Requisitio alia per præfatos facta Comuni Papiensi ut mitteret Nuncios suos ad jurandum super prædictam pacem ineundam.

Pact. *f.* 30.

1202 — 11 *Februarii*

Finis facta per Comune Taurinense Vercellensibus de variis damnis passis. Confirmata deinde die 14 ejusdem mensis Taurini in domo Rainaldi Truchi.

Acquisit. lib. I, *f.* 50 et lib. II, *f.* 57.

1202 — 12 *Martii*

Articula pacis factæ inter Mediolanenses, et Papienses observanda a Vercellensibus erga Papienses pro auxiliis mutuo ferendis in bello.

Pact. *f.* 30.

1202 — 13 *Martii*

Concordia inita inter Papienses, et Vercellenses sub juramento observandi pacem secutam inter Mediolanenses et Papienses.

Pactorum *f.* 31.

1202 — 10 *Aprilis*

Iuramentum vicineschi Comuni Vercellensi præstitum per diversos homines loci S. Germani.

Pact. *f.* 232.

1202 — 2 *Maii*

Pax, et finis facta per Comitem Aymonem de Cabaliate Comuni Vercellensi de omni promissione, et pacto respectu ejus castrorum, locorum, et damnorum.

Actum in Ecclesia S. Nazarii.

Acquisit. lib. I, *f.* 51 et lib. II, *f.* 57.

1202 — 15 *Maii*

Ordinamenta Iacobi Buzii, Gregorii de Sesso, et Ardicionis Tornielli inter Potestatem, et Consules Novariæ, ex una, et Comites Rainerium, Ubertum, Gothofredum, Othonem, et Gozium de Blandrate ex alia parte, qui juraverunt omnia observare, scilicet, quod de discordiis et guerris debeant ad invicem facere pacem, et finem, et quitare Gregorium de Sesso, et Ubertum Camixem de omni ratione adversus Comune Novariæ, vigore sententiæ latæ per dominum Albertum Episcopum Ver-

cellensem, et Othonem Cendedarium Legatum d. Imperatoris Henrici, et Comites debeant adjuvare, et defendere Comune Novariæ, excepto contra Imperatorem, Archiepiscopum Mediolani, et Episcopos Vercellarum, et Novariæ, salvo quod Comites Ubertus, et Gothofredus non teneantur ducere in auxilium eorum homines de ultra Duriam: et debeant dare fodrum Comuni Novariæ de eorum locis ibidem specificatis: et reddere se habitatores Civitatis. Quod Clerici S. Columbani, et S. Mariæ de Blandrate debeant facere finem Comuni Novariæ de omnibus damnis.

Bis. t. I, *f.* 268 — t. IV, *f.* 286.

1202 — 19 *Maii*

Absolutio a parte Potestatis, et Comunis Novariæ facta Consulibus Blandrate de omnibus juramentis, et obligationibus quibus tenebantur erga Comune Novariæ, salvo eo quod ordinatum erat in Instrumento concordiæ, et pacis inter Comune Novariæ, et Comites Blandrati factæ per Iacobum Buxium, Gregorium de Sesso, et Ardicionem Torniellum.

Bis. t. II, *f.* 40 — t. III, *f.* 112.

1202 — 16 *Maii*

Promissio ad invicem facta per d. Bonifacium Marchionem Montisferrati pro se, et sua parte, et Comune Vercellense, ratam et firmam tenendi pacem ordinatam per Iacobum de Oldano, Bertonem de Curte et Guercium de Ostiolo, delegatos a Comuni Placentiæ, et Comuni Mediolani.

Bis. t. I, *f.* 132 — t. IV, *f.* 110. — Acquisit. lib. I, *f.* 157 — lib. II, *f.* 185.

1202 — 17 *Maii*

Investitura per Comune Vercellense Comuni Hiporediæ concessa in feudum rectum, et gentile de Castris Bolengii et S. Urbani, eorumque pertinentiis: jurantibus etc.

Acquisit. lib. I, *f.* 197.

1202 — 7 *Iunii*

Donatio, et finis facta a Bonifacio Marchione Montisferrati Comuni Vercellensi, et hominibus ejusdem Civitatis, Districtus, et Episcopatus de omni curadia, transitu aquarum, sive naulo, per totam suam terram, et poderium.

Acquisit. lib. I, *f.* 158 et lib. II, *f.* 185.

1202 — 20 *Iunii*

Iuramentum fidelitatis præstitum per Comune Hiporediæ Comuni

Vercellarum pro observantia pactorum alias initorum dandi molas in speciem, et tenendi Castra Bolengi, et S. Urbani ad requisitionem hominum Vercellensium, salvo Imperatore.

Acquisit. lib. I, *f.* 98.

1202 — 21 *Iunii*

Pax, et finis per Comune Iliporediense Comuni Vercellensi de omnibus damnis, et injuriis propter guerras passis: concedendo Comuni Vercellensi facultatem exigendi fodrum, rogia, carrigia, et cuncta ad districtum pertinentia in Alice, Logiis, Mealo, Arelio, Herbario, et Uliaco.

Acquisit. lib. I, *f.* 99.

1202 — 27 *Iunii*

Obligatio Comunis Vercellensis erga Comune, et homines Hiporegiæ adjuvandi ipsos ad conservationem eorum jurium, et illorum defensionem contra quoscumque, salvo Imperatore.

Acquisit. lib. I, *f.* 100.

1202 — 1 *Iulii*

Concordia celebrata in plena Credentia Civitatis Vercellensis inter Comune ipsius Civitatis, et Guidonem, et Aycardum de Rodobio: qua se, et eorum homines Rodobii, Palestri, Conflentiæ, Rivantellæ, et Casalelli reddunt cives Vercellenses, sub fodro, et justitia ejusdem Civitatis, et facere fossata, et spalda Civitati prout alii cives faciunt, nec vendere loca, et possessiones nisi Vercellensibus.

Qui juraverunt, salvo Imperatore, Archiepiscopo Mediolani, Episcopis Papiæ, Vercellarum, et Novariæ: ac Abati Bremitarum, et salvis Comitibus Blandrate, et Lomelli, et Rainerio de Monticello. Vercellenses vero promittunt de omnibus damnis patiendis tam per se, quam quæ illi de Papia per vim non autem per justitiam eis, eorumque Castris inferrent infra annum.

Bis. t. I, *f.* 18. — Pact. *f.* 43.

1202 — 22 *Iulii*

Venditio facta per d. Bonifacium Marchionem Montisferrati, ejusque filium Guilelmum Consulibus, et Comuni Vercellarum in alodium de toto eo quod tenebant in loco, Castro, et territorio Tridini, et Burgo novo, et de toto nemore quod tenebant in Lauzeio, ac in Pœnico, villa, curte, et territorio ejusdem cum clausuris, terris, et aliis omnibus, pretio librarum septem mille papiensium. Postea vero sub x kal. Au-

gusti posuit ipsum Comune in possessionem dictorum locorum Tridini, Burginovi, et Pœnici, eorumque territorii, specialiter boschi Luzedii.

Perg. 1307. — Bis. t. I, *f.* 97-102-121-132 — t. IV, *f.* 101. — Acquisit. lib. I, *f.* 161, 22 Augusti.

1202 — 23 *Iulii*

Missio in possessionem ex parte Marchionis Bonifacii Montisferrati favore Consulum, et Nunciorum Civitatis Vercellarum de Burgo Tridini, nomine Castri, et villæ Tridini, Burginovi, et Pœnici, et de curtibus ipsarum villarum, ac nemoris Lucedii. Nec non ejusdem constitutio procuratoris in personam d. Guillelmi ejus filii ad possessionem dictæ civitatis dandam de Castro Pontis Sturiæ, curte, et territorio existentibus in castellania Pontis, ac de portu, et pedagio ejusdem. Actum apud Castrum Pontis Sturiæ.

Perg. 1300. — Bis t. I, *f.* 122-123 — t. IV, *f.* 102. — Acquisit. lib. I, *f.* 162-189, 23 Augusti.

1202 — 7 *Augusti*

Adeptio possessionis per Comune Vercellarum de villa, et Castro loci Pontesturiæ, cum omnibus ad ejus castellaniam pertinentibus in Montaino, Cinagio, Arliato, Monticlo, Viverone, et Trivella: vigore venditionis eidem Comuni factæ per Bonifacium Marchionem Montisferrati.

Acquisit. lib. I, *f.* 163, et lib. II, *f.* 190.

1202 — 7 *Augusti*

Confessio Uberti Arienti ex parte Marchionis Montisferrati se recepisse a Comuni Vercellensi quamdam summam pecuniarum, pro venditione villæ Tridini, et Pœnici, et villæ Pontis etc.

Acquisit. lib. I, *f.* 164.

1202 — 8 *Augusti*

Facultas per Marchionem Montisferrati quibusdam missis suis data jurandi super eo quod Comunitas Vercellarum se constituit debitricem erga eumdem Marchionem de quadam summa.

Acquisit. lib. I, *f.* 164.

1202 — 14 *Augusti*

Quitatio per procuratores Marchionis Montisferrati facta Comuni Vercellensi de libris 9280, solid. 3, pro prædictis venditionibus.

Acquisit. lib. I, *f.* 165.

1202 — 22 *Augusti*

Venditio facta per d. Bonifacium Marchionem Montisferrati nomine etiam Guilelmi ejus filii Comuni Vercellensi de Castro, et Villa Pontis, et de omni eo quod in Castellacia Pontis continetur cum juribus omnibus ibidem expressis in alodium pretio librarum trium millium papiensium. Et postea sub die XXIII ejusdem positum fuit Comune prædictum in possessionem.

Acquisit. lib. I, *f.* 158, et lib. II, *f.* 186.

1202 — 22 *Augusti*

Promissio facta per Comune Vercellense Marchioni Montisferrati, ejusque filiis, et hæredibus retrovendendi eis infra quinque annos Tridinum, Burgum novum, et Pœnicum, mediante restitutione pretii. Item etiam reservato recatu favore uxoris Alberti de Malaspina, ejusque filiis, ac d. Adalaxiæ uxoris d. Manfredi de Salutiis, ejusque filiis, et d. Agnetis sororis ejus d. Bonifacii Marchionis: pacto apposito quod interim Comune possit vendere quidquid districtualibus suis, et non aliis. Item quod Vercellenses habeant percipere ex redditibus Tridini, et Pontis pro primo anno libras mille viginti unam, pro secundo anno mille centum quadraginta quinque: pro aliis ad quintum libras mille ducentum quinquaginta pro singulo anno quæ restituentur etiam in casu retrocessionis prædictæ.

Acquisit. lib. I, *f.* 160, et lib. II, *f.* 187.

1202 — 23 *Augusti*

Constitutio procuratorum facta per Bonifacium Marchionem Montisferrati ad recipiendas pecunias ei debitas a Comuni Vercellensi occasione venditionis eidem factæ de Tridino, et Pœnico, et Villa Pontis, prout in cartis venditionis continebatur.

Acquisit. lib. I, *f.* 163, et lib. II, *f.* 190.

1202 — 5 *Octobris*

Procura per Comune Vercellense facta in Girardinum de Sabello ad comparendum, et respondendum super controversiis, et causis vertentibus inter ipsum Comune, et Comune Papiæ.

Pact. *f.* 132.

1202 — 1 *Decembris*

Constitutio Credentiæ Comunis Vercellensis de loco, et hominibus Piveroni in locum francum, usque ad finem sæculorum, ita ut ipsi homines gaudeant eadem franchisia, et libertate prout habitatores Civitatis

Vercellarum, salva justitia Palatii, et jurisdictione Vercellensi, nec non ad plura teneantur quam cives Vercellarum ipsi de Piverono, Unzasco, Liviono, et Palatio, sicuti cives Romani, ut sunt habitatores Vercellarum in Porta Ursoni.

Bis. t. I, *f.* 192 — t. II, *f.* 302-327 — t. IV, *f.* 177.

1202 — 13 *Decembris*

Ordinatum in causa inter Vercellenses, et Papienses, quo provisum est, admitti deberi pro legitimo procuratore Iordanum de Sabello.

Pact. *f.* 32.

1202 — 14 *Decembris*

Sententia interlocutoria Consulum Mediolani de discordia inter Comune Vercellense, et Comune Papiense: qua ordinatur specialiter debere Papienses admittere quod in libello Vercellensium de Castro Rodobii ponatur solitum teneri a Guidone de Rodobio.

Pact. *f.* 32.

1202 — 31 *Decembris*

Possessio per Comune Vercellense accepta de quibusdam moltis apud Navolam juxta Servum et aliis.

Pact. *f.* 100.

1203 — 12 *Ianuarii*

Ordinamenta sive Statuta facta per Comune Vercellense respicientia regimen æconomicum ejusdem Civitatis et districtus.

Acquisit. lib. I, *f.* 30, et lib. II, *f.* 28.

1203 — 27 *Ianuarii*

Denunciatio damnorum passorum per Comunitatem Vercellensem in Castro Rodobii proposita in causa ipsius contra Comune Papiæ protestatione restitutionis.

Pact. *f.* 33.

1203 — 2 *Martii*

Investitura concessa per Comune Vercellarum Alberto Guercio de Arborio de molendino uno in Arborio ad fictum præstandum.

Pact. *f.* 100.

1203 — 25 *Martii*

Quitatio parte Marchionis Bonifacii Montisferrati favore Comunis Vercellensis de quadam summa pecuniarum illi debita.

Acquisit. lib. I, *f.* 51, et lib. II, *f.* 58.

1203 — 16 *Aprilis*

Promissio Alberti Pecti, et Iacobi Calossi de Mediolano facta Comuni Vercellensi reddendi ipsi summam pecuniarum per ipsos exactam, et quæ per Comune debebatur Marchioni Montisferrati, quatenus ipsum Comune super hoc aliquam molestiam pati posset.

Acquisit. lib. I, *f.* 166, et lib. II, *f.* 191.

1203 — 28 *Iunii*

Ordinatum Potestatis Vercellensis pro utilitate Comunis, quod nemo deinceps de Civitate, et districtu Officium aliquod habere possit, et acceptare in Comuni quin prius fidejussionem præstet.

Acquisit. lib. I, *f.* 30, et lib. II, *f.* 29.

1203 — 6 *Iulii*

Ordinamentum per Comune Vercellense, auctorante Potestate, factum super regimine, defensione, et bono statu ejusdem Civitatis.

Acquisit. ut supra.

1203 — 4 *Septembris*

Venditio facta per Alixium de Benedicto nomine aliorum de Benedicto d. Petro de Petrasancta Potestati Vercellensi, ad utilitatem Comunis Vercellarum ementi in allodium de tertia parte domus cum area: pro indiviso cum resto domus quæ erat q. Petri de Tripolo cohær. domui q. Bonijoannis Guidonis, pretio librarum trium, solidorum septem, minus denarios quatuor.

Bis. t. I, *f.* 203 — t. IV, *f.* 190. — Acquisit. lib. I, *f.* 2, et lib. II, *f.* 2.

1203 — 4 *Septembris*

Alia venditio domus facta præfato d. Potestati, et Comuni, quæ est juxta turrim Vialardorum, et domum quæ fuit q. Bonijoannis Gaidoni, a Bernardo Benivolio, et Bonojoanne f. q. Ardicionis de Blandrate, pretio librarum viginti quinque papiensium.

Perg. - Bis. t I, *f.* 206 - t. IV, *f.* 194. - Acquisit. lib I, *f.* 3, et lib. II, *f.* 2.

1203 — 4 *Septembris*

Venditio domus Sonamonti Clavario Comunis facta per Iacobum f. q. Rolandi de Guidalardis, cum renunciatione hipotecæ d. Mariæ ejus uxoris: scilicet de sexta parte turris, et casamenti Guidalardorum, pretio librarum quadraginta sex, solidorum tredecim, et denariorum quatuor papiensium, quæ est in vicinia S. Mariæ juxta platheam Arengi.

Perg. - Bis. t. I, *f* 206 - t. IV, *f.* 194. - Acquisit. lib. I, *f.* 3 - lib. II, *f.* 3.

1203 — 4 *Septembris*

Alia venditio de altera sexta parte domus, et turris sub præmissis cohærentiis prefato Clavario nomine quo supra facta per Lantelmum de Guidalardis, Manfredo, et Gilio ejus filiis consentientibus: ac de duabus partibus pro indiviso cum q. Guidone, et Petro Trippa: pretio librarum sexaginta quatuor, solidorum septem, denariorum quatuor Papiensium.

Perg. - Bis t. I, *f.* 206 - t. IV, *f.* 195. - Acquisit. lib. I, *f.* 4, et lib. II, *f.* 4.

1203 — 12 *Septembris*

Alia venditio de altera sexta parte domus ut supra facta per Rolandum de Guidalardis, pretio librarum quadraginta sex, solidorum tredecim, denariorum quatuor.

Bis. sub 12 Nov. -- t. I *f.* 201, t. II, *f.* 187. -- Acquisit. lib. I, *f.* 4 -- lib. II, *f.* 4.

1203 — 6 *Octobris*

Denunciatio facta parte Comunis Vercellarum Aycardo, aliisque dominis de Burolio, quod ab hinc ad festum S. Andreæ proximum debeant dare fidejussionem de libris mille Segusiæ, remittendi dicto Comuni Castrum Burolii: in pœnam quod expensæ quæ fient pro munitione ipsius solventur per ipsos dominos.

Bis. t. I, *f.* 441-450 -- t. III, f. 36-48. -- Acquisit. lib. I, *f.* 124.

1203 — 16 *Octabris*

Datio tutoris facta per d. Albertum Episcopum Vercellensem filiabus q. Iacobi de Guidalardis ut vellent procedere ad divisionem turris, et domorum Guidalardorum pro parte eorum tangenti, cum instaret Comune apud ipsas ut vellent, aut emere partem eam, quam Comune habebat, aut vendere suam pretio librarum centum quadraginta papiensium. Quod pretium ibidem tutores dati, ut supra, nomine ipsarum filiarum acceperunt.

Bis. t. I, *f.* 201 -- t. IV, *f.* 188. -- Acquisit. lib. I, *f.* 5, et lib. II, *f.* 4.

1203 — 28 *Novembris*

Promissio facta per Staphum de Vintebio reddendi Comuni Vercellensi suam partem Castri Vintebii guarnitam, et scaritam, præceptuque omnia ei faciendi observare sub pœna librarum trecentum imperialium si non attendebit.

Deinde 1304, 12 Feb. promisit dicto Comuni ipsam partem Castri bene custodire, et defendere pro se, et successoribus ad utilitatem dicti Comunis sub eadem pœna.

Bis. t. I, *f.* 447. et 453 — t. IV, *f.* 44 et 54.

1203 — 1 *Decembris*

Sententia lata per dominum Potestatem Mediolani in causa inter Comune Papiæ, et Comune Vercellarum super possessione Castri Rodobii, quod Vercellensibus vendiderat d. Guido de Rodobio: qua Papienses condemnantur ad ipsius restitutionem sub æxtimatione etiam damnorum ibidem enunciatorum.

Pactorum *f.* 36.

1203 — 29 *Decembris*

Cathalogus hominum Blandrate obventorum in parte Comunis Vercellarum in divisione cum Comuni Novariæ, et qui juraverunt habitaculum Civitatis Vercellensis.

Pactorum *f.* 86.

1204 — 2 *Ianuarii*

Venditio facta per Iordanum, et Poltronem ejus filium de Guidalardis favore Comunis Vercellarum, scilicet Sonamonte Clavario de casamento, area, et curte eorum in ora S. Mariæ juxta plateam Arengi cohær. ab altera turris Guidalardorum, pretio librarum centum quinquaginta papiensium, hipotecæ renuntiando Adisia et Vercellina uxoribus eorum.

Bis. t. I, *f.* 201 -- t. IV, *f.* 188. -- Acquisit. lib. I, *f.* 5, et lib. II, *f.* 5.

1204 — 25 *Ianuarii*

Requisitio per Potestatem Comunis Vercellarum d. Alberto Episcopo facta scilicet de Castro Vintebii, prout provisum fuerat in Credentia: sub promissione ipsum custodiendi ita, ut Comuni nullum damnum inde eveniat: et quod ponent Staphum ad ipsum custodiendum, eumdem ei livrando, salvis juribus Ecclesiæ, et Comunis.

Bis. t. I, *f.* 447-456 -- t. III, *f.* 45-58.

1204 — 31 *Ianuarii*

Iuramentum habitaculi præstitum Comuni Vercellensi, et de emenda domo, ac fodro cum aliis civibus solvendo a Iorio, ejusque filiis de Maxino.

Pactorum *f.* 233.

1204 — 2 *Februarii*

Promissio Stephani de Vintebio Comuni Vercellensi reddendi ipsi Castrum guarnitum, et scaritum ad omne mandatum Consulum ejusdem Civitatis in fortiis eorum.

Bis. t. I, *f.* 448, et 440 — t. III, *f* 46, et 48.

1204 — 4 *Februarii*

Ordinatum Credentiæ Comunis Vercellensis super securitate danda per dominos Gatinariæ, ratione Castri Vintebii, prout requisitum fuerat a d. Episcopo: quod si non dederint, decernatur per d. Potestatem reddi debere ipsum Castrum Stapho de Vintebio.

Bis. t. I, *f.* 447-456.

1204 — 4 *Februarii*

Statutum Credentiæ Comunis Vercellensis de guidardono dando creditoribus Comunis: et quod comunia consignata infra civitatem quæ non possunt spaciari, et aperiri sine magno damno Comunis, livrentur deinceps illis qui tenent ad fictum præstandum ut ordinatum est.

Bis. t. I, *f.* 448 — t. III, *f.* 46.

1204 — 16 *Februarii*

Bannum decretum per Comune Novariæ contra Nicolinum filium Manfredi de Castello, et Martinum de Garbella propter damna illata Vercellensibus.

Pact. *f.* 86.

1204 — 16 *Februarii*

Requisitio facta in plena Credentia Comunis Novariæ habendi pro bannitis, quos bannitos haberet Comune Vercellense.

Pact. *f.* 88.

1204 — 23 *Februarii*

Quitatio Leonis de Marliano, et Othonis ejus fratris Mediolanensium erga Comunitatem Vercellensem de quadam summa.

Acquisit. lib. I, *f.* 6, et lib. II, *f.* 5.

1204 — 27 *Februarii*

Donatio Comuni Vercellensi per Comunitatem, et homines Magnani facta de tota illa terra culta, et inculta quæ dicitur Vacaricia per ipsos acquisita a dominis de Magnano, cui cohærent terra Torraciæ, Monasterium de Bessa, loca Magnani, Pexani, Paerni, et Bolengi.

Pact. *f.* 143.

1204 — 2 *Maii*

Venditio facta per Iacobum de Guidalardis nomine filiarum q. Nicolai de Fontaneto Comuni Civitatis Vercellarum de duabus ex tribus partibus, item per Bartholomeum de Fontaneto de alia tertia parte unius

petiæ terræ in ora S. Agnetis ubi sunt constructa molendina Civitatis: prout determinata est per æstimatores publicos, pro construendis aliis molendinis, pretio librarum viginti quinque papiensium in totum.

Bis t. I, *f.* 202 - t. IV, *f.* 189. - Acquisit. lib. I, sub die 7, *f.* 6 et lib. II, *f.* 5.

1204 — 12 *Iulii*

Investitura a Comuni Vercellensi concessa d. Raymundo de Magnano de tota sorte Vacaritiæ, quam ipse eidem Comuni donaverat.

Pact. *f.* 145.

1204 — 5 *Augusti*

Venditio et datum in allodio facta a Federico de Benedicto Comuni Vercellensi de molendino, loco, aqua, et pertinentiis in ora S. Laurentii in rugia veteri.

Perg. - Bis. t. I, *f.* 212 - t. IV, *f.* 189. - Acquisit. lib. I, *f.* 2, et lib. II, *f.* 6.

1204 — 14 *Augusti*

Venditio facta a Giliberto Caroxio, et Gervasio Caroxio unusquisque pro dimidio, favore Comunis Vercellensis de molendino, et cursu aquæ, ac juribus ejusdem, quod fuit quondam Iacobi Mulfi, jacentibus retro domum ipsorum venditorum super rugiam veterem: item et de terra prope eorum Turrim usque in viam pubblicam: et de omni jure eorum in aquæductu constructo in fossato S. Andreæ, pretio in totum librarum quinquaginta quatuor, solidorum undecim, denariorum quatuor papiensium.

Bis. t. I, *f.* 203 -- t. IV, *f.* 191. -- Acquisit. lib. I, *f.* 7.

1204 — 17 *Augusti*

Investitura facta per Comune Vercellense Consulibus Burgi S. Petri de toto eo quod donaverunt ipsi Comuni homines Magnani in feudum rectum, gentile etc.

Pactorum *f.* 145.

1204 — 13 *Septembris*

Admonitio facta per d. Guillelmum Comitem Mazini a parte Comunis Vercellensis Aycardo de Burolio, quod vi volebat restitutionem sibi de Castro Burolio, securitatem daret librarum mille Segusiæ, reddendi dicto Comuni ipsum Castrum guarnitum, et scaritum toties quoties requisitus fuerit.

Bis. t. I, *f.* 443-452 -- t. III, *f.* 39-51. -- Acquisit, lib. I, *f.* 124.

1204 — 18 *Septembris*

Vertente quæstione coram Consulibus Iustitiæ Vercellarum inter Guillelmum Rapicium, et ipsum Comune super quamdam domum in ora S. Mariæ, juxta domum Benedicti Calzinariæ sitam, prolata fuit sententia favore Comunis, ipsam ei adjudicando, et a petitionibus Rapicii absolvendo.

Bis. t. I, *f.* 204 -- t. IV, *f.* 191. -- Pact. sub 19 Octob. *f.* 102.

1204 — 6 *Octobris*

Procura d. Potestatis Vercellarum, in personam Falchetti pro adeundo dominum Pontificem Romæ, de causa Aycardi de Burolio, ac Comunis Vercellensis super Castro Burolii, aliisque rebus tractaturi.

Bis. t. I, *f.* 441-451 -- t. III, *f.* 36-51. -- Acquisit. lib. I. *f.* 124.

1204 — 15 *Octobris*

Interlocutoria sententia Potestatis Mediolani in causa Comunis Vercellensis, ac Comunis Papiensis præfixionis termini Vercellensis allegandi in jure.

Pact. *f.* 35.

1204 — 2 *Novembris*

Quitatio Philipacii de Ablatico de Novaria, et Guillelmi de Putheo de Conflentia Comuni Vercellensi de quadam summa.

Acquisit. lib. I, *f.* 32, et lib. II, *f.* 59.

1204 — 10 *Novembris*

Procura Potestatis Vercellensis in personam Notarii Lantelmi de se appellando nomine Comunis ejusdem Civitatis ab examine Episcopi Papiensis ad Summum Pontificem in causa contra d. Aycardum Canonicum Hiporegiensem.

Bis t. I, *f.* 442 -- t. III, *f.* 37. -- Acquisit. lib. I, *f.* 125.

1204 — 14 *Novembris*

Appellatio interposita per præfatum Lantelmum Notarium nomine Comunis Vercellensis ad Summum Pontificem in causa Aycardi de Burolio Canonici, eo quod Episcopus Papiensis dilationem agendi, et documenta præsentandi denegaverat eidem Comuni.

Bis. t. I, *f.* 443-450 -- t. III, *f.* 38-49. -- Acquisit. lib. I, *f.* 25.

1204 — 19 *Novembris*

Statutio termini ad dandas allegationes, testes, et scripturas exhi-

bendas utræque parti facta in causa inter Comune Papiæ, et Comune Vercellarum.

Pact. *f.* 36.

1204 — 23 *Novembris*

Præsentatio litterarum Potestati Vercellensi facta a parte d. Episcopi Papiensis, continentium quod jussu d. Papæ mandaverat Aycardo Canonico Hiporediæ quatenus hinc ad festum S. Martini deberet per se, aut per procuratorem responsalem se præsentare coram eo, et stare judicato.

Bis. t. I. *f.* 444 -- t. III, *f.* 37 -- Acquisit. lib. I, *f.* 125.

1204 — 2 *Decembris*

Missio in possessionem Castri Burolii, et pertinentiarum favore Aycardi Canonici Yporegiensis ex sententia d. Bernardi Episcopi Papiensis delegati d. n. Innocentii Papæ, et cognitoris causæ inter ipsum Aycardum, et Comune Vercellense super possessorio ejusdem Castri.

Bis. t. I, *f.* 442 -- t. III, *f.* 38 -- t. IV, *f.* 459. -- Acquisit. lib. I, *f.* 126.

1204 — 3 *Decembris*

Declaratio d. Alberti Episcopi Vercellensis, et Bernardi Episcopi Papiensis se litteras recepisse super facto, et causa S. Gratiani.

Acquisit. lib. I, *f.* 126.

1204 — 5 *Decembris*

Iuramentum habitaculi, et vicineschi in Civitate Vercellensi tenendi præstitum per Ubertinum q. Ardicionis Codecapræ de Bugella.

Pactorum *f.* 233.

1204 — 13 *Decembris*

Sententia lata per Potestatem Mediolani in causa vertente inter Comunitatem Vercellensem, et Comunitatem Papiæ.

Pactorum *f.* 36.

1205 — 8 *Februarii*

Iuramentum habitaculi, et citadinatici præstitum Comuni Vercellensi per Othonem de Gregio.

Pactorum *f.* 236.

1205 — 5 *Martii*

Relatio per servitorem Comunis Civitatis Vercellensis se præsentasse

d. Aycardo de Burolio litteras ex parte d. Archiepiscopi Mediolanensis eidem directas, quas receperat.

Bis. t. I, *f.* 444 — t. III, *f.* 37. — Acquisit. lib. I, *f.* 127.

1205 — 5 *Martii*

Alia relatio ut supra, cum recusatione tamen ipsarum litterarum.

Bis. t. I, *f.* 444 — t. III, *f.* 40. — Acquisit. lib. I, *f.* 127.

1205 — 17 *Martii*

Protestatio jurata Mediolani, emissa per Potestatem Vercellensem nomine Comunis ejusdem Civitatis coram d. Guillelmo de Maxino Archipresbitero Mediolanensis Ecclesiæ, Delegato d. Papæ, quod vult, et intendit stare, et attendere id, quod ipse d. Delegatus pronuntiabit, super eo quod d. Episcopus Papiensis ipsum excomunicaverat una cum Capitaneo Burolii causa coram eo vertente inter ipsum Comune, et d. Aycardum de Burolio Canonicum Yporegiensem. Qui d. Archipresbiter Delegatus, eumdem Potestatem, et alios ab excomunicatione absolvit.

Bis. t. I, *f.* 443 — t. III, *f.* 88. — Acquisit. lib. I, *f.* 127.

1205 — 30 *Maii*

Declaratio d. Aycardi de Burolio se recepisse manu Vercellini Mandäerii litteras sibi directas ex parte d. Archipresbiteri Mediolanensis. Actum ante ostium Castri Montaldi.

Acquisit. lib. I, *f.* 128.

1205 — 1 *Iunii*

Emptio nomine Comunis Vercellensis per d. Petrum de Petrasancta Potestatem ejusdem Civitatis de medietate alvei molendini veteris super rugiam veterem, cum juribus aquarum, in vicinia S. Agnetis existentem, a Benedicto de Benedicto pretio librarum centum quadraginta papiensium una cum juribus molendini q. Ajulfi, et cessione jurium in aquæductu facto noviter in fossato S. Andreæ.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 202 — t. IV, *f.* 189. — Acquisit. lib. I, *f.* 8 — lib. II, *f* 6.

1205 — 1 *Iunii*

Sententia d. Guillelmi Archipresbiteri Mediolanensis Domini Papæ Delegati, qui declarat officere non posse juribus Comunis Vercellarum sententiam adjudicationis Castri Burolii datam favore Aycardi de Burolio: salvis juribus expensarum casu quo dicta possessio juste data foret.

Bis. t. I, *f.* 442 — t. III, *f.* 38. — Acquisit. lib. I, *f.* 128.

1205 — 1 *Iunii*

Præceptum d. Archipresbiteri Mediolanensis cum auctoritate d. n. Papæ factum Procuratoribus Aycardi de Burolio, et Comunis Vercellarum de eligendo duos Pares Curiæ, coram quibus definire debeant eorum causam hinc ad festum beatæ Mariæ de medio Augusti.

Bis. t. I, *f.* 442 — t. III, *f.* 38. — Acquisit. lib. I, *f.* 128.

1205 — 2 *Iunii*

Quitatio facta Comuni Vercellensi mediante quadam summa per Guilelmum ex consortibus Burolii de omnibus damnis passis in destructione domuum extra, et intra castrum ipsius loci Burolii.

Acquisit. lib. I, *f.* 129.

1205 — 15 *Iulii*

Ordinamentum Consulum Comunis Vercellarum, inter quos Rainerius Advocatus, virtute cujus Henricus de Belono, Guido Aresta, et Robaldus de Viliana, aliique de Casaligualono jurant habitaculum Vercellense, et esse cives in fodro, banno etc., et emendi domos in ipsa Civitate.

Bis. t. I, *f.* 373 — t. IV, *f.* 426. — Pact. *f.* 234 sub die 15 Octobris.

1206 — 15 *Martii*

Gilius de Lenta habitator Carexanæ se recognoscit habitatorem Civitatis Vercellarum.

Pact. *f.* 238.

1206 — 28 *Aprilis*

Iuramentum habitaculi Civitatis Vercellarum præstitum a Ghisulpho Taliano de Muzano.

Pact. *f.* 237.

1206 — 13 *Iunii*

Condemnatio per sententiam prolata per Nicolaum Porcellam Consulem Iustitiæ Vercellarum in causa Manfredi Camicis, contra Comunitatem Vercellensem, petentis ab eodem Comuni dimitti illam terram, qua ipsa civitas inclusa se erat, consistentem in tribus peciis, una quarum subtus Castellacium circa Sarvum, alia apud insulam Iordani de Sabello, tertia ultra Sarvum juxta campum ejusdem Manfredi: excipiente Comuni esse totam illam terram a flumine Sarvi molutam, et ideo spectare eidem, quia omnes moltæ in curte, et territorio Vercellarum eidem Comuni pertinent: sed habito sacramento ab ipso Manfredo jam a qua-

draginta annis tenuisse dictas terras, et sumptis informationibus, condemnatur Comune ad illam partem dimittendam.

Bis. t. III, *f.* 220. — Pact *f.* 103.

1206 — 16 *Iunii*

Alia similis sententia favore Comunis Vercellensis prolata contra Federicum de Benedictis ad dimittendum peciam unam terræ, seu insulæ in Monte Rabioso, propterea quod erat molta.

In libro Pactorum alia similis contra filios q. Philippi de Burro, et contra filios Philippi de Fontanetto.

Bis. t. II, *f.* 108 — t. III, *f.* 218. — Pact. *f.* 105-106.

1206 — 16 *Iunii*

Alia sententia in consimili causa, quæ pronunciatur inter Comune Vercellense, et Othonem Camicem ratione unius peciæ insulæ in mezano inter duas aquas Servi usque ad ripam.

Bis. t. II, *f.* 111 — t. III, *f.* 221. — Pact. *f.* 104.

1206 — 16 *Iunii*

Sententia favore Comunis contra Bonumjoannem q. Rainaldi Barletarii prætendentem peciam insulæ juxta insulam Iordani Sabelli habentis causam a Comuni.

Bis. t. II. *f.* 110 — t. III, *f.* 221. — Pact. *f.* 104.

1206 — 16 *Iunii*

Dicta testium parte Comunis Vercellensis productorum in causa coram Consulibus ejusdem Comunis vertente contra Manfredum Camicem, Federicum de Benedictis, Othonem Camicem, et Bonumjoannem Barletarium, propter quasdam glarias et moltas, deponentium spectare ipsi Comuni moltas in tota Curia Vercellensi, et prædicta servire alveo Sessitis, et Sarvi.

Bis. t. II, *f.* 152 -- t. III, *f.* 268. -- Pact. *f.* 152.

1206 — 17 *Iunii*

Sententia lata per Nicolaum Porcellam Consulem Iustitiæ Vercellensis cum consilio diversorum sapientum Mediolani, Laudis, et Cremonæ in favorem Girardi Guidonis, et Robaldi, condemnando Comune Vercellense ad dimittendum eis quamdam terram ultra Sarvum in Locatio, non obstante quod allegaretur esse terram molutam.

Bis. t. II. *f.* 138 -- t. III, *f.* 267. — Pact. *f.* 152.

1206 — 27 *Iunii*

Alia similis sententia favore Girardi de Mortario qua condemnatur Comune ad remittendum ei terram quamdam ultra Sarvum, ubi dicitur in Locatio, non obstante quod diceretur esse molta.

Pact. *f.* 101.

1206 — 25 *Novembris*

Promissio jurata Ardicionis de Proto de Ast. habitatoris Mediolani standi præceptis Potestatis Vercellensis de discordiis, quas habet cum servitoribus Comunis Vercellarum.

Acquisit. lib. I, *f.* 65 et lib. II, *f.* 58.

1206 — 5 *Decembris*

Promissio jurata Anrici Nasi standi omnibus præceptis Potestatis Vercellarum de discordiis, quas habebat cum Nunciis Comunis Vercellarum.

Acquisit. lib. I, *f.* 58, et lib. II, *f.* 65.

1206 — 16 *Decembris*

Emptio facta per d. Drudum Potestatem Vercellensem nomine Comunis ejusdem Civitatis de medietate juris rugiæ, et aquarum, ripæ, et molendini veteris, qui est super rugia veteri in vicinia S. Agnetis, pretio librarum centum quadraginta papiensium a Robaldo Abate S. Stephani.

Perg....

1206 — 28 *Decembris*

Iuramentum habitaculi præstitum erga Comune Vercellense per varios homines loci Pecurilii.

Pact. *f.* 106 et 236.

1207 — 5 *Ianuarii*

Possessio data de duobus domibus in strata ante Ecclesiam S. Salvatoris favore Comunis Vercellarum cui erant devolutæ.

Pact. *f.* 238.

1207 — 15 *Ianuarii*

Possessio data per Cassinam de Cossato militem Iustitiæ Vercellensis favore Comunis ejusdem Civitatis de quadam terra, et altino quæ tenebat R. Petrus de S. Maria de Arboro: cohæret undique terra Vercellensis, nec non de sedimine, caneva, et vinea sub cohærentiis etc. in loco Arborii.

Bis. t. II, *f.* 12 -- t. III, *f.* 64.

1207 — 15 *Ianuarii*

Constitutio procuratoris facta per Comune Vercellense ad eundum Romam, causa impetrandi a d. Papa litteras, et ad opponendum contra omne id, quod diceretur in causa, quam idem Comune habiturum est cum d. Episcopo Vercellensi, aut cum Marchione Montisferrati, aut cum d. Iacobo de Carixio Canonico Vercellensi, aut cum Comite Raynerio de Blandrate pro facto Montisgrandi, vel aliis, jus habere in ipso Castro prætendentibus, vel cum Aycardo de Burolio pro facto Burolii.

Acquisit. lib. I, *f.* 25, et lib. II, *f.* 20.

1207 — 25 *Ianuarii*

Investitura per extimatores Comunis Vercellensis facta Petro de Montecaprello de quadam terra sita in mezano Servi ante portam Airaldi.

Pact *f.* 116.

1207 — 26 *Ianuarii*

Deputatio per d. Drudum Marcellinum Potestatem de persona servientis Comunis, ad præsentandum ejus litteras d. Aycardo de Burolio ibidem insertas, quibus eum monet se paratum esse pro Comuni Vercellarum procedendi in causa Castri Burolii, sub Paribus Curiæ quandocumque ei placuerit, secundum quod per Archipresbiterum Mediolanensem ordinatum fuerat.

Bis. t. I, *f.* 444 — t. III, *f.* 40. — Acquisit. lib. I, *f.* 129.

1207 — 26 *vel* 27 *Ianuarii*

Relatio dicti Nuncii scilicet Ioannini Guerrerii de executione præscriptarum litterarum in loco Montaldi.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 450 — t. III, *f.* 50. — Acquisit. lib. I, *f.* 129.

1207 — 17 *Februarii*

Constitutio procuratoris per Comune Vercellense facta ad exigendam pecuniam feudi, quatuor mensium præteritorum.

Acquisit. lib. I, *f.* 58, et lib. II, *f.* 66.

1207 — 18 *Februarii*

Quitatio Conradi Lignacii de quadam pecunia exacta erga Comune Vercellarum.

Acquisit. lib. I, *f.* 59, et. lib. II, *f.* 66.

1207 — 20 *Martii*

Quitatio facta per Comune Hiporediæ, et diversos alios, erga Comune Vercellense de damnis eis illatis per Florium de Gatinaria.

Acquisit. lib. I, *f.* 104.

1207 — 20 *Martii*

Procura facta a Potestate Vercellensi nomine Comunis in personam Iacobi de Brunamonte, ad denunciandum Aycardo de Burolio si volebat accedere pro facto causa Burolii.

Bis. t. III, *f.* 40. — Acquisit. lib. I, *f.* 130.

1207 — 8 *Aprilis*

Prorogatio termini per Potestatem Vercellensem, et Aycardum de Burolio, nec non Pares Curiæ electos in dicta causa, ad hoc ut elegi possit unus Assessor.

Bis. t. III, *f.* 41. — Acquisit. lib. I, *f.* 130.

1207 — 8 *Aprilis*

Protestatio procuratorum Comunis Vercellensis dominis Pagino Comiti S. Martini, ac Lotherio de Visterno Paribus Curiæ, paratos esse ad audiendum ordinationem in causa Burolii, et domini Aycardi de Burolio.

Bis. t. I, *f.* 399-441 — t. IV, *f.* 460 sub 28 Aprilis. — Acquisit. lib. I, *f.* 130.

1207 — 10 *Aprilis*

Ordinamenta facta per Comune Vercellense ad regimen ipsius civitatis.

Acquisit. lib. I, *f.* 31.

1207 — 28 *Aprilis*

Protestatio in causa Burolii prout supra.

Bis. t. I, *f.* 431 — t. II, *f.* 50 — t. III, *f.* 50-61. -- Acquisit. lib. I, *f.* 130.

1207 — 28 *Aprilis*

Possessio data per Marcellum Alzatum, nomine Comunis Vercellensis, de variis petiis terræ nemoreis, vignetis, castanetis, et prativis, ac sediminibus, quæ fuerunt q. Iacobiti filii Guidonis de Montegrando.

Bis. t. I, *f.* 428 -- t. III, *f.* 18.

1207 — 4 *Maii*

Consignamentum terrarum, vinearum, pratorum, nemorum, castanetorum, et sediminum, quæ fuerunt q. Iacobiti filii q. Guidonis de Montegrando, cum possessione capta nomine Comunis Vercellensis per d. Monruellum Alzatum ejus Nuncium.

Perg....

1207 — 27 *Maii*

Iuramentum fidelitatis præstitum per Comune, et homines Iporediæ, ratione locorum S. Urbani, et Bolengi Comunitati Vercellensi.

Acquisit. lib. I, *f.* 101.

1207 — 3 *Iunii*

Promissio per Comune Vercellense Comunitati, et hominibus Iporediæ facta de adiuvando eos contra quoscumque, salvo Imperatore.

Acquisit. lib. I, *f.* 103.

1207 — 6 *Iunii*

Confessio, et quitatio erga Comune Vercellense per Ioannem de Garbania facta de toto eo, quod habere debebat pro custodia Castri Montisgrandi per quatuor menses.

Acquisit. lib. I, *f.* 53 — lib. II, *f.* 60.

1207 — 29 *Iulii*

Præçeptum factum Nuncio Comunis Vercellarum per Painum, et Lotherium Pares Curiæ offerendi litteras Aycardo de Burolio, quibus eum monent veniendi proxima die Veneris ad locum Salugiæ pro terminatione causæ, quam de Castro Burolii habebat cum Comuni Vercellensi.

Bis. t. I, *f.* 440 -- t. III, *f.* 43. -- Acquisit. lib. I, *f.* 131.

1207 — 30 *Iulii*

Relatio Nuncii de executione præfati præcepti.

Bis. t. I, *f.* 444 -- t. III, *f.* 40. -- Acquisit. lib. I, *f.* 131.

1207 — 2 *Augusti*

Constitutio procuratoris facta per Comune Vercellense ad insinuandum Paribus Curiæ, electis in causa ipsius Comunis, contra Aycardum de Burolio pro facto Burolii, quatenus debeant procedere in ipsa, quia per se non stabat quin debitum finem habere possit.

Acquisit. lib. I, *f.* 132.

1207 — 3 *Augusti*

Instantia facta apud locum Salugiæ a parte Comunis Vercellensis Paribus Curiæ in causa Burolii inter ipsum Comune, et Aycardum de Burolio de procedendo in ipsa, cum ipsum Comune in personam sui procuratoris paratum sit respondere de ea. Excipiente tamen Aycardo se adhuc non deliberavisse si haberet procedere in ea sub Paribus Curiæ præfatis.

Bis. t. I, *f.* 444 -- t. III, *f.* 41. -- Acquisit. lib. I, *f.* 132.

1207 — 29 *Augusti*

Præceptum factum per Consules Vercellenses dominis Pagino de S. Martino, et Lotherio, quatenus procedere debeant ad jus reddendum in causa inter ipsum Comune, et Aycardum de Burolio.

Bis. t. I, *f.* 444 -- t. III, *f.* 39. -- Acquisit. lib. I, *f.* 132.

1207 — 7 *Septembris*

Denuntiatio facta per Consules Comunis Vercellensis, existentes apud villam Vintebii, ante Castrum, Stapho de Vintebio, et aliis de reddendo ipsum Castrum, quod ab eodem Comuni habuerat.

Bis. t. I, *f.* 446-448 = t. III, *f.* 44-47.

1207 — 8 *Septembris*

Requisitio Ioannis de Guidalardis Consulis, et nomine Comunis Vercellensis facta Ioanni de Villano, ut redderet vel reddi faceret Castrum Vintebii, aut solvere debeat Comuni infra diem subsequentem libras tercentum imperial. prout tenebatur.

Bis. t. I, *f.* 457 -- t. III, *f.* 47 et 60.

1207 — 10 *Septembris*

Intimatio facta per Consules Vercellarum Ioanni de Villano quatenus in vim juramenti quo tenebatur deberet per totam dominicam proximam solvere Comuni Vercellensi libras tercentum imperial. de quibus fidejussorem extiterat pro Stapho de Vintebio vel restitui faciat Castrum Vintebii.

Bis. t. I, *f.* 457 -- t. III, *f.* 47.

1207 — 11 *Septembris*

Alia intimatio ut supra facta Alberto de Seso.

Bis. t. I, *f.* 457 -- t. III, *f.* 43-61.

1207 — 16 *Septembris*

Præceptum d. Iacobi de Guidalardis Consulis, et nomine Comunis Vercellensis pro juramento faciendo in causa ipsius Comunis, et Aycardi, ac nepotum de Burolio, procedendi, et ipsam terminandi usque ad sententiam infra terminum inter ipsas partes statuendum, et ipsis non convenientibus infra terminum, quod declarabit d. Archipresbiter Mediolani delegatus a d. Papa. Quod præceptum intimatum fuit præfato Aycardo.

Bis. t. I, *f.* 445 -- t. III, *f* 42. -- Acquisit. lib. I, *f.* 133.

1207 — 19 *Septembris*

Aliud præceptum simile, intimatum Lotherio alteri Pari Curiæ in præfata causa.

Bis. t. I, *f.* 445 -- t. III, *f.* 42. -- Acquisit. lib. I, *f.* 132.

1207 — 19 *Septembris*

Præceptum aliud ex parte Comunis Vercellensis factum servitori ejusdem Comunis de intimando contrariæ parti prædictæ, quatenus procedere debeat in ipsa causa.

Acquisit. lib. I, *f.* 133.

1207 — 29 *Septembris*

Terminum statutum a Guillelmo Balbo Archipresbitero, Ecclesiæ Mediolanensis Delegato Apostolico, Comuni Vercellensi factum, ad hoc, ut respondeat cuidam libello super juramento præstando a Pagino prout fecerat Lotherius de Cisterno, sub excomunicationis pœna.

Acquisit. lib. I, *f.* 136.

1207 — 13 *Octobris*

Stabilimentum termini a Pagino, et Lotherio Paribus Curiæ in causa Comunis Vercellensis, et Aycardi, ac nepotum de consensu partium factum.

Bis. t. I, *f.* 443 -- t. III, *f.* 39. -- Acquisit. lib. I, *f.* 133.

1207 — 30 *Octobris*

Ordinamentum Gregorii de Seso, Iudicis, et Potestatis Comunis Novariæ, vigore cujus Marlianus de Casalino, et Petrus ejus filius fecerunt pacem, et finem in manibus Ambaxiatorum Comunis Vercellarum de omni jure, et actione erga ipsum pro captione victualis, mancipatione, et injuria passis.

Quod et fecerunt alii de Palestro, et Novaria.

Actum apud plebem Archamariani.

Bis. t. I, *f.* 43-48 -- t. III, *f.* 117. -- Pact. *f.* 88.

1207 — 3 *Novembris*

Quitatio favore Comunis Vercellensis facta a Maria uxore q. Petri Fegarolii de quadam summa, prout in conventione pro suis dotibus continebatur.

Acquisit. lib. I, *f.* 53 et lib. II, *f.* 60.

1207 — 5 *Novembris*

Quitatio Iacobi Canevarii, et fratrum ejus, civium Mediolanensium, Comuni Vercellensi facta pro quodam debito.

Acquisit. lib. I, *f.* 54, et lib. II, *f.* 61.

1207 — 14 *Novembris*

Possessio data favore Bergognoni Cainsac de una petia insulæ in Forcalda, super qua inter ipsum, et Comune Vercellense quæstio fuerat: et hoc virtute sententiæ prolatæ in illius favore per Consules Iustitiæ Vercellensis.

Bis. t. I, *f.* 113-115 -- t. III, *f.* 224-227.

1207 — 14 *Novembris*

Possessio data favore Othonis, et fratrum de Villano de petia insulæ in Forcalda ultra Sessitem mortuam juxta aquam illorum de Rondonino, et Canonicorum.

Bis. t. I. *f.* 113-115 -- t. IV, *f.* 224-227.

1207 — 14 *Novembris*

Alia favore Anselmi de Gazio de quodam prato et insula.

Pact. *f.* 107.

1207 — 20 *Decembris*

Investitura per æstimatores, et affictuarios per Comune Vercellense deputatos super terras mezani de Sarvo ante portam Araldi eidem Comuni spectantes, facta scilicet de stariis duodecim favore Abatis de Goslario, sub annuo fictu convento.

Pact. *f.* 111.

1207 — 20 *Decembris*

Alia ut supra concessa infrascriptis, et rogata Guidoni, et Ansiso Notariis per sex Instrumenta: Iacobo de Mercato — Perrono Ferrario — Uberto de Albano — Stephano Tabernario — Ardiciano Fornaxario — Amico Fornaxario.

Pact. *f* 111, et 116.

1207 — 25 *Decembris*

Allegatio Sindici Comunis Vercellensis ante litem contestatam sicuti per se non steterat quia causa cum Aycardo de Burolio non procedat coram Pagino, et Lotherio, de commissione Archipresbiteri Mediolani delegati a Summo Pontifice.

Bis. t. I, *f.* 445 -- t. III, *f.* 41. -- Acquisit. lib. I, *f.* 134.

1207 — 25 *Decembris*

Protestatio Sindicorum Comuuis Paribus Curiæ prædictis facta, se esse

paratos standi judicio coram ipsis in causa cum Aicardo de Burolio. — Actum Salugiis.

Bis. t. I, *f.* 445 -- t. III, *f.* 41. -- Acquisit. lib. I, *f.* 134.

1207 — 25 *Decembris*

Terminum datum a dominis Pagino, et Lotherio Sindicis Comunis Vercellensis, et Aycardo de Burolio de consensu ipsarum partium usque ad festum B. Mariæ Candelariæ proximum.

Bis. t. I, *f.* 445 -- t. III, *f.* 41. -- Acquisit. l. I, *f.* 135.

1208 — 1 *Ianuarii*

Transactio inter Comune Vercellense, et Benedictum de Benedictis de quæstione pro duabus petiis insulæ in Curte Vercellensi supra Sarvum, vigore cujus, Comune investivit illum de prædicta insula, idest de petia una in Monte Rabioso, apud Sarvum juxta terram ejusdem Comunis, et S. Gratiani, steriorum viginti quinque, et de alia ultra Sarvum juxta glarias Sarvi mortui modiorum quatuor, stariorum duo, sub annuo fictu, et pacto, quod non possit illam alienare ecclesiis, hospitalibus, vel religiosis personis.

Bis. t. II, *f.* 117-118 -- t. III, *f.* 230-231.

1208 — 29 *Ianuarii*

Transactio, et investitura ut supra favore Manfredi Camicis de modiis septuaginta quatuor insulæ, et moltæ juxta Othonem, et Laconum inter Sarvum mortuum.

Bis. t. II, *f.* 109-122 -- t. III, *f.* 219. -- Pact. *f.* 117.

1208 — 29 *Ianuarii*

Transactio, et investitura favore Iacobi, et Bonini filiorum q. Philippi de Burro modiorum triginta trium de insula juxta terras S. Stephani, deversus Palestrum sub annuo fictu solidorum viginti sex, denariorum trium papiensum.

Bis. t. II, *f.* 109-222 -- t. III, *f.* 220-235. -- Pact. *f.* 119.

1208 — 29 *Ianuarii*

Transactio, et investitura favore Bonijoannis Barletarii de quodam Zerbo quod fuit insula ad costam modiorum quadraginta novem, prout se extendunt fossata usque ad terram Iordani de Sabello sub annuo fictu solidorum triginta, minus denariis quatuor papiensium.

Bis. t. II, *f.* 112-116 -- t. III, *f.* 223-228. -- Pact. *f.* 120.

1208 — 29 *Ianuarii*

Transactio, et investitura favore Federici de Benedicto de insula existente in Monte Rabioso in curte Vercellensi modiorum triginta unius apud S. Gratianum et Sarvum.

Bis. t, II, *f.* 112-116 -- t. III, *f.* 223-228. -- Pact. *f.* 120

1208 — 29 *Ianuarii*

Transactio, et investitura favore filiorum q. Philippi Ferrarii de Fontaneto de quodam prato, et insula ad Varolam modiorum duodecim stariorum ducrum sub conditionibus ut supra.

Bis. t. II, *f.* 117-118 -- t. III, *f.* 229-230.

1208 — 1 *Februarii*

Quitatio d. Alberti de Mandello pro quodam credito erga Comune Vercellense.

Acquisit. lib. I, *f.* 33 et lib. II, *f.* 60.

1208 — 25 *Februarii*

Submissio unius domus facta per Philippum de Monteropolo Comuni Vercellensi pro observantia habitaculi jurati erga ipsam Civitatem.

Pact. *f.* 241.

1208 — 5 *Martii*

Venditio per dominos de Guidalardis Comuni Vercellensi facta de casamento cum area, et curte quod fuit q. Ioannis Smerræ, ubi constructum est in parte palatium, et scala, pretio librarum centum quinquaginta sex, minus denarios viginti.

Bis. t. I, *f.* 200-207 - t. IV, *f.* 186-195. -- Acquisit. lib. I, *f.* 9 - lib. II, *f.* 7.

1208 — 5 *Martii*

Promissio Comuni Vercellensi de ratificari faciendo præfatam venditionem a Villetta, q. Iacobi Smerræ, et ejus sorore.

Bis. t. I, *f.* 200-207 -- t. IV, *f.* 187-196. -- Acquisit. lib. I, *f.* 168 -- lib. II, *f.* 193.

1208 — 12 *Martii*

Investitura concessa per d. Aliprandum Episcopum Vercellensem Comuni ejusdem Civitatis de toto feudo, quod ipse tenebat ab Ecclesia, et Episcopatu Vercellarum.

Præmittitur quædam transactio inter ipsas partes, quæ tamen tronca est, deficiens scilicet in principio.

Perg....

1208 — 15 *Iunii*

Iuramentum ligæ per Rectores Civitatum Mediolani, Brixiæ, Bononiæ, Vercellarum, et Alexandriæ nomine aliarum Civitatum Societatis Lombardiæ, Marchiæ, et Romaniæ super observatione pactorum nuper inter ispos, et Nuncios Imperatoris Friderici duratura per annos quatuordecim, cum reservatione Papiensibus, et aliis si voluerint in societatem venire, sub obligationibus præcipue manutenendis Alexandrinis in suis regaliis, et juribus etc. et pro parte Rectoris Vercellarum sub reservatione concordiæ, et juramenti quibus tenetur erga Civitatem Mediolani, et Novariæ, ac Episcopum Vercellensem, et suos homines Casalis S. Evasii, et Taurinenses, et Ourea *(Eporedia)*.

Bis t. II, *f.* 86-103 -- t. III, *f.* 187-212.

1208 — 31 *Iunii*

Transactio, et investitura concessa per Comune Vercellense Othoni — bono Baignerio stariorum undecim terræ insulæ sub annuo fictu denariorum viginti quinque Papiensium.

Bis. t. II, *f.* 113 -- t. III, *f.* 225.

1208 — 5 *Iulii*

Investitura facta per Comune Vercellense Ioanni de Turre, ejusque fratribus, ac Opizoni de Casali, Canonico Ecclesiæ S. Eusebii Vercellensis, de modiis quinque terræ in Reffaldono extimatis libras septem pro modio, cum facultate alienandi, dummodo non in Ecclesiam, militem, vel hospitale, sub annuo fictu solidorum octo, denariorum duorum, et sex.

Bis. t. I, *f.* 113 -- t. III, *f.* 225.

1208 — 5 *Iulii*

Alia investitura ut supra concessa Uberto Agatiæ.

Pact. *f.* 121.

1208 — 29 *Iulii*

Condemnatio per Consules Iustitiæ Vercellensis contra Sindicum ejusdem Comunis ad dimittendum quamdam insulam Othoni de Camice, non obstante juramento in primo judicio facto ex eo, quod impedire non poterat propter statutum a Credentia Comunis ante dictum judicatum editum super pignoribus.

Bis. t. II, *f.* 108 -- t. III, *f.* 218. -- Pact. *f.* 122 sub die 30 Iulii.

1208 — 7 *Augusti*

Submissio cuiusdam domus Comuni Vercellensi facta per nonnullos de Gatinaria pro observatione juramenti habitaculi ad quod tenebantur erga ipsam Civitatem.

Pact. *f* 240.

1208 — 7 *Augusti*

Iuramentum habitaculi præstitum erga Comune Civitatis Vercellarum per nonnullos homines Gatinariæ, et Rovaxini.

Pact. *f.* 240-241.

1208 — 8 *Augusti*

Submissio domus ut supra per ipsos facta pro observatione juramenti.

Pact. *f.* 240.

1208 — 14 *Augusti*

Aliud juramentum præstitum a Iacobo Cignono de Rovaxeno erga Civitatem Vercellarum.

Pact. *f.* 241.

1208 — 29 *Decembris*

Intimatio facta parte Comunis Vercellensis cuidam Notario Yporediensi de non recipiendo instrumento contradictionis in loco de Costis.

Acquisit. lib. I, *f.* 104.

1208 — 29 *Decembris*

Protestatio parte Comunis Vercellensis facta Comuni Yporediensi quod paratum erat observare ei quascumque concordias, et pacta pro quibus ipsum Comune Vercellense tenebatur erga homines Yporediæ.

Acquisit. lib. I, *f.* 104.

1209 — 17 *Ianuarii*

Denuntiatio in loco Clavaxii facta per Nuncios Comunis Vercellarum, et Ambaxatores Mediolani, Placentiæ, Alexandriæ, Novariæ, Taurini, et Yporediæ adversus Marchionem Montisferrati, quatenus restituere debeat Vercellensibus possessionem loci Pontis Sturiæ, et pertinentiarum.

Acquisit. lib. I, *f.* 168 -- lib. II, *f.* 193.

1209 — 21 *Ianuarii*

Transactio inter Comune Vercellense, et Ugucionem de Putheo, super

discordiis inter ipsos occasione cujusdam insulæ in Forcalda prætensæ a Comuni sibi spectare, et quia esset molta Servi, et Sessitis, vigore cujus ipse Ugucio investitur de ipsa petia modiorum decem, et octo sub annuo fictu solidorum 4, denariorum sex papiensium, sub diminutione, si in parte disrepta foret a Servo, vel Sessite.

Bis. t. II, *f.* 119 — t. III, *f.* 231. — Pact. *f.* 126.

1209 — 21 *Ianuarii*

Investitura alia ut supra favore Anrici Advocati de modiis novem insulæ apud stagnum Bressanum, et Sarvum sub annuo fictu denariorum triginti quatuor.

Bis. t. II, *f.* 119 -- t. III, *f.* 232. -- Pact. *f.* 127.

1209 — 21 *Ianuarii*

Alia favore Comunis Oldenici de quadam insula in Forcalda modiorum decem novem apud Sarvum sub fictu solidorum duodecim, denariorum novem papiensium.

Bis. t. II, *f.* 120 — t. III, *f.* 233.

1209 — 21 *Ianuarii*

Alia favore Rainerii Advocati de insula modiorum octo in Forcalda sub fictu denariorum triginta unius papiensium.

Bis. t. II, *f.* 121 -- t. III, *f.* 234. -- Pact. *f.* 123.

1209 — 21 *Ianuarii*

Alia investitura favore Manfredi Gambaruti, et Ioannis de Volta de insula, et prato stariorum novem sub annuo fictu denariorum novem.

Bis. t. II, *f.* 122 -- t. III, *f.* 234. -- Pact. *f.* 124.

1209 — 21 *Ianuarii*

Alia investitura ut supra favore illorum de Mortario, et Brexani Advocati de quadam terra insulæ ubi dicitur ad Sesiam mortuam.

Pact. *f.* 122-125.

1209 — 21 *Ianuarii*

Alia præfato Brexano Advocato de alia petia insulæ.

Pact. *f.* 125.

1209 — 21 *Ianuarii*

Alia investitura ut supra facta Robaldo de Mortario, aliisque ibidem nominatis a parte Comunis Vercellensis de aliis petiis insularum.

Pact *f.* 127-131.

1209 — 22 *Iunii*

Alia investitura Manfredo Gambaruto, et Ioanni de Volta de petia insulæ ut supra.

Pact. *f.* 128.

1209 — 8 *Iulii*

Investitura per feudum gentile, et avitum de Castro, loco, et territorio Malionis per Comune Vercellense concessa Petro f. q. d. Guilelmi Comitis Maxini qui fidelitatem juravit erga ipsam Civitatem.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 163 — t. IV, *f.* 136.

1209 — 4 *Augusti*

Declaratio facta per Nicolaum de Pontesturia coram, et instante Potestate Vercellensi se recepisse de anno millesimo ducentesimo secundo primo Augusti instrumentum quo q. d. Bonifacius Marchio Montisferrati investiverat Anselmum Mussum de Paciliano in feudum rectum de locis Aveglati, et Trevillæ.

Acquisit. lib. I, *f.* 166, et lib. II, *f.* 191.

1209 — 1 *Septembris*

Diploma Othonis IV Imperatoris favore Conradi, Guidonis, et Obizonis fratrum, filiorumque Comitis Rainerii de Blandrate, quo pro compensatione terræ q. Henrici Marchionis quas tenebat in Tuscia præfatus Comes Rainerius, et prædecessori Henrico Imperatori dederat, ipsos investit de omni jure imperii in Civitate Hiporegiensi, Episcopatu, et Comitatu, prout Troxardus qui tenuerat cum villis, possessionibus etc. Item in allodium Villam Rosci quæ fuit quondam S. Beligni, et cessam per Abbatem felici recordatione Friderico Imperatori: et quadraginta Marchas argenti ad pondus super pedagio apud Taurinum, cum pacto quod dando eis marchas tercentum ipsum pedagium redeat ad imperium, et si fuerit quæstio, cadat in decisione Passaguerræ, et Monaci de Villa, civium Mediolanensium.

Datum in Castris, in territorio Bolonieno super ripam Rheni.

Bis. t. I, *f.* 224 — t. IV, *f.* 222.

1209 — 17 *Novembris*

Denuntiatio facta ex parte Comunis Vercellarum Consulibus Pontisturiæ, et hominibus ejusdem loci, quatenus nullam adhærentiam vel contributionem facere deberent Marchioni Montisferrati pro eo quod ipsi Comuni Vercellensi pertinet in ipso loco.

Et die sequenti in campis apud Clevaxium idem dixerant Ambaxatores

dicti Comunis Marchioni Gullielmo Montisferrati: et quod deberet restituere ostaziatos de Pontesturia, cum protestatione a parte d. Papæ, Imperatoris, et Comunis Vercellensis, quod idem de justitia respondere paratum erat.

Acquisit. lib. I, I, *f.* 167 -- lib. II, *f.* 192.

1209 — .... *Decembris*

Investitura per modum transactionis facta per Comune Vercellense Petro Clerico Ecclesiæ S. Iuliani de petia terræ ad ripam, pro qua quæstio fuerat inter R. Guilelmum Presbiterum S. Iuliani, et ipsum Comune prætendens fuisse moltam Servi.

Bis. t. I, *f.* 107 -- t. III, *f.* 217.

1209 — .... *Decembris*

Alia investitura consimilis favore Othonis Camixæ de quadam insula in Verola modiorum quinque, stariorum unius sub annuo fictu solidorum triginta octo papiensium: pacto quod terra molta esse debeat ipsius Comunis.

Bis. t. II, *f.* 111 -- t. III, *f.* 222. -- Pact. *f.* 129.

1209 — .... *Decembris*

Alia idem favore Guilielmi Advocati de modiis octo insulæ in Forcalda juxta Servum.

Bis. t. II, *f.* 120 -- t. III, *f.* 232. — Pact. *f.* 131.

1209 — .... *Decembris*

Alia ut supra favore Borgognonis Camixæ de insula in Forcalda modiorum viginti septem juxta Servum sub annuo fictu solidorum quindecim.

Bis. t. II, *f.* 121 -- t. III, *f.* 233. -- Pact. *f.* 130.

1209 — 29 *Decembris*

Alia ut supra favore Villani, et Ardicionis filiorum q. Othonis de Villano de modiis sexaginta novem insulæ, ubi dicitur ad Servetum, cohærens undique Servum.

Bis. t. II, *f.* 114 — t. III, *f.* 225. — Pact. *f.* 128.

1209 — 29 *Decembris*

Alia favore eorumdem fratrum de Villano de modiis sexdecim insulæ in Forcalda.

Bis. t. II, *f.* 114 — t. III, *f.* 226. — Pact. *f.* 129.

1209 — 30 *Decembris*

Quitatio Alberti de Mandello Potestatis Vercellarum de libris septem centum papiensibus pro suo feudo.

Acquisit. lib. I. *f.* 60 — lib. II, *f.* 67.

1209 — 31 *Decembris*

Quitatio facta per Presbiterum Guilelmum Ecclesiæ S. Laurentii de libris viginti quatuor papiensibus ipsi Ecclesiæ legatis per Comune Vercellense cum renuntiationibus etc.

Acquisit. lib. I, *f.* 60 — lib. II, *f.* 67.

1210 — 10 *Februarii*

Bullæ datæ Laterani Innocentii Papæ III, quibus ad petitionem nobilis viri Guilelmi Marchionis Montisferrati exponentis quod, cum homines Vercellenses mutuo dedissent q. patri suo certam summam pecuniarum sub hypoteca locorum Pontisturiæ, et Tridini, fraudulenter instrumentum venditionis fieri fecerunt, et ideo ipsum locum ultra dimidium evaderet, committitur Episcopo Taurinensi, Abbati Tilietti, Cimeliarchæ Ecclesiæ Mediolanensis, et Præposito Vezolani in partibus rem cognoscendam.

Bis. t. I, *f.* 234.

1210 — 23 *Februarii*

Protestatio ex parte Potestatis, et Comunis Vercellarum coram dominis Anrico Vercellensi, et Iacobo Taurinensi Episcopis quod parati erant standi in judicio coram ipsis super facto Marchionis Montisferrati.

Actum in pratis ultra Duriam inter Hospitale Argievariæ, et Pontem Salugiæ.

Acquisit. lib. I, *f.* 168 — lib. II, *f.* 193.

1210 — 24 *Februarii*

Immissio in possessionem per Nuncios Marchionis Montisferrati favore Nunciorum Comunis Vercellarum de Castro, et pertinentiis Pontisturiæ, cum injunctione d. Gualæ Pastroni Castellano ipsius Marchionis de recedendo.

Acquisit. lib. I. *f.* 168 — lib. II, *f.* 193.

1210 — 15 *Martii*

Iuramentum Citadinatici Comuni Vercellensi præstitum per Ioannem Calegarium de Rovaxino.

Pact. *f.* 242.

1210 — 15 *Martii*

Aliud Martinelli Suprinelli.

Pact. *f.* 241.

1210 — 21 *Martii*

Investitura, et datum nomine donationis per Sindicos Livurni, Piveroni, et Palatii in manibus Comunis Vercellensis de omnibus illis terris per Consules, et homines Comunium, et locorum acquisitis, ad hoc ut ædificari possit locum francum de Costis, ita ut qui venerint ibi habitare sint uti cives Civitatis Vercellensis, cum promissione eis dandi alteros pro scontro.

Bis. t. I, *f.* 193 -- t. II, *f.* 302-328-375 -- t. IV, *f.* 177.

1210 — 30 *Martii*

Iuramentum habitaculi Vercellensis emissum per Ioannem de Pœnico f. q. Othonis.

Pact. *f.* 241.

1210 — 6 *Aprilis*

Aliud præstitum a Petro, et Alberto de Bucis de Salis eidem Comuni Vercellensi.

Pact. *f.* 214.

1210 — 10 *Aprilis*

Aliud Iacobi de Passano, et Uberti de Pegno de Cerriono.

Pact. *f.* 243.

1210 — 20 *Iunii*

Sententia favore Præceptoris domus Morani contra Comunitatem Vercellensem, qua declaratur ipsum fratrem Guilelmum Præceptorem posse boscare in nemoribus Lucedii ex dono habito a Marchione Montisferrati antequam alienaretur ipsum boscum Comunitati prædictæ.

Perg. — Bis. t I. *f.* 388 -- t. IV, *f.* 446.

1210 — 1 *Maii*

Præsentatio litterarum Othonis Imperatoris super facto Comunis Vercellensis, d. Marchioni Guilelmo Montisferrati: apud Cunium in ejus exercitu.

Acquisit. lib. I, *f.* 168 -- lib. II, *f.* 194.

1210 — 5 *Iunii*

Iuramentum habitaculi Vercellensi Civitati præstitum per diversos homines Lachelli.

Pact. *f.* 214.

1210 — 12 *Iunii*

Aliud præstitum a fratribus de Picino de Mediolano.

Pact. *f.* 215.

1210 — 30 *Iunii*

Instantia parte Comunis Mediolani, Comuni Vercellensi facta super restitutione quarumdam rerum.

Pact. *f.* 53.

1210 — 31 *Iunii*

Iuramentum habitaculi Civitati Vercellensi præstitum per fratres de Nuce loci Crovæ.

Pact. *f.* 243.

1210 — 19 *Iulii*

Remissio facta a Potestate, et Credentia Comunis Vercellensis Consulibus, et hominibus Tridini de fodro, cariggio, et fossatis faciendis Civitati Vercellensi, ita ut id præstare non debeant, nisi quando cives Vercellenses præstabunt.

Bis. t. I, *f.* 487 -- t. II, *f.* 5.

1210 — 16 *Augusti*

Investitura per Comune Vercellense concessa Ioanni Calciæ, et Carlevario de Arborio, de petia una insulæ, inter duos Servos sub annuali fictu.

Pact. *f.* 131.

1210 — 5 *Septembris*

Iuramentum habitaculi, et Citadinatici præstitum Comuni Vercellensi per Bertam viduam q. Zanini de Conflentia nomine filiorum suorum.

Pact. *f.* 244.

1210 — 10 *Septembris*

Aliud iuramentum præstitum per Albericum de Vinea de Mongrando.

Pact. *f.* 215.

1210 — 5 *Novembris*

Aliud idem præstitum per Guilielmum Bixium de Stropiana.

Pact. *f.* 343.

1210 — 21 *Novembris*

Iuramentum habitaculi Civitatis Vercellensis Comuni ejusdem præ-

stitum sub fodro, et oneribus prout alii Cives facient, et cum obbligatione emendi domum unam in eadem per Vivianum magistrum de Arborio.

Pact. *f.* 242.

1210 — 14 *Decembris*

Aliud iuramentum præstitum per Giantinum q. Viviani de Iuxtamonte de Gatinaria.

Pact. *f.* 242.

1210 — 20 *Decembris*

Submissio per Melianum de Rovaxeno facta Comuni Vercellensi de domo una in eadem Civitate pro observantia juramenti habitaculi ad quod tenebatur.

Pact. *f.* 243.

1210 — 23 *Decembris*

Iuramentum habitaculi præstitum per Conradum Sinistrarium de Praviglio.

Pact. *f.* 243.

1211 — 4 *Ianuarii*

Promissio Vercellini de Visterno erga Comune Vercellense, quod curabit ut Theobaldus, et Ardicio confirment venditionem per eumdem ipsi Comuni factam.

Acquisit. lib. I, *f.* 183.

1211 — 4 *Ianuarii*

Venditio facta favore Comunis Vercellensis per Theobaldum, et Ardicionem fratres filios q. Gualæ de Cavagnolio de quarta parte ipsis spectante in Castris, locis, et jurisdictione Cavagnolii, et Visterni pretio librarum centum papiensium. Postea vero, die nono, nomine Comunis accepta fuit possessio. Deinde sub die decimonono idem Comune illos investivit de eodem feudo sub pactis, et juramento etc.

Acquisit. lib. I, *f.* 184.

1211 — 19 *Ianuarii*

Ordinamentum Comunis Vercellarum quod nullus de Tridino, et ejus curte possit alienare possessionem vel jura in quempiam, vel Ecclesiam, aut hospitale, qui non fuerit de jurisdictione ejusdem Civitatis sub pœna caducitatis.

Acquisit. lib. I, *f.* 32 — lib. II, *f.* 31.

1211 — 21 *Ianuarii*

Aliud simile juramentum præstitum per Iacobum Dracum.

Pact. *f.* 201.

1211 — 22 *Ianuarii*

Iuramentum habitaculi Vercellensis præstitum per Iacobum, et Benedictum de Lozolo habitantes in loco Colobiani.

Pact. *f.* 199.

1211 — 30 *Ianuarii*

Aliud juramentum habitaculi Civitati Vercellensi præstitum per Ambroxium de Carexana.

Pact. *f.* 202.

1212 — 4 *Februarii*

Aliud præstitum per Martinum Dracum de Valdengo.

Pact. *f.* 196.

1211 — 27 *Februarii*

Aliud præstitum a Michaele de Guidone, et Ubertino Signario ambobus de Casali Rubeo.

Pact. *f.* 201.

1211 — 8 *Martii*

Aliud a Guilelmo Prinato habitatore Colobiani.

Pact. *f.* 197.

1211 — 11 *Martii*

Aliud juramentum ut supra præstitum per Theobaldum, et Guitacum fratres de Baloco.

Pact. *f.* 199.

1211 — 29 *Martii*

Permissio Comunis Vercellensis d. Potestati ejusdem Civitatis procedendi, et agendi cum Consilio D. N. Novariensis arbitro electo in discordia inter ipsum Comune, et d. Episcopum Vercellensem pro facto turris noviter constructæ per ipsum d. electum in Castro Salugiarum.

Bis. t. III, *f.* 13.

1211 — 12 *Aprilis*

Iuramentum habitaculi præstitum Comuni Vercellensi per Gilium de Casali habitatorem Roncarolii.

Pact. *f.* 197.

1211 — 24 *Aprilis*

Præceptum factum per Sindicum Comunis Vercellensis Credendariis loci Tridini de non vendendis possessionibus alicui sine licentia ipsius Comunis.

Acquisit. lib. I, *f.* 41, et lib. II, *f.* 43.

1211 — 6 *Maii*

Transactio inter Comune Vercellense, et Burlam, ac filios ejus de Bucha, qui fecerunt finem eidem Comuni mediantibus libris trecentum imperialibus de omni eo, quod eis occupaverat in loco, villa, territorio, et jurisdictione Loceni, nec non Navolæ, et Vintebii. Postea vero sub die undecimo in domo ejusdem Burlæ juxta Castrum de Buchis ipse, et filii ejus ratam habuerunt transactionem. Et sub die decimo tertio, ipsos, Comune investivit de eadem jurisdictione.

Bis. t. I, *f.* 433 -- t. III, *f.* 25. -- Acquisit. lib. I, *f.* 21, et lib. II, *f.* 16.

1211 — 10 *Maii*

Concordia secuta in Ecclesia S. Mariæ Casalis-Gualoni inter dominos Guilelmum, et Guidonem fratres de Casali-Gualono ex una, et Henricum de Petro de eodem loco ex altera, qua ei conceditur utendi de aqua rugiæ molendini per menses Iunii, Iulii, et Augusti quoque die Sabbati a vesperis usque per totum diem Dominicæ, et ducendi ipsam per crestas dominorum præfatorum. Item partecipans ei piscationem in ipso fossato nec non honorantias, et regalias ejusdem loci prout pater ejus tenebat.

Bis. t. I. *f.* 372 -- t. IV, *f.* 324.

1211 — 21 *Maii*

Iuramentum habitaculi Civitati Vercellensi sub fodro, et obligatione emptionis domus, præstitum Comuni ejusdem Civitatis per Ghisulphum de Pertengo de loco Rovaxeni.

Pact. *f.* 196.

1211 — 26 *Maii*

Aliud juramentum per Mauritium de Castelleto, et Aychinum Pectenatum de Messerano habitatorem Castelleti.

Pact. *f.* 196.

1211 — 28 *Maii*

Aliud simile per Guidonem q. Bonijoannis de Ardeniano de Albano.

Pact. *f*, 198.

1211 — 1 *Iunii*

Aliud præstitum per Doratum de Opisone Rubeo.

Pact. *f.* 198.

1211 — 11 *Augusti*

Aliud juramentum præstitum per Petrum dictum de Carlino de Ronsico.

Pact. *f.* 200.

1211 — 11 *Augusti*

Promissio ad invicem facta inter dominos Gozinum, Othonem, Conradum, Guidonem fratres Comites Blandrate de non alienando, locando, vel pignorando sub pœna ammissionis eorum Castra, et fortias locorum Montisgrandi, Blandrate, Breceme etc. Brighæ, Orii superioris, et inferioris, ac Meoli sive Meoleti sine consensu omnium ipsorum.

Bis. t. I, *f.* 226 — t. IV, *f.* 225.

1211 — 21 *Augusti*

Congregata Credentia Comunis Casalis S. Evasii in domo supra fossatum, ibidem Iacobus de Guidalardis Ambaxator Comunis Vercellensis, et a parte ipsius Comunis intimavit observantiam pactorum, et juramentorum veterum, et quod non deberent societatem inire cum aliqua Civitate, vel loco.

Bis. t. I, *f.* 314 - t. IV, *f.* 346. - Acquisit. lib. I, *f.* 197 - sub die 20 Septembris.

1211 — 8 *Octobris*

Promissio Bonijoannis de Camaro Comuni Vercellensi facta ædificandi domum unam in eadem Civitate pro observantia juramenti, et pactorum habitaculi nuper factorum.

Pact. *f.* 200.

1211 — 18 *Novembris*

Facultas data per Comune Vercellense Potestati loci Tridini, investiendi homines, qui venerint ibi ad habitandum de sediminibus ipsius loci, etiam cum facultate alienandi in aliis, salva prælatione Comuni Vercellensi, pro denariis sex minus pro qualibet libra.

Pact. *f.* 140.

1211 — 11 *Decembris*

Iuramentum habitaculi Civitatis Vercellensis Comuni ejusdem præstitum per Bertholinum Clericum, et Ioannem Maladerasa.

Pact. *f.* 199.

1211 — 14 *Decembris*

Conventio inter Ogerium Abbatem Monasterii Lucedii consensu Monachorum suorum, et Comune Vercellense vigore ordinati Alberti Tetavegla, et Simonis Nuxatis compromissariorum, vigore cuius d. Abbas cedit omnibus juribus in molendinis, et ripaticis Tridini, mediantibus libris centum viginti duabus papiensibus, et ibidem Martinus de Tridino pariter quitavit ipsum Comune de omnibus juribus in ipsis molendinis, et damnis passis, mediantibus libris quinque papiensibus.

Bis. t. I, *f.* 411 — t. IV, *f.* 474. — Pact. *f.* 140 sub 27 Decembris Perg.

1211 — 31 *Decembris*

Conventio inter Comune Vercellense, et Iordanum de Sabello super quæstione cujusdam terræ.

Pact. *f.* 132.

1212 — 27 *Ianuarii*

Transactio inter Comune Vercellense, et Ubertum Alzatum super quæstione cujusdam petiæ insulæ in Forcalda, quam Comune prætendebat esse moltam Servi, vel Sicidæ, unde investivit eumdem Ubertum sub pacto fictus denariorum viginti quinque cum dimidio papiensium.

Bis. t. I, *f.* 107 — t. III, *f.* 217.

1212 — 27 *Ianuarii*

Alia ut supra cum Bissono Advocato de altera petia insulæ in Forcalda.

Bis. t. I, *f.* 111 — *f.* 222.

1212 — 2 *Februarii*

Denuntiatio nomine Comunis Vercellensis Comuni Iporegiensi facta ut virtute juramenti, et fidelitatis debeat adjuvare, quod quidam de Liburno liberetur a carceribus d. Gualæ Comitis S. Martini, et filiorum ejus.

Acquisit. lib. I, *f.* 107.

1212 — 1 *Martii*

Consignamentum possessionum Tridini, quas tenebant domini Bressanus, et Conradus fratres de Advocatis, et quæ quondam fuerant domini Marchionis Montisferrati, et antea q. Ruffini Lecasusti, per Vercellinum Scaburram, Bonsignorinum etc., et alios earumdem possessores, de quibus dicti domini de Advocatis habent districtum, ordinamentum, et roidas.

Bis. t. II, *f.* 103 — t. III, *f.* 270.

1212 — 19 *Aprilis*

Concessio facta per Comune Vercellense, Credentia congregata, Alberto Tetavegla Potestati Tridini, et hominibus ejusdem loci de venatione, et piscatione in curia ejusdem loci, prout cives Vercellenses faciebant, cum remissione fictus terrarum quas, bello durante, colere non potuerant: et cum aliis privilegiis ibi expressis.

Bis. t. I, *f.* 416-418 — t. III, *f.* 3-6. — Pact. *f.* 141. — Perg. sub 2 Aprilis.

1212 — 7 *Aprilis*

Quitatio librarum sex minus denariis triginta tribus Comuni Vercellensi facta per Petrum de Blandrate pro fodro ei, et suis hominibus, ablato ex parte ejusdem Comunis.

Perg.

1212 — 5 *Iunii*

Promissio Girardi de Rocca habitatoris Palazolii erga Comune Vercellense, quod non recedet a jurisdictione ejusdem Civitatis.

Pact. *f.* 204.

1212 — 2 *Iulii*

Procura per d. legatum Imperialem facta in personam Othonis Coti ad mittendnm in possessionem Comune Vercellense, et dominos Cavagnolii, et Visterni de Castro ejusdem loci Cavagnolii.

Acquisit. lib. I, *f.* 186.

1212 — 2 *Iulii*

Protestatio seu querela Comunis Vercellensis, et dominorum de Visterno, et Cavagnolii coram domino Gilio de Curtenova legato Imperiali adversus Marchionem Guilelmum Montisferrati, ex eo quod contra voluntatem ipsorum, Comunis, et dominorum ipsa Castra intraverat: unde d. Legatus ordinavit immitti Comune prædictum, et dominos in possessione.

Acquisit. lib. I, *f.* 185.

1212 — 22 *Iulii*

Relatio Othonis de Belino Nuncii Comunis Mediolani se præsentasse d. Marchioni Montisferrati litteras delegatorum Imperialium super facto Comunis Vercellensis.

Acquisit. lib. I, *f.* 169 — lib II, *f.* 194.

1212 — 24 *Iulii*

Alia promissio consimilis facta a diversis hominibus Candiæ, et Cotii.

Pact. *f.* 204.

1212 — 24 *Iulii*

Iuramentum præstitum per diversos homines Cotii, et Candiæ Potestati, Consulibus, et Comuni Vercellensi quod venient habitare in loco Villanovæ, nec recedent a jurisdictione Vercellensi, sed facient vicinescum prout alii de Villanova faciunt.

Bis. t. I, *f.* 416. — t. III, *f.* 2.

1212 — 2 *Augusti*

Quitatio Comuni Vercellensi facta per diversos homines Candiæ de certis summis pecuniarum ipsis debitis.

Acquisit. lib. I, *f.* 54, et lib. II, *f.* 62.

1212 — 4 *Septembris*

Procura facta per d. Egidium de Curtenova Vicarium Imperialem in Lombardia pro d. Othone Imperatore, in personam Teyti Canevarii ad perficiendum fossatum requisitum per Comune Vercellense Casalensibus, cum quo coniungi debebatur Padus cum Sicida pro conservatione possessionum Vercellensium.

Bis. t. I, *f.* 315 -- t. IV, *f.* 348. -- Acquisit. lib. I, *f.* 197.

1212 — 16 *Decembris*

Ordinamentum Comunis Vercellensis per Credentiam convocati quo ex providentia Potestatis statuitur neminem jus prætendere debere in domibus q. Othonis Comitis Blandrate, rebus, ac territoriis ejus.

Bis. t. I, *f.* 224 — t. IV, *f.* 223. — Acquisit. lib. I, *f.* 42, et lib. II, *f.* 43.

1213 — 10 *Februarii*

Venditio per Almerium Fantum per se, et nomine Uberti et Guilielmi q. d. Anselmi de Torcello, Isaac, et nomine Danesii filii q. Ardicionis, Rufinum, et filios q. Faxati de Torcello favore Comunium Mediolani, Vercellarum, et Alexandriæ de eorum portionibus Castrorum, et villarum Torcelli, et Cuniolii, ac hominum suorum, scilicet de tertia parte pro indiviso: cum jure tenendi pontem super Padum: ac cum facultate construendi villam circa Padum versus Vercellas ad ripam ejusdem fluminis pretio librarum 3500 papiensium.

Postea vero die 13 februarii ipsæ Comunitates acceperunt possessionem eorumdem Castrorum, et ipsos venditores investiverunt qui fidelitatem juraverunt.

Acquisit. lib I, *f.* 62, et lib. II, *f.* 71.

1213 — 11 *Februarii*

Promissio Comunis Vercellensis erga consortes Castri Torcelli con-

struendi pontem super Padum subtus Cuniolium, secundum eo, quod sunt in concordia cum Alexandrinis, ita ut pedagium exigant ipsi consortes salvum a Mediolanensibus, Vercellensibus, et Alexandrinis: et si Castrum Cuniolii superioris erit ab inimicis devastatum, damna reficient. Et quod Comune ædificabit in eorum poderio in ripa Padi versus Vercellas locum unum francum, in quo ipsi habeant fictus prout habent domini de Villanova.

Acquisit. lib. I, *f.* 64, et lib. II, *f.* 74.

1213 — 11 *Februarii*

Concordia inter Vercellenses, et Alexandrinos super comunione pro indiviso Castrorum Torcelli, et Cuniolorum cum Mediolanensibus, sub prohibitione alienandi ipsa vel alia Castra quæ ædificaverunt in eorum territorio: et sub aliis etc.

Acquisit. lib. II, *f.* 1. — Pact. *f.* 7 sub 22 Aprilis.

1213 — 2 *Martii*

Quitatio Almerii de Torcello de pretio habito pro portione ejus dicti Castri habita a Comuni Vercellensi.

Acquisit. lib. I, *f.* 66.

1213 — 24 *Maii,* 2 *ante kal. Iunii*

Emptio Torcelli inferioris, et partis de superiore, ac juribus, et jurisdictione facta per d. Bertramum de Lampugnano Potestatem Vercellarum nomine ejus Comunis, et Comunium Mediolani ac Alexandriæ pretio librarum 3000 papiensium a dominis Aselerio Gulielmo Anrico, et Rainerio fratribus, filiis q. d. Fassati de Torcello: ratificantibus etiam venditionem factam ab Almerio Fanto, et eorum consortibus. Sequenti die possessio accepta per Comunitatem Vercellensem cum appensione vexilli; ipsaque die investiti fuerunt prædicti per Comune, et juraverunt fidelitatem, ac dederunt facultatem construendi Villam unam in ripam Padi versus Vercellas etc.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 224 — t. II, *f.* 278 — t. IV, *f.* 2. — Acquisit. lib. I, *f.* 66 — lib. II, *f.* 76.

1213 — 3 *kal. Maii*

Investituræ duæ per Albertum Tetaveglam Potestatem Tridini factæ de nonnullis sediminibus.

Invest. *f.* 39.

1213 — 9 *Maii*

Quitationes duæ per diversos dominos Torcelli Comunitati Vercellensi factæ de pretio eorum venditionum etc.

Acquisit. lib. I, *f.* 66 — lib. II, *f.* 75-76.

1213 — 19 *Iunii*

Promissio Uberti de Boba, et Guidonis Rubei de Gatinaria salvandi Castrum Vintebii ad utilitatem Comunis Vercellensis.

Bis. t. II, *f.* 13 — t. III, *f.* 66.

1213 — 16 *Iulii*

Protestationes per Comune Alexandriæ adversus Comune Vercellarum de expensis factis circa Castra Cuniolii, Torcelli in constructione pontis supra Padum.

Pact. *f.* 6.

1213 — 24 *Iulii*

Quitatio dominorum Torcelli erga Comune Vercellense de libris ducentum quinquaginta papiensibus pro parte pretii librarum 3000 venditionis factæ de Cuniolio inferiori, et parte Torcelli.

Acquisit. lib. I, *f.* 69, et lib. II, *f.* 78.

1213 — 16 *Octabris*

Iuramentum habitaculi Vercellensis Comuni ejusdem Civitatis præstitum a fratribus de Granotiis.

Pact. *f.* 238.

1213 — 28 *Octobris*

Ratificatio facta per diversos dominos Torcelli, de venditione ejusdem loci, et Cuniolii favore Comunitatum Mediolani, Alexandriæ, et Vercellarum, qua ipsas inde investiverunt in feudum.

Acquisit. lib. I, *f.* 69.

1213 — 28 *Octobris*

Promissio Almerii Fanti de Torcello erga Comune Vercellense dandi libras centum ex illis venditionis ejusdem Castri, in poderio circa Padum versus Vercellas juxta concordiam factam.

Acquisit. lib. I, *f.* 69.

1213 — 28 *Octobris*

Securitas per diversos nobiles Torcelli erga Comunitates Mediolani,

Alexandriæ, et Vercellarum pro damnis quæ habere possent ab illis consortibus illius loci, causa venditionis factæ.

Acquisit. lib. I, *f.* 69.

1213 — 29 *Octobris*

Quitatio per diversos dominos Torcelli de parte pretii venditionis illius loci favore Comunium Med., Vercell., et Alexandriæ.

Acquisit. lib. I, *f.* 71.

1213 — 3 *Novembris*

Iuramentum Clerici q. Alberti de Castelleto, per ordinationem Clavariorom Comunis Vercellensis custodiendi, et salvandi Montem S. Laurentii ad utilitatem, et honorem Comunis Vercellensis ab hodie in antea per annum unum cum octo hominibus pro pretio librarum quinquaginta papiensium. Promittendo ipsum reddere guernitum, et scaritum.

Bis. t. I, *f.* 13.

1213 — 7 *Novembris*

Investitura per Comune Vercellense, Alexandriæ, et Mediolani concessa filiis q. Henrici de Cunioliis de eorum portione ipsi Comuni vendita.

Acquisit. lib. I, *f.* 71.

1213 — 12 *Novembris*

Iuramentum habitaculi præstitum Comuni Vercellensi per nonnullos de Rodobio.

Pact. *f.* 205.

1213 — 13 *Novembris*

Procura facta per dominos Rainerium, et Guilelmo Faxatos ad recipiendum a Comuni Alexandriæ id quod eis debebatur in observatione pactorum initorum.

Pact. *f.* 6.

1213 — 16 *Novembris*

Quitatio per Guilelmum filium q. Almerii de libris tercentum triginta sex, solidis tredecim, denariis quatuor favore Comunis Vercellensis pro parte pretii venditionis Cuniolii, et Torcelli.

Acquisit. lib. I, *f.* 72.

1213 — 22 *Novembris*

Alia Rainerii de Cuniolio pro se, et fratribus de libris 1700. Item

et de libris 244 papiensibus favore Comunis Vercellensis pro venditione Torcelli, et Cuniolii.

Acquisit. lib. I, *f.* 72.

1213 — 3 *Decembris*

Procura Comunis Vercellarum ad exigendam quamdam summam debitam per Comune Mediolani Bonifacio Malepeciæ, et consortibus de Torcello.

Pact. *f.* 53.

1213 — 4 *Decembris*

Promissio Philippi filii Iacobi Campi [custodiendi Castrum Vintebii ad honorem, et utilitatem Comunis Vercellarum, mediantibus libris 65 papiensibus hinc ad annum unum, et illud reddendi guarnitum, et scaritum sub pœna librarum mille papiensium.

Bis. t. II, *f.* 13.

1213 — 22 *Decembris*

Procura Comunis Vercellarum ad exigendam quamdam summam a Comuni Alexandriæ occasione Torcelli.

Pact. *f.* 53.

1214 — 1 *Ianuarii*

Iuramentum habitaculi, et domus emendæ in Civitate Vercellarum per Ubertum Buttalinum de Veruca.

Pact. *f* 215.

1214 — 12 *Ianuarii*

Protestatio cum appellatione facta in Ecclesia S. Mariæ de Burgolio Alexandriæ per Ioannem Guercium Notarium, et Nuncium Comunis Vercellarum coram Archipresbitero Ioanne de Burgolio, super quamdam sententiam latam per Abbatem S. Marciani Terdonensis ex litteris Apostolicis Onorii Papæ sub dat. Laterani anno eius Pontificatus octavo, in quadam causa inter ipsum Comune, ac Priorem in Longobardia fratrum Hospitalis S. Ioannis Hyerosolomitani propter quosdam homines, possessiones, et res etc.

Bis. t. I, *f.* 378 — t. IV, *f.* 432.

1214 — 15 *Ianuarii*

Quitatio Comuni Vercellensi facta per Albertum de Bonello Bonsignorio de quadam summa pecuniarum.

Acquisit. lib. I, *f.* 60, et lib. II, *f.* 66.

1214 — 29 *Ianuarii*

Alia per diversos condominos Torcelli favore Comunis Vercellensis occasione concordiæ, et pactorum pro venditione Torcelli, et Cuniolii.

Acquisit. lib. I, *f.* 62.

1214 — 11 *Februarii*

Emptio domus ante Ecclesiam S. Michaelis facta per d. Vicecomitem de Vicecomitibus Potestatem Vercellensem, nomine Comunis, pretio librarum 140 papiensium, a Bonojoanne, et Vercellina jugalibus de Fasoliis, consensu Gualæ de Advocatis.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 205 — t. IV. *f.* 193 — Acquisit. lib. I, *f.* 9 et lib. II, *f.* 8.

1214 — 13 *Februarii*

Quitatio quorumdam hominum de Paciliano de quadam summa favore Comunis Vercellarum.

Acquisit. lib. I, *f.* 132-231 et 232.

1214 — 15 *Februarii*

Iuramentum habitaculi Vercellensis præstitum per nonnullos de Cabaliate.

Pact. *f.* 207.

1214 — 22 *Februarii*

Facultas data per Potestatem, et Consilium Vercellense Iacobo de Brunomonte Notario ordinandi pacem inter Olricum de Oriano, et fratres, eorumque partem, ac filios q. Petri de Merlo, et totam eorum partem super discordiis, homicidiis, guerris etc., prout fecit nomine Comunis cum subscriptione omnium.

Actum in loco Arelii in Ecclesia S. Mariæ.

Acquisit. lib. I, *f.* 244.

1214 — 23 *Februarii*

Quitatio Guazelli de Montenario favore Iacobi Bussi, et Iacobi Masseri de quadam summa pecuniarum prout etc.

Pact. *f.* 208.

1214 — 10 *Martii*

Præstitum per Comune Societati S. Eusebii Vercellarum factum de quadam domo.

Acquisit. lib. I, *f.* 10 et lib. II, *f.* 9.

1214 — 17 *Martii*

Quitatio per Comune Alexandriæ Comuni Vercellensi facta de omni expenso circa Pontem Padi, et villas Cuniolii, et Torcelli.

Pact. *f.* 8.

1214 — 26 *Martii*

Denunciatio ex parte Comunis Vercellensis d. Andreoto de Barbavaria Potestati, ac Comuni, et hominibus Hyporegiæ quatenus debeant præstare fidelitatem Comuni, et hominibus Vercellarum, et dare molariam prout debebant.

Deinde sequuntur dicta testium quod tota terra quam tenebat Ecclesia S. Mariæ Hiporegiensis, et homines ipsius Civitatis in Piverono, Liviono, Unzasco, et Palatio, exceptis tribus domibus, et quibusdam aliis rebus eorum, et si domini Cerrioni, et Magnani aliquam quærelam faciunt super his, erat injusta, et per vim.

Item (fol. 106) particula juramenti fidelitatis Comuni Vercellarum præstiti per Yporegienses occasione investituræ Castri S. Urbani, et Bolengi, salva fidelitate dominorum utriusque partis.

Item Breve recordationis de cessione facta per Guilelmum Pandulfum, et filios de Castro, loco, et juribus Bolengi favore Comunis Vercellarum, a quo inde investituram recipiunt, et fidelitatem jurant.

Acquisit. lib. I, *f.* 105.

1214 — 8 *Aprilis*

Confessio facta per nonnullos de Paciliano nomine Comunis ipsius loci, de quadam summa recepta a Comuni Vercellensi pro expensis faciendis causa eundi Mediolanum pro facto ejusdem Comunis.

Acquisit lib. I, *f.* 232.

1214 — 9 *Aprilis*

Iuramentum habitaculi Vercellensis præstitum per Guilelmum de Braxelle de Morano.

Pact. *f.* 200.

1214 = 8 *Maii*

Excomunicatio lata per Guilelmum de Montecaprello Canonicum Vercellensem, et Sacerdotem ordinarium Ecclesiæ S. Eusebii in gradu B. Eusebii consensu totius Capituli contra Clericos, Potestatem, et Credendarios Casalis S. Evasii propter detentionem in ferris Guilielmi de Petro Clerici Pacilianensis cum inhibitione a divinis ufficiis donec liberatus fuerit.

Bis. t. I, *f.* 316 — t. IV, *f.* 349. — Acquisit. lib. I, *f.* 197.

1214 — 17 *Maii*

Procura Comunis Vercellensis ad recipiendum instrumentum venditionis ei faciendæ per dominos Torcelli de eodem Castro.

Acquisit. lib. I, *f.* 73.

1214 — 26 *Maii*

Iuramentum habitaculi, et citadinatici Comuni Vercellensi præstitum per Beroldum de Sturia, cum promissione emendi domum in eadem civitate.

Pact. *f.* 208.

1214 — 30 *Maii*

Venditio facta per Amedeum ex consortibus Torcelli favore Comunis Vercellensis de toto eo, quod habebant in Castro, et jurisdictione ejusdem loci.

Acquisit. lib. I, *f.* 73 — lib. II, *f.* 79.

1214 — 16 *Iunii*

Confessio per homines Paciliani erga Comune Vercellense de quadam summa pecuniarum recepta a Comuni præfato causa eundi Mediolanum in servitiis Comunis Paciliani.

Acquisit. lib. I, *f.* 232.

1214 — 4 *Iulii*

Investitura per d. Ugonem Episcopum Vercellarum, cum una lancea quam suis tenebat manibus, et Confalono, d. Vicecomiti de Vicecomitibus Potestati, et nomine Comunis Vercellensis recipiendi de toto feudo quod ipse tenet ab Ecclesia S. Eusebii, unde Fridericus de Cremona ex mandato Credentiæ juravit fidelitatem, et quod non erit in Consilio, nec favorem dabit, quod d. Episcopus ammittat Episcopatum, Comitatum, Abbatias, homines, possessiones, etc.

Actum in Broleto præsentibus Iacobo Episcopo Taurini etc.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 64.

1214 — 6 *Iulii*

Cessio, et traditio facta per Comune Vercellense favore Comunis Mediolani de omni jure super tertia parte emptionis factæ in Comuni a filiis q. Faxati de Castris, et locis Cuniolii inferioris, et Torcelli, ac de fortiis factis, et faciendis cum jure Pontis Padi.

Pact. *f.* 53.

1214 — 14 *Iulii*

Ratificatio Amedei de Torcello de venditione facta omnium jurium suorum Torcelli favore Comunitatum Mediolani, Alexandriæ, et Vercellarum.

Acquisit. lib. I, *f.* 73, et lib. II, *f.* 79.

1214 — 21 *Iulii*

Quitatio per diversos dominos Torcelli favore Comunitatis Vercellensis de pretio habito pro tertia parte venditionis Torcelli, et Cuniolii superioris eis pertinente.

Acquisit. lib. I, *f.* 73, et lib. II, *f.* 79.

1214 — 29 *Iulii*

Ratificatio Uberti de Bonifacio de Torcello venditionis per alios consortes factæ, et pro favore Torcelli, et Cuniolii.

Actum ad ripam Padi versus Torcellum.

Acquisit. lib. I, *f* 74.

1214 — 31 *Iulii*

Donatio facta per Gualterium, et Andream fratres, consentientibus dominabus de Caritate, idest d. Gritia, et Mantropola de Pace, Flora de Belis, Beatrice de Ast, d. Castellana, Iacoba uxore q. Iacobi de Matiano, favore Comunis Vercellensis de petia quadam terræ, quam ipsum Comune jam dederat dictis fratribus, et sororibus pro constituendo unum Hospitale ad honorem Spiritus Sancti, et sub Patronatu, et Avocatia ejusdem Comunis: ita quod nihil alienare possit absque consensu Credentiæ Civitatis.

Bis. t. I, *f.* 199 — t. IV, *f.* 186.

1214 — 14 *Augusti*

Confessio nonnullorum de Paciliano, accepisse quamdam summam pecuniarum a Comuni Vercellensi, causa eundi Mediolanum pro facto, et beneficio Comunis Paciliani.

Acquisit. lib. I, *f.* 232.

1214 — 8 *Octobris*

Iuramentum Guilelmi Marchionis Montisferrati erga d. Ugonem Episcopum Vercellensem præsentibus Episcopis, Taurinensi, et Hiporegiensi, Præposito Montis Iovis, ac uno ex Capellanis Episcopi Vercellensis, aliisque, super Evangelium emissum, quod stabit præceptis ejusdem

super discordiis, pro quibusdam locis, damnis, et injuriis cum Comunitate Vercellensi: et quod in hostagium dabit ejus filium Ubertum de Blandrate, et filium ejus fratris Gotofredi, ac dominum de Gualperga, et remittet pro securitate Castra Cabagnolii, Camini, et Pontisturiæ, et quidquid aliud in tota sua terra tam citra, quam ultra Padum: unde se reddiderunt fidejussores Ubertus de Coconate, Gotofredus Guilelmus de Gualperga, Ardicio de Posascho, et dominus S. Sebastiani, quod curabunt de his omnibus observantiam.

Actum apud Ecclesiam S. Caloceri.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 149 — t. IV, *f.* 123. — Acquisit. lib. I, *f.* 169, et lib. II, *f.* 194.

1214 — 9 *Octobris*

Promissio Comunis Vercellensis erga d. Hugonem Episcopum, et Comitem ejusdem Civitatis standi ejus arbitramento super discordiis inter ipsum Comune, et Marchionem Montisferrati cum facultate remittendi Cabagnolium, et Visternum cui maluerit, cum voluntate dominorum ipsorum locorum, et concedendi locum Pontisturiæ in feudum Marchioni præfato, qui tamen jurare debeat fidelitatem ipsi Comuni. Quod vero spectat ad Tridinum vetus, et Pontem Padi, et ejus Castra esse debeant ipsius Comunis; et dabit operam quod Pacilianum reædificari possit sine impedimentis præfati Marchionis: et quod ipse Marchio liberabit captivos Torcelli, Cuniolii, et Paciliani etc.

Acquisit. lib. I, *f.* 170.

1214 — 15 *Octobris*

Iuramentum habitaculi Civitati Vercellensi præstitum per nonnullos de Gatinaria.

Pact. *f.* 206.

1214 — 30 *Octobris*

Concordia inter Comune Vercellense, et Ubertum Advocatum, ac Comune, et homines Paciliani, qua ipsi promittunt defendere Vercellenses, et eos manutenere in Castris Torcelli, et Cuniolii, Ponte Padi, et terris Padi: et quod dabunt locum Paciliani guarnitum, et scaritum ad faciendam guerram pro Civitate Vercellensi; nec faciant Societatem cum Marchione Montisferrati, ejusque terra, nec eligant Consulem vel Potestatem nisi de voluntate Comunis Vercellensis, atque ement domum intra fossatos Vercellarum pro libris ducentum papiensibus, et

jurabunt habitaculum Civitatis; salva fidelitate Abbati S. Ambrosii Mediolanensi.

Acquisit. lib. I, *f.* 232.

1214 — 12 *Novembris*

Declaratio d. Ugonis Episcopi Vercellensis, quod si in tractatu pacis per ipsum faciendo aliqua præcepta fuerint super ipsam pacem Potestati vel Comuni Vercellensi, quod isti stare non teneantur nec observare.

Acquisit. lib. I, *f.* 171.

1214 — 13 *Novembris*

Submissio d. Thebaldi de Alice solvendi libras ducentum papienses Comuni Vercellensi pro fodro possessionum, quas emerat a d. Iacobo de Cabaliate in loco, et territorio Alicis.

Perg.

1214 — 14 *Novembris*

Cessio, et remissio factæ per Comune Vercellarum d. Hugoni Episcopo de omni jure, et actione erga quosdam captivos fidejussores, et manulevatores Marchionis Montisferrati, dummodo ipsos liberare non possit, nisi prius eidem Comuni restituti fuerint detenti in Casali, et alibi, specialiter homines de Paciliano, et donec ipse Episcopus non pronunciaverit super facto Pontis, Cuniolii, et Torcelli, et super ripaticis ab utraque parte nec non super pertinentibus Tridinum novum, et vetus, et Pontem Sturiæ: et quod Marchio juraverit fidelitatem receptæ investituræ.

Acquisit. lib. I, *f.* 171.

1214 — 15 *Novembris*

Remissio, et finis factæ per d. Guilelmum Marchionem Montisferrati favore Comunis Vercellensis, et pro observantia concordiæ inter ipsos fiendæ, et pronuntiandæ per d. Ugonem Episcopum Vercellensem, qua continebatur quod ipse Marchio deberet refutationem in manibus ipsius facere de non petendo jura quæ haberet in Tridino veteri, sive desubtus, et Curia et pertinentiis, ita ut possit ipsum in feudum tradere Comuni Vercellensi: confitendo recepisse in vim transactionis libras 3000 papienses.

Actum in palatio Comunis Vercellarum.

Bis. t. I, *f.* 123 — t. IV, *f.* 103 — Acquisit. lib. I, *f.* 175.

1214 — 15 *Novembris*

Ratificatio facta per Marchionem Guilelmum Montisferrati de venditione alias per ipsum, ejusque patrem facta Comuni Vercellensi de Tridino novo, et pertinentiis: salvis concessis Abbati, et Monasterio Lucedii, et jure patronatus: et hoc in observantiam concordiæ ordinatæ per d. Ugonem Episcopum Vercellensem.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 124 — t. IV, *f.* 103. — Acquisit. lib. I, *f.* 175.

1214 — 15 *Novembris*

Cessio, et remissio facta per Conradum et Brexianum fratres de Advocatis d. Episcopo Vercellensi de omnibus eorum juribus in loco Tridini, et pertinentiis occasione investituræ habitæ a Marchione Montisferrati, qui ea tenebat in feudum ab Ecclesia Vercellensi: et hoc attenta concordia ordinata inter Marchionem, et Comune Vercellense etc. Et die sequenti ipsi fratres fecerunt finem Comunitati Vercellensi de pretio habito.

Acquisit. lib. I, *f.* 171.

1214 — 15 *Novembris*

Præcepta d. Ugonis Episcopi Vercellensis Marchioni Montisferrati, et Comuni Vercellensi de observanda pace, et concordia per ipsum statuta, et ab ipsis partibus in eum compromissa: quod Marchio promittit una cum dominis, et hominibus Torcelli, Cuniolii, Paciliani, Cabagnolii, Visterni, Broxali, et Camini: promittendo dimittere liberos homines Paciliani, ita ut possint reædificare eumdem locum prout in ipsa pace continetur. Et viceversa Comune Vercellense promittit ipsum observare eidem Marchioni, et suæ parti, scilicet Casali, et Miliaciis sibi invicem remittentes actionem injuriarum, et damnorum. Marchio autem cedit Comuni Vercellensi omne jus, quod habebat in Castris Torcelli, et Cuniolii, curiis, et ponte, et cursu, ac ripaticis Padi: item, et Episcopo remittit jura in Tridino veteri vel desubtus, confirmando venditionem alias factam nec non omnes rationes propter usuras, et alia: salvis concessionibus factis Monasterio Locedii. Et hæc omnia virtute capitulorum pacis insertorum.

Acquisit. lib. I, *f.* 172.

1214 — 15 *Novembris*

Investitura per Comune Vercellense facta Marchioni Montisferrati pro se, et suis in feudum gentile de omnibus juribus, quæ ipsi Comuni spectabant in Ponte Sturiæ, et Castris, ac Villis, tam citra, quam ultra Padum,

tam vigore contractus alias initi inter ipsum Marchionem, et patrem ejus cum eodem Comuni, quam alia occasione. Qui juravit fidelitatem, salva fidelitate Episcopi, et Ecclesiæ Vercellensis, et aliorum dominorum suorum.

Acquisit. lib. I, *f.* 174.

1214 — 18 *Novembris*

Iuramentum præstitum per diversos homines Paciliani erga Comune Vercellense observandi concordiam factam inter ipsam Civitatem, et locum Paciliani.

Acquisit. lib. I. *f.* 239

1214 — 20 *Novembris*

Pacta inter Comune Vercellense, et Comune Paciliani scilicet Ubertum Advocatum de Paciliano, Guidonem de Ponte, Ascherium de d. Berta, Castellum, et alios, nomine ejusdem Comunis, quibus Vercellenses promittunt defendere locum Paciliani, nec exigere ab eis pedagium, et transversum Padi per Pontem.

Bis. t. II, *f.* 35 — t. III, *f.* 104.

1214 — 10 *Novembris* — 17-22

Fratrum de Bona de Colobiano
Fratrum de Spina de Rodobio
Andreæ Becharii de Rodobio
} Iuramenta habitaculi Civitati Vercellensi præstita.

Pact. *f.* 206-207-208.

1214 — 25 *Novembris*

Constitutio procuratorum facta per Comune Vercellense ad restituendum dominis de Torcello, et Cuniolio de ipsis locis, et fortiis Cuniolorum superioris, et inferioris, salvo jure dominii, et fidelitatis ex contractibus debitis. Et ideo die sequenti tradita fuit possessio. Quam deinde die 27 super viam qua itur Vercellas juxta Partengum confessi sunt ipsi domini realiter habuisse.

Acquisit. lib. I, *f.* 74.

1214 — 3 *Decembris*

Investitura concessa per d. Ugonem Episcopum Vercellensem, consentientibus Canonicis S. Eusebii, et S. Mariæ, Comuni ejusdem Civitatis in feudum honorificum de Tridino veteri, cum omni jure, et pertinentiis, prout renuntiaverat d. Guilelmus Marchio Montisferrati, in istrumento pacis factæ per Lantelmum Notarium recepto, absque

obligatione novam investituram recipiendi. Ad cuius possessionem adipiscendam facultatem dedit d. Vicecomiti de Vicecomitibus Potestati Vercellensi.

Bis. t. I, *f.* 97 — Acquisit. lib. I, *f.* 176.

1214 — 4 *Decembris*

Iuramentum de pace observanda, et tenenda a diversis sequacibus Marchionis Montisferrati in locis Turrigliæ, Vignalis, Montiscalvi, Tungi, Montisbelli, Camini, Pontisturiæ, Brusaschi, Lauriani, et Clevasii: prout in concordia inter ipsum Marchionem, et Comune Vercellense.

Acquisit. lib. I, *f.* 176.

1214 — 22 *Decembris*

Quitatio Nicolai de Calvo erga Comune Vercellense de libris centum quinquaginta pro facto Pontisturiæ.

Acquisit. lib. I, *f.* 59.

1215 — 29 *Ianuarii*

Præceptum d. Potestatis Vercellensis ex parte Comunis factum Roberto Advocato de non alienando ejus feudum, et fortias Castri S. Georgii, sub pœna mille marcharum argenti: pro qua obligata remaneant ejus bona quæ habet citra Padum.

Acquisit. lib. I, *f.* 86.

1215 — 17 *Februarii*

Investitura concessa per d. Ugonem Episcopum Vercellensem, habita facultate a d. Henrico electo Mediolanensi, juxta licentiam d. Papæ, favore d. Marchionis Montisferrati de locis Cavagnolii, et Visterni, eorumque pertinentiis sub fidelitate Ecclesiæ Vercellensis, juxta tenorem pacis juratæ in festo S. Martini in ripa Padi inter Casale, et Balzolam per eumdem Marchionem, et Comune Vercellense.

Acquisit. lib. I, *f.* 177.

1215 — 13 *Februarii*

Iuramentum habitaculi, et domus emendæ pro citadinatico, et fodro Civitati, et Comuni Vercellensi per Ioannem de Alberto de Diano de Castelletto.

Pact. *f* 215.

1215 — 5 *Martii*

Concordia, et Societas inter Civitates Mediolani, et Vercellarum de

mutua defensione, tam in præsenti, quam futuro bello: promittentes facere bellum, et pacem ad nutum Rectorum Mediolani, et salvare Mediolanenses in toto districtu, et Episcopatu: et quod recipient in hac Societate Civitates Comi, Novariæ, et Placentiæ, promittendo jurare observantiam per Credentiam hominum ab annis 18 ad 70, salva fidelitate d. Othonis Imperatoris, et d. Episcopi Vercellensis et Societate, ac juramentis civium Hyporediæ, ac hominum Paciliani, et dominorum Torcelli, et Cuniolii.

Bis t. II, *f.* 90-96 — t. III, *f.* 193-201. — Pact. *f.* 55.

1215 — 5 *Martii*

Concordia, et Societas prædicta per cartam singularem Comuni Vercellensi a Comuni Mediolani jurata prout supra. Salva fidelitate d. Othonis Imperatoris, et Concordia cum Comunibus Novariæ, Comi, Laudæ, Placentiæ, et Marchionum de Malaspina, ac Comitum de Curte nova.

Bis. t. II, *f.* 93 — t. III, *f.* 198. — Pact. *f.* 57.

1215 — 10 *Martii*

Declaratio Marchionis Montisferrati quod observabit quidquid tractaturi erunt Rainerius de S. Nazario, et Bonifacius Monginus Vercellensis de discordia inter eum, et Comune Vercellense.

Acquisit. lib. I, *f.* 169 — lib. II *f.* 194.

1215 — 18 *Martii*

Iuramenta singulatim præstita per ipsos de habitaculo, et Citadinatico habendo in civitate Vercellensi sub obligatione emendi domum, et fodra solvendi.

Petri Ugatii de Rosasco — Ardicionis de Candia, et familia sua.

19 *id.* Petri de Carra — Gualæ de Sola Guieti de Dezo.

21 *id.* Martini de Guala de Castronovo — Rufini de Roba de S. Angelo — Guilelmo de Othone de Michaele de Castronovo — Ioannis de Rure pro se, et familia sua — Petri Buxani — Uberti Cavalerii pro se, et familia — Uberti Pelatiæ — Alberti de Aliprando — Bonijoannis Pasturolii — Filiorum Guideti de Ocolo — Bertoli, et Perazii de Cozo — Philipini de Cozo pro se, et familia sua — Petri Stichæ, et Ioannis Vercelli — Ulberti de Saco de S. Angelo — Thebaldi Marmorini, et Ioannis Pelletelli de Castronovo.

22 *id.* Fratrum de Michaelis — Viviani, et Guilielmi de Michaele.

23 *id.* Petri de Curte, et Bullini de Curte pro se, et sua familia — Nigri de Canero, et Uberti Tonei de Mortaria — Roglerii de Villano,

et Petri de S. Angelo — Iacobi Alamaxii, et Othonis Rotarii — R. Preve — Petri Fixi, et Brasioni Fixi — Petri Medici, et Alberti Medici — Robaldi Medici, et Ioannis Russi — Ioannis, et Odemarii Pecorarii — Ferrarii Furnarii, et Ioannis Pastoris.

25 *Maii.* Petri Boni Garzæ — Iacobi Garzæ — Ugacii Pellati — Iacobi Arnaldi de Rodobio — Mesclavini de Cozo — Tedixii de Mortaria — Gulielmi de Puris — Manfredi de Rosasco — Arduini de Cozo — Salini de Langusco.

27 *id.* Ruffini de Ponzo, et aliorum de Ponzo.

27 *id.* Vingazii de Furno, alias de Castronovo.

Pact. *f.* 175-176 ad 277.

1215 — 4 *Aprilis*

Compromissum inter Comune Vercellense, et d. Guidonem de Rodobio pro controversiis inter ipsas partes vertentibus pro facto ejusdem loci, et Conflentiæ, Rivantellæ, et Casalegii, eorumque Curiis, ac pro damnis datis Guidoni de Castello, et aliis nobilibus Rodobii.

Patc. *f.* 46.

1215 — 24 *Aprilis*

Concordia inter Comune Vercellense, et d. Aycardum filium, et procuratorem d. Guidonis de Rodobio, et d. Iacobi Abiatici ejusdem Guidonis, qua ipsi de Rodobio cedunt seu vendunt dicto Comuni eorum partes ibi designatas honorantiarum, jurium, et Curadiæ in locis Rodobii, Palestri, Rivantellæ, Meleti, et Casalelli: item Conflentiæ, Vinzalii, Turrigliæ, et Lanzoni, retinendi in se exercitium, districtum, et Advocatias, jurantes facere de ipsis guerram, et pacem ad utilitatem Comunis Vercellensis, salva fidelitate Imperatori, et personis, et locis Episcoporum Vercellarum, Papiæ, Novariæ, et Abbatis Bremetensis, ac Comitibus Lomellensibus, et Comitibus de Blandrate, et d. Rainerio de Monticello; sub promissione ex parte Comunis restituendi ipsa post guerram finitam: qui juraverunt Citadinaticum, et finem fecerunt de omnibus damnis, specialiter pro destructione Rodobii per Papienses facta; confitentes habuisse pro hac cessione libras mille quinque centum papienses.

Bis. t. I, *f.* 24. — Pact. *f.* 45.

1215 — 24 *Aprilis*

Iuramenta habitaculi Vercellensis etc. præstita per Bonellum de Castronovo — Vercellinum de Bernino de Castronovo — Iacobinum filium Alberti de Iorio de Rosasco.

13 *Maii*

Per Perotum de Merlina de Ultramonte, et Vignatium de Furno alias de Castronovo.

20 *Maii*

Per Ubertum Russum de Castronovo, et Gualbertum de Gonella de Rodobio.

Pact. *f.* 177-179-185.

1215 — 20 *Iunii*

Conventio inter Vercellenses, et d. Thomam Comitem Maurianæ, et in Italia Marchionem, ejusque filium Amedeum, qua ipsi promittunt defendere Vercellenses, et eorum Civitatem, et dare centum milites ipsis, et Comuni Mediolani pro guerra facienda: nec quod facient ligam vel acquistum in Canepicio, et molas libere relinquent Vercellensibus, nec concordiam facient cum Taurinensibus sine Consensu Vercellensium, et alia observabunt duratura per annos quinquaginta, salva fidelitate d. Imperatori Othoni, et pactis Iporegiensium. Viceversa Vercellenses promittunt dare eis centum milites pro facienda guerra in Lombardiam, et Aviliatum inferius, eodem modo quo dabunt, et Mediolanenses, nec quod recipient in Civem aliquem de jurisdictione ipsorum Comunium, nec a Paciliano sursum inter Padum, et Duriam sine consensu eorum, salvis habitantibus locorum Occimiani, S. Georgii, Ozani, Lozeni, Cellarum, Pontisturiæ etc. — Et his salva fidelitate Imperatori Othoni, et pactis Episcopi Vercellarum, et Civitatum Mediolani, Novariæ, Hyporediæ, et Alexandriæ.

Perg. — Acquisit. lib. I, *f.* 137.

1215 — 22 *Iulii*

Admonitio ex parte Comunis Mediolanensis Vercellensibus quatenus deberent ire cum tota sua gente, et munitionibus in exercitu Mediolanensi pro facienda guerra contra communes inimicos.

Acquisit. lib I, *f.* 212. — Pact. *f.* 60.

1215 — 28 *Iulii*

Protestatio ex parte Comunis Vercellensis, quod si verum esset ut dicebatur, d. Episcopum recepisse litteras d. Peregrini asserti delegati Pontificis, causa excomunicandi ipsum Comune ex eo, quod essent Vercellenses ituri cum Mediolanensibus ad obsidionem loci Casalis, appellabatur ad summum Pontificem.

Bis. t. I, *f.* 312 — t. IV, *f.* 343. — Acquisit. lib. I, *f.* 212.

1215 — 13 *Augusti*

Quitatio Guilelmi Majalis Comuni Vercellensi de quadam summa habita pro servitio in exercitu Casalis.

Acquisit. lib. I, *f.* 55 — lib. II, *f.* 62.

1215 — 21 *Augusti*

Supplicatio Raimondi Peluchi, et Falcetæ nomine aliorum de Casali in carceribus Mediolanensibus mancipatorum, qua Comune Vercellense rogant ut velit ipsos liberare, in cives recipere, et adjuvare ad se claudendum in loco destinato ad habitandum sub jurisdictione Vercellensi.

Bis t. I, *f.* 332 — t. IV, *f.* 357. — Acquisit. lib. I, *f* 215.

1215 — 28 *Augusti*

Catalogus hominum Casalis a carceribus Mediolani liberatorum eo quod concordiæ cum Vercellensibus per alios Casalenses initæ consenserant.

Acquisit. lib. I, *f.* 218.

1215 — 30 *Augusti*

Iuramentum habitaculi Vercellensis præstitum ipsi Comuni, seu Potestati per Eustachium de Palestro, et Nicolaum ejus filium.

Pact. *f.* 185.

1215 — 8 *Septembris*

Mathæi Ferrarii de Cozo — Petri Fortis, et Petri Boni de Cozo — Oziani de Porta, — Guidacii de Pegnacio — Albertoni de Filippo — et Bertolini de Caldea — Amici de Ottobello — Othonis de Bonzio — Rainerii de Veglo — Otacii Caldani — Guidacii de Zano — Guilelmi de Parello — Alberti de Bruno.

9 *id.* Monacii de Melegnano pro se, et familia.

Iuramenta habitaculi Vercellensis ut supra.

Pact. *f* 177-178-180-182.

1215 — 10 *Septembris*

Adjectio capitulorum facta parte Comunium Mediolani, et Vercellarum paci inter ipsos tractatæ, scilicet quod si aliquis Pons construeretur super Padum juxta locum in quo homines Casalis debent habitare, Vercellenses non accipient toloneum a Mediolanensibus, et hoc faciant jurare, et observare per Casalenses qui venerint habitare in illo loco, ex eo, quod ipsos in numero 374, Mediolanenses dimiserant a carceribus etc.

Bis. t. II, *f.* 79 — t. III, *f.* 178. — Pact. *f.* 60.

1215 — 13 *Septembris*

Iuramentum præstitum per Casalenses in carceribus Mediolani detentos, et a Comuni Vercellensi redemptos, standi ad mandata, et in fortiis Vercellensium, nec contra concordiam veniendi.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 327-330 — t. IV, *f.* 363-372.

1215 — 21 *Septembris*

Concordia inter Comune Vercellense, et homines Casalis S. Evasii nomine aliorum existentium in carceribus Mediolani, qua jurant esse cives, et habitatores Vercellenses, et habitare ubi collocabuntur citra Padum, et dare operam quod alii qui habitabant Casale destructum venient habitare locum novum construendum. Cum additionibus factis ex parte Comunis Vercellensis, quod Casale debeat remanere destructum, et Casalenses facient pacem, et finem de omnibus injuriis, et damnis passis tam per ipsum Comune, quam per Mediolanenses, Comitem Sabaudiæ, et Comitem Blandrate, aliosque qui fuerunt in obsidione, et destructione Casalis.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 329-331 — t. IV, *f.* 365-369. — Acquisit. lib. I *f.* 213.

1215 — 11 *Octobris*

Præceptum factum per Potestatem, et a parte Comunis Vercellensis Comiti Petro de Maxino, jurandi stare arbitrio ejus super facto trossellorum captorum, et hominum Miraldæ, et Uliaci dando fidejussionem de libris mille Segusinis.

Bis. t. I, *f.* 171 -- t. IV, *f.* 147.

1215 — 12 *Octobris*

Declaratio Comunis Vercellensis, erga d. Episcopum ejusdem Civitatis velle libere dimittere jura super Casale ejus Ecclesiæ spectantia, ipsaque ei manutenere, et defendere.

Actum in Monasterio S. Ambrosii Mediolani.

Bis. t. I, *f.* 312 — t. IV, *f.* 343. Acquisit. lib. I, *f.* 217.

1215 — 12 *Octobris*

Protestatio nomine Comunis per Potestatem Vercellensem, præsentibus Canonicis S. Eusebii, et S. Mariæ, quod volebant Episcopum, et Ecclesiam Vercellensem retinere, et habere jura super Casale S. Evasii prout habebat tempore Alberti Episcopi, et sic manutenere, et defendere.

Bis. t. I, *f.* 313 — t. IV, *f.* 346. — Acquisit. lib. I, *f.* 219.

1215 — 14 *Octobris*

Cessio per Comune Mediolani favore Comunis Vercellensis de omnibus juribus contra quosdam Casalenses pro custodia, et aptatura carcerum.

Bis. t. I, *f.* 335 — t. IV, *f.* 374.

1215 — 18 *Octobris*

Quitatio Diani de Curnaliis de Castro Vintebii favore Comunis Vercellensis de quibusdam juribus.

Acquisit. lib. I, *f.* 55 et lib. II, *f.* 62.

1215 — 8 *kal. Octobris*

Diploma Imperatoris Henrici favore Abbatiæ Lucedii, quæ ipsi confirmat omnes concessiones prædecessorum suorum, cum juribus piscandi, et navigandi per Padum in toto Episcopatu Vercellensi, ac moltas, et jura pasculandi, nec non exemptionem a pedagiis Alexandriæ, Ropuli, Salugiæ, Papiæ, Thaurini etc.

Perg.

1215 — 21 *et* 26 *Novembris*

Iuramentum Citadinatici præstitum Comuni Vercellensi, et domus emendæ pro observantia habitaculi, et fodri per Ioannem Crampam de Sandiliano.

Pact. *f.* 186-183.

1216 — 5 *Februarii*

Æstimatio damni usque ad libras 3000 passi per dominos Torcelli occasione guerræ Civitatis Vercellensis jussu Potestatis ejusdem factæ.

Acquisit. lib. I, *f.* 75.

1216 — 23 *Martii*

Submissio Albertini de Homodeo de Salasco consignandi in manibus d. Bazani Iudicis d. Amizoni Sachi Potestatis Vercellensis Iacobum Odemarium de Salasco, ad omnem ejus requisitionem sub pœna librarum 15 papiensium.

Perg.

1216 — 31 *Martii*

Quitatio per Pacem Albarestrerium Comuni Vercellensi facta de quibusdam summis pecuniarum.

Acquisit. lib. I, *f.* 55 -- lib. II, *f.* 62.

1216 — 22 *Martii et* 12 *Aprilis*

Iuramenta habitaculi Vercellensis præstita ipsi Comuni a Palmella, et Petro de Ulmo de Stirpiana.

Pact. *f.* 246.

1216 — 29 *Aprilis*

Conventio cum Comuni Vercellensi Iacobi Bonini, Nicolai Castellani, Anrici Scatri, Anrici Germani, Aimarii Castellani, Ardizonis magistri, Iacobini Ysserami, Ottacii de Ioanne de Dionisio, Gualterii Textoris, Petri Ferrarii, Guillelmi Ymeldæ, et Alexii Campese, omnium de S. Agata, qua promittunt venire ad habitandum in jurisdictione Vercellensi, et jurare civitaticum, et solvere fodra, salvo quod non teneantur facere fossata, et spalda, nisi quando cives facient.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 94. — Acquisit. lib. I, *f.* 247.

1216 — 29 *Aprilis*

Promissio filiorum q. Fassati de Torcello, et aliorum consortum standi ad extimum peritorum super damno passo occasione guerræ per Comune Vercellense.

Acquisit. lib. I, *f.* 76.

1216 — 4 *Maii*

Quitatio facta per Anselmum Selvaticum de Cremona, habitantem pro ejus securitate in terra Comitissæ Campaniæ favore Comunis Vercellensis occasione ejus captionis.

Acquisit. lib. II, *f.* 62.

1216 — 15 *Maii*

Protestatio Amizonis Sacchi Potestatis Vercellensis ex parte Comunis Marchioni Lanceæ, qui asserebat habere aliquid dicendum ex parte d. Federici Regis Siciliæ super facto Casalensium, quod ipse non recognoscebat Nuncium regem, et ad eum appellabat si esset præjudiciale dicto Comuni.

Actum super glareis Padi, præsente Marchione Montisferrati.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 316 — t. IV, *f.* 349. — Acquisit. lib. I, *f.* 219.

1216 — 19 *Maii*

Pax, et finis facta per diversos homines Torcelli favore Comunis Vercellensis, prout in carta concordiæ continebatur, de omnibus damnis passis in eorum poderio quacumque occasione.

Acquisit. lib. I, *f.* 26.

1216 — 20 *Maii*

Alia pax, et finis facta Comuni Vercellensi per alios condominos Torcelli, et Cuniolii prout supra.

Acquisit. lib. I, *f.* 77.

1216 — 23 *Maii*

Ordinamentum Potestatis Vercellensis quod deinceps quisquis habitator Civitatis, poderii, et districtus Vercellarum non possit se ab ipsa habitatione alienare, quod si contrafecerit solvat Comuni totum id quod teneretur.

Acquisit. lib. I, *f.* 32, et lib. II, *f.* 31.

1216 — 23 *Maii*

Ordinamentum aliud quod omnes qui venerint sub jurisdictione Vercellensi, et ad habitandum in Civitate solvere debeant fodrum per annos quinque.

Acquisit. lib. I, *f.* 41, et lib. II, *f.* 43.

1216 — 24 *Iulii*

Societas, et ordinamentum inter diversas familias Blandrati de se reciproce defendendo, et quæstionibus intervenientibus, standi judicio Societatis S. Stephani, et hoc ad honorem Comitum, et Comunis Blandrati, salvando honores Civitatis Vercellensis, et Novariensis, prout in Carta Blandrati continebatur.

Pact. *f.* 89.

1216 — 18 *Iulii* — 12-15-19-21 *Augusti*

Gulielmi Gareti de Ast — Iacobi Grosolani — Uberti de Montalino — Guidonis de Gozo — Passagii de Conflentia — Sinibaldi de Nigra de Auxiliano — Iuramenta habitaculi Civitatis Vercellarum cum emptione domus pro observantia.

Pact. *f.* 231-246-247.

1216 — 7 *Decembris*

Protestatio facta ex parte Comunis Vercellensis Vercellino de Cavagnolio, quod parati erant facere ei justitiam de eo quod requireret.

Acquisit. lib. I, *f.* 183.

1216

Requisitio d. Guilielmi de Casali Gualono Potestati Vercellensi de convocanda Credentia pro faciendo ei justitiam de quibusdam; ad quæ

responsum dedit non posse in hoc vacare, cum impeditus esset negotiis pro exercitu, quod parabatur causa eundi cito ad Pacilianum.

Acquisit. lib, I, *f.* 25, et lib. II, *f.* 20.

1217 — 23 *Ianuarii*

Iuramentum præstitum Comuni Vercellensi per plures homines Vallis Sicidæ de habitaculo tenendo pro ipsa Civitate, guerram, cavalcatam, et hostilitium faciendi, solvendique fodrum pro libris mille, ac dandi Vercellensibus mercatum, et fortilitias sicut continebatur in carta facta per Benivolium Motarium, et ita facere quod Comites Blandrate, Gozium, Conradum, Othonem, et Opizonem servare deberent dictam pacem.

Bis. t. II, *f.* 53.

1217 — 21 *Aprilis*

Quitatio illorum de Saviis de Meolo habitatorum Vercellarum in manibus Guidonis de Ranzo Iudicis Civitatis Vercellarum de Iure habitaculi ejusdem Civitatis.

Pact. *f.* 238.

1217 — 2 *Maii*

Protestatio facta in Credentia Comunis Novariæ per Comitem Conradum pro se, et fratribus, ac consortibus suis, et Comune Blandrate quod parati erant observare pacem, conventiones, et concordias, absque eo quod Comune submoveret eorum homines, et terram cum bannis, dummodo ipsum Comune pariter observaret eis pacta. Ad quæ ordinatum fuit quod non mutetur bannum eis, et Comuni Blandrate impositum, imo aliud bannum solvere debeat.

Bis. t. I, *f.* 240 -- t. IV, *f.* 248.

1217 — 7 *Maii*

Declaratio Potestatis Vercellensis ex parte Comunis facta Deputatis ad Civitatem Mediolani, quod possint dare facultatem ipsis civibus ineundi pacem cum Papiensibus, salvis tamen capitulis concordiæ inter ipsa Comunia Vercellarum, et Mediolani.

Pact. *f.* 61.

1217 — 12 *Maii*

Facultas data per Ambaxatores Comunis Vercellensis Potestati Mediolanensi, ineundi pacem cum Placentinis, reservatis pactis concordiæ inter ipsa Comunia.

Pact *f.* 61.

1217 — 12 *Maii*

Declaratio Potestatis, et Comunis Placentiæ erga Comune Vercellense quod in permissione Mediolanensibus de pace ineunda exprimi debeat quod locus, qui alias vocabatur Casale S. Evasii, non reædificetur ultra, nec alius similis fieri possit absque voluntate Vercellensium; et quod Papienses recipiantur in ipsa pace prout Mediolanenses recepti fuerunt.

Acquisit. lib. I, *f.* 38, et lib. II, *f.* 39.

1217 — 25 *Maii*

Alia declaratio prout supra amplior: scilicet quod pax quæ fiet inter Papienses, et Vercellenses non debeat afferre præjudicium istis de facto Rodobii: quod arbitrari non possit de facto Pontis Padi, et de locis in ripa Padi, et Castris Torcelli, et Cuniolii: et quod Casale remaneat destructum, nec reædificari possit: et si reædificabitur sit in arbitrio Vercellensium, Mediolanensium, et Alexandrinorum ipsum destruendi, absque eo quod pax rupta dici possit. Quod homines, qui sunt extra locum Paciliani, et qui sunt intus, reduci debeant ad Concordiam. Nec in hac pace intelligi debeant Hiporegienses, Comites Canepicii, et Castellani Castri Ugucionis ut amici Papiensium.

Acquisit. lib. I, *f.* 27, et lib. II, *f.* 38.

1217 — 25 *Maii*

Concordia, et pax inter Comune Placentiæ, et Comune Papiæ pro se, et eorum amicis de Lombardia, qui in hanc pacem venerint, et specialiter Astensibus, Marchione Montisferrati, hominibus Casalis, Bellangerii dominis, et hominibus Bagnariæ, finem sibi ad invicem faciendo de omnibus damnis, et mutuum auxilium, ac favorem deinceps promittendo contra Cremonenses, et quoscumque: et observando omnia quæ ordinabuntur de discordiis cum Mediolanensibus, Vercellensibus, Novariensibus etc., salva fidelitate d. Othoni Imperatori.

Acquisit. lib. I, *f.* 33, et lib. II, *f.* 36.

1217 — 27 *Maii*

Licentia data ex parte Comunis Vercellensis Mediolanensibus tractandi pacem cum Placentinis, salvis pactis, et concordiis inter Comune Mediolanense, et Comune ipsum Vercellense.

Pact *f.* 65.

1217 — 27 *Maii*

Denunciatio facta ex parte Comunis Novariæ dominis Gozio, Conrado, et Guidoni, et aliis Consulibus Comunis Blandrate quatenus debeant venire Novariam cum eorum hominibus ab annis quindecim ad

septuaginta pro defendenda terra Novariæ, et Episcopatus, sub banno librarum quinquecentum. Cui opposuerunt non debere imponi eis bannum cum sint parati: et aliter appellant ad Papam, et ad Imperatorem.

Bis. t. I, *f.* 240 — t. IV, *f.* 247.

1217 — 28 *Maii*

Consensum præstitum per Comune Vercellense super pace facienda cum Mediolanensibus juxta formam licentiæ datæ Comuni Mediolanensi, cum facultate recipiendi juramenta.

Acquisit. lib. I, *f.* 39, et lib. II, *f.* 40.

1217 — 3 *Iunii*

Iuramentum præstitum per Comune Papiense super pace facienda cum Mediolanensibus, Placentinis, Vercellensibus, Novariensibus, Alexandrinis, Terdonensibus, juxta dictatum Placentinorum, et de observando quidquid dictum aut scriptum fuerit super hoc per Potestatem Placentinum, de facto discordiæ cum Rege Siciliæ, et de quæstionibus pontium, et aquarum.

Acquisit lib I, *f.* 39, et lib. II, *f.* 40.

1217 — 4 *Iunii*

Declaratio Potestatis Placentiæ ex parte Credentiæ ejusdem Civitatis de ratum habendo quidquid Potestas Mediolani pronunciaverit super concordiam faciendam cum Alexandrinis, Vercellensibus, Terdonensibus, et Novariensibus.

Acquisit. lib. I, *f.* 39, et lib. II, *f.* 41.

1217 — 4 *Iunii*

Confessio Potestatis a parte Credentiæ Placentiæ ratum habendi quitationes quas fecerint Papiensibus Civitates Novariæ, Vercellarum, Alexandriæ, et Terdonæ.

Acquisit. lib. I, *f.* 40, et lib. II, *f.* 41.

1217 — 7 *Iunii*

Iuramentum præstitum per Consules Casalis S. Evasii nomine ejusdem Comunis pro observantia pacis, et concordiæ cum Mediolanensibus, et Placentinis, eorumque parte, ac Papiensibus.

Bis. t. I, *f.* 311 — t. IV, *f.* 343. — Acquisit. lib. I, *f.* 220

1217 — 12 *Iunii*

Protestatio Ambaxatorum Placentiæ Marchioni Montisferrati quod si non osservabit negotium Tellii, et Camini prout requirit concordia facta inter ipsum, et Vercellenses, ac illos de Cabaliate, pax habebitur per non facta.

Acquisit. lib. I, *f.* 179.

1217 — 4 *Augusti*

Capitula inter Comune Vercellense, et Arnoldum habitatorem Carisianæ, Brutinum de Busto habitatorem Blandrate, et Zanni de Mediolano habitatorem Casalisbeltrami, petentes sibi construi burgum unum francum ad voluntatem ipsius Comunis, qui habere debeat quatuor portas cum Ecclesia una de lignamine; et quod tradant eis matonos e fornacibus Tridini, et Cuniolii, et concedant stratam veniendi a Casali, et Pontesturia, et pasculum circa Padum versus Vercellas, ac Comunia, ubi fieri debet burgum ad recetum Pontis inter Tridinum, Pontem Sturiæ, Villamnovam, Balzulam, et Casale, et cum aliis pactis inibi conventis.

Bis. t. I, *f.* 413 — t. IV, *f.* 478. — Pact. *f.* 147.

1217 — 21 *Augusti*

Procura facta per Comune Vercellense ad repræsentandum, occasione pacis faciendæ cum Placentinis, damna passa, et habita per Marchionem Montisferrati, ejusque homines.

Acquisit. lib. I, *f.* 179.

1217 — 19 *Septembris*

Concordia inter Comune Vercellense, et d. Iacobum de Cabaliate qua jurat Civitaticum, et standi præceptis, ac faciendi guerram ad utilitatem ipsius Comunis, dummodo non sit contra Marchionem Montisferrati, et homines habitantes in terris ejusdem Marchionis: et Comune non possit ei præcipere aliquid de Castro Ugucione, dummodo non recipiat bannitos Comunis Vercellensis: et si ipse vel ejus hæredes non tenuerint feudum a Marchione, tunc obligati sint defendere terram Vercellensem contra ipsum Marchionem, et suos.

Et inde fecit pacem, et finem de omni damno propter præsentem guerram.

Perg. — Bis. t. III, *f.* 62. — Acquisit. lib. I, *f.* 23, et lib. II, *f.* 17.

1217 — 21 *Septembris*

Testium dicta ex præcepto Potestatis Vercellensis, et juxta pacis concordiam recepta super guastis, et damnis datis in Pacilianum per homines Marchionis Montisferrati, locorum ibi expressorum.

Acquisit. lib. I, *f.* 235.

1217 — 5 *Octobris*

Præceptum Potestatis Vercellensis Ruffino Notario factum authenticandi litteras sibi directas a Præposito Iporegiensi Delegato Apostolico continentes, sibi prorogare non posse terminum super facto Casalis.

Bis. t. I. *f.* 219. — t. IV, *f.* 332. — Acquisit. lib. I, *f.* 220.

1217 — 12 *Octobris*

Concordia inter Comune Vercellense, et Comune Alexandriæ, qua Vercellenses pro se, et hominibus suæ jurisdictionis, tam intus quam extra promittunt Alexandrinis auxilium præter quam contra Papienses, et salva fidelitate Imperatori Othoni, ac juramentis Mediolanensium, Novariensium, Iporegiensium, ac Comitum Sabaudiæ, et Taurinensium pro eorum guerra particulari, ac juramentis dominorum Cuniolii, et Torcelli, et hominum Paciliani.

Pact. *f.* 11.

1217 — 12 *Octobris*

Conventio inter Alexandrinos, et Vercellenses super acquisitionibus locorum faciendis tam in Comuni, quam in particulari inter Padum, et Tanarum, et dividendis infra terminos ibidem designatos: ratificata per Alexandrinos in eadem Civitate in Ecclesia S. Petri.

Pact. *f.* 13.

1217 — 13 *Octobris*

Procura Comunis Vercellensis ad recipiendum ab Alexandrinis quamdam summam pecuniarum, et ad paciscendum de non habenda aliqua concordia cum hominibus Casalis S. Evasii, et ad renuntiationem recipiendam de omnibus juribus in ipso loco, et hominibus, ac Ponte Padi et Beali.

Pact. *f.* 18.

1217 — 17 *Octobris*

Remissio, et absolutio per Comune Alexandriæ Comuni Vercellensi facta super obligatione, et pacto de non facienda concordia aliqua cum Casalensibus, dando eidem licentiam concordandi cum ipsis hominibus, tam citra, quam ultra Padum, et territorium.

Pact. *f.* 18.

1217 — 17 *Octobris*

Remissio per Comune Alexandriæ Vercellensibus facta de pedagio Bealis ita ut libere transire possint.

Pact. *f.* 19.

1217 — 17 *Octobris*

Quitatio facta per Alexandrinos Vercellensibus de omni eorum parte pedagii Pontis Padi ab hinc retro.

Pact. *f.* 19.

1217 — 17 *Octobris*

Quitatio Comunis Vercellensis erga Alexandrinos de omnibus expensis factis in Castris Cuniolii, Torcelli, et Ponte Padi.

Pact. *f.* 20.

1217 — 28 *Octobris*

Conventio inter dominum Ubertum de Ozolo Potestatem, et nomine Comunis Vercellarum, ac dominos Gozium, Othonem, Conradum, et Opizonem Comites Blandrate, qua ipsi promittunt facere jurare civitaticum ipsius Civitatis infra festum S. Andreæ per omnes eorum homines Vallis Sicidæ, et emere domos in ipsa Civitate usque ad libras tercentum pro observantia, et defendere Civitatem, ac pro ipsa facere guerram cum omnibus hominibus suis, bannitos, et res prohibitas extrahi a territorio Vercellensi, nec quod protegent aliquam partem occasione factionis civium ipsius Civitatis, nec quod vendent aliqua jura Civitati Novariæ.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 249-260-291 - t. IV, *f.* 260-276-315. — Invest. *f.* 41.

1217 — 28 *Octobris*

Capitula conventa inter Comune Vercellense, et prædictos Comites: quod Comune defendet ipsos, et eorum homines, ac omnes de familia, et agnatione Comitum Blandrate qui venerint in hanc concordiam, et conservare eorum jura, et consuetudines in Valle Sicidæ, et quod registrare facient hæc in libro Statutorum ubi jurare solent Potestates. Et his salvis pro parte Comitum fidelitatibus Imperatori, Archiepiscopo Mediolani, et Episcopis Novariæ, et Vercellarum, et pro parte Comunis, salva fidelitate Imperatori, ac Episcopo Vercellensi, ac pactis Civitatum Mediolani, et Alexandriæ, et Comitum Sabaudiæ.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 271-289 — t. IV, *f.* 290-326.

1217 — 28 *Octobris*

Investitura concessa per Comune Vercellense Comitibus Gozio, Conrado, et Opizoni de Blandrate de Castris Montis Orioni, et Robiolii in feudum rectum, sub prohibitione alienandi, specialiter in aliquem civem Novariæ, vel in ipsam Civitatem Novariæ, aut in aliquem a quo pervenire possit Civitati Novariæ.

Perg.

1217 — 28 *Octobris*

Donatio de prædictis Castris facta a dictis Comitibus Comuni Vercellensi cum omni eorum pertinentia, territorio, districtu, honorantiis etc.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 223-238-297 — t. IV, *f.* 244.

1217 — 28 *Octobris*

Donatio inter vivos per ipsos Comites Civitati Vercellensi facta de jure exigendi fodrum librarum mille papiensium ab hominibus Vallis Sicidæ, ac ipsis imponendi exercitum, hostilitium, et cæteras alias præstationes.

Perg. — Bis. t. I, *f* 241-297 — t. IV, *f.* 248-324.

1217 — 2 *Novembris*

Iuramentum præstitum per homines quinquecentum quinquaginta circiter de Vallesicida, scilicet locorum Sessi, Curiæ, Venzoni, Agnoni, et Aranei, ac Vallis Mastalonæ, de emenda domo in Civitate Vercellarum, ac solvendi fodra in ipsa Civitate, et servandi vias, stratas, mercata, et pedagia pro Civibus Vercellensibus, ac observari faciendi conventiones Comitum Blandrate erga ipsam Civitatem, præsentibus Comitibus Conrado, et Gozio.

Item aliud hominum 475 Vallis Sicidæ, scilicet Varalis, Quaronæ, Rochæ, et Robialis.

Perg. — Bis. t. I, *f* 293-295 — t. IV, *f.* 317-320. — Invest. *f.* 43.

1217 — 6 *Novembris*

Ratificatio Comunis Placentiæ omnium instrumentorum celebratorum super facto pacis Papiensium.

Acquisit. lib. I, *f.* 40, et lib. II, *f.* 42.

1217 — 7 *Novembris*

Instantia Ambaxiatorum Civitatum Alexandriæ, et Vercellarum, Potestati, et dominis Occimiani, ut velint custodire viam Pontis Cuniolii, quæ tendit a Civitate Alexandriæ ad Vercellensem.

Acquisit. lib. I, *f.* 78.

1217 — 8 *Novembris*

Alia instantia ut supra facta Comitibus de Cabaliaca, et dominis de Fraxaneto.

Acquisit. lib. I, *f.* 77.

1217 — 8 *Novembris*

Alia Castellano Castri, et loci S. Salvatoris, nomine Marchionis Montisferrati ibidem existente.

Acquisit. lib. I, *f.* 180.

1217 — 22 *Novembris*

Ratificatio per Credentiam Vercellensem facta de pactis initis, et receptis instrumento Benivolii Mesclavini, inter ipsam Comunitatem, et Comune loci constituti ad Pontem Padi.

Bis. t. I, *f.* 413 — t. IV, *f.* 477.

1217 — 5 *Decembris*

Præceptum Potestatis Vercellensis Guilielmo Belino Notario authenticandi litteras Præpositi Hiporegiensis super facto Casalis eidem directas, qua ipsum monebat non posse amplius differre executionem absque incursu indignationis d. Papæ, cujus erat delegatus, et maxime quia Nuncii Casalenses instabant.

Bis. t. I, *f.* 314 -- t. IV, *f.* 345. -- Acquisit. lib. I, *f.* 204.

1217 — 19 *Decembris*

Protestatio per diversos homines Casalis facta Potestati Vercellensi, quod de litteris impetratis a d. n. Papa Præposito Iporediensi directis se impedire nolebant, nec consentiebant, omne jus, ideo Comuni Vercellensi remittendo ita ut nullum robur habere debeant contra ipsum.

Bis. t. I, *f.* 314 -- t. IV, *f.* 347. -- Acquisit. lib. I, *f.* 204.

1217 — 21 *Decembris*

Declaratio seu protestatio coram d. Iacobo Præposito Iporegiensi, a Præposito S. Evasii facta, se non fuisse Romam, nec misisse, nec in Commissionem stetisse.

Bis. t. I, *f.* 314. -- Acquisit. lib. I, *f.* 204.

1218 — 5 *Ianuarii*

Submissio hypothechæ de una domo in Civitate Vercellensi facta a Petro Zeta de Rodobio favore Comunis ejusdem Civitatis pro observatione habitaculi per ipsum jurati.

Pact. *f.* 202.

1218 — 18 *Ianuarii*

Præceptum ex parte Comunis Vercellensis Iacobo Ferraroto Notario, quod juxta scripturam factam manu Lantelmi Notarii protestare deberet Clericis Casalis S. Evasii, quod non starent apud Ecclesiam S. Eusebii cum fidantia Comunis Vercellensis, non quod eis malum afferre intendat sed quia eos non defendet a quoquam.

Bis. t. I, *f.* 315 -- t. IV, *f.* 347. -- Acquisit. lib. I, *f.* 205.

1218 — 8 *Februarii*

Submissio Comuni Vercellensi pro summa librarum viginti quinque papiensium, emissa a Bertolino Rubeo, Viviano Rubeo, Iacobo Forte, Perino de Supramonte, Girardo de Ioanne Forte, Anselmo Busca, Anselmo Sesononte, Guieto Peverello de Casanova, Iacobo de Clerico privato, Ioannino Sapiente de Vectignate, Martino Bona de Carezana, et Bertolo de S. Germano.

Perg.

1218 — 11 *Februarii*

Alia pro libris viginti facta per Sandrinum Advocatum pro facto . . . . . de Casanova.

Perg. id.

1218 — 18 *Februarii*

Submissio de libris tribus papiensibus facta Comuni Vercellensi per Petrum Spallam de Casali Rubeo.

Perg. id.

1218 — 22 *Februarii*

Præceptum Iacobi Præpositi Hiporegiensis Bernardo de Alex Notario authenticam reddendi copiam litterarum d. Honorii Papæ eidem Præposito directam sub primo Aprilis, quibus committit eidem, constringendi Comune Vercellense ad liberationem captivorum Casalensium, et restitutionem damnorum cum licentia reædificandi locum illum. Factum Taurini in claustro Ecclesiæ majoris.

Bis. t. I, *f.* 317 -- t. IV, *f.* 349. -- Acquisit. lib. I, *f.* 198.

1218 — 23 *Februarii*

Iuramentum habitaculi præstitum Civitati Vercellensi per Albinum, et Iulium fratres de Stropiana.

Pact. *f.* 218.

1218 — 23 *Februarii*

Remissio facta per Comune Vercellense hominibus habitantibus, et qui habitare venerint in loco Trium Cerrorum de omni exactione fodri, carrigii, fossatorum, et aliorum rusticanorum onerum, cum facultate boscandi, et piscandi usque ad rivum Sanguinis absque licentia hominum Tridini: et quod obligati non sint reddere justitiam alicui, qui non sit de jurisdictione Vercellensi.

Pac. *f.* 176.

1218 — 13 *Martii*

Protestatio in formam Cedulæ Benivolii de Bellano, Procuratoris, et nomine Comunis Vercellensis coram d. Iacobo Præposito Hiporediensi delegato Apostolico, paratam esse ipsam Civitatem reficere damna Ecclesiæ Casalensi, prout ipse delegatus arbitrabit, vel ex dictis testium, aut ex juramento deferendo Casalensibus constabit. Sed non posse obligari ad jurandum de parendo juri, nec ad respondendum nisi Præposito Casalensi, qui tamen in judicio numquam comparuit, et tempore obtentæ Commissionis ipse, et Clerici sui erant excomunicati, nec ab

ipso litteræ impetratæ fuerunt, vel saltem veritate in his celata. Ideo instant tolli, aut suspendi interdictum etc. Præsente Bonifacio Archiepiscopo Hiporegiensi.

Perg. -- Bis. t. I, *f.* 322 -- t. IV, *f.* 356. -- Acquisit. lib. I, *f.* 198.

1218 — 18 *Martii*

Submissio Iacobi Poncii, Henrici Novelleti, Bonini, et Iacobi fratrum de Pagano de Dorzano, et Petri Trineniæ de Alice præsentandi, et tradendi in fortiis d. Potestatis Vercellensis Iacobinum Ferrarium de Dorzano ad omnem ejus requisitionem.

Perg.

1218 — 20 *Martii*

Venditio Comunibus Vercellarum, et Alexandriæ per diversos consortes Cellarum, et Montis Orioli de quarta parte Castri, et Villæ Ruxignani, turris, et dominioni versus orientem, cum omnibus juribus, et jurisdictione, ac territorio pretio librarum tercentum quinquaginta papiensium.

Bis. t. I, *f.* 65-66 -- t. III, *f.* 154-156. -- Acquisit. lib. I, *f.* 81.

1218 — 22 *Martii*

Procura præfatorum condominorum ad recipiendum in feudum prædictam partem ut supra venditam: item et ad jurandum pacta inita cum ipsis Comunibus, scilicet facere de his pacem, et guerram ad nutum Vercellensium, et Alexandrinorum: et dare eis stratam liberam: et si aliqua fortia fient in poderio eorum, pariter tradere guarnita, et scarita. Et quod dabunt fodrum librarum centum quinquaginta ipsis Civitatibus, et justitiam facient sub Potestate Alexandriæ. Si vero Consortes de Guilielmingis venire voluerint in hanc concordiam recipiantur etc.

Bis. t. II, *f.* 63 -- t. III, *f.* 150. -- Acquisit. lib. I, *f.* 83.

1218 — 23 *Martii*

Iuramentum habitaculi, et Citadinatici præstitum Comuni Vercellensi per Nicolaum de Roberto de Pertengo.

Pact. *f.* 2'9.

1218 — 6 *Aprilis*

Iuramentum fidelitatis præstitum Comunibus Alexandriæ, et Vercellarum per diversos homines Fraxinelli, et de concordia tenenda.

Bis. t. II, *f.* 61.

1218 — 6 *Aprilis*

Submissio facta Comunibus Alexandriæ, et Vercellarum per Priorem Ecclesiæ S. Bartholomæi Cellarum, et Bonifacium de Monte Oriolo, de

quarta parte Villarum quæ sunt in Curia ipsorum locorum: ac illas defendendi ad utilitatem ipsorum Comunium.

Bis. t. II, *f.* 61 -- t. III, *f.* 148

1218 — 6 *Aprilis*

Iuramentum fidelitatis præstitum ab his proxime scriptis una secum hominibus Cellarum, et Ruxignani ibidem nominatis, cum promissione observandi concordias initas Civitatibus Alexandriæ, et Vercellarum.

Bis. t. II, *f.* 62.

1218 — 21 *Aprilis*

Securitas jurata per diversos homines Casalis erga Comune Vercellense, quibus Potestas huiusmet Civitatis præceptum fecerat se transferendi ibidem ad habitandum cum eorum familiis.

Perg. -- Bis. t. I, *f.* 315-328 -- t. IV, *f* 347. -- Acqnisit. lib. I, *f.* 199.

1218 — 18-24-25-26-27-29 *Aprilis*

Petri dicti de Rosasco de Ropolo, Guilielmi de Serra de Stripiana, Guilielmi de Narvis de Vergnasco, Othonis Caupone, Martini de Mandola de Caresana, Uberti de Venzono, et aliorum de Ropolo — Iuramentum habitaculi, et domus emendæ in Civitate Vercellarum eidem Comuni præstitum.

Pact. *f.* 219-220.

1218 — 1 *Maii*

Securitas alia, seu juramentum diversorum Casalensium de habitaculo tenendo in Civitate Vercellarum.

Perg. -- Bis. t. I, *f* 312-328 -- t IV, *f.* 344-365. -- Acquisit. lib. I, *f.* 199.

1218 — 2-4 5-26 *Maii*

Nicolai Landrici de Carzana, Lanfranchi de Ansiso de Oldenico, Martini de Elena, Petri de Sala de Candelo — Iuramenta Citadinatici prout supra.

Pact. *f.* 221-222.

1218 — 11 *Maii*

Submissio voluntaria de libris decem papiensibus erga Comunitatem Vercellensem, Iacobi filii Mathæi de Turre, pro facto Piscatorum.

Perg.

1218 — 18 *Maii*

Submissio altera de libris ducentum papiensibus erga Comune Vercellarum d. Rainerii de Bulgaro nomine, et vice Iacobi ejus filii prestita.

Perg.

1218 — 6 *Iulii*

Iuramentum Civitatici, et domus emendæ, ac fodri solvendi erga Comune Vercellense præstitum per Odebrandum Lanziam, et Iacobum de Gilio de Dorzano.

Pact. *f.* 223.

1218 — 12 *Iulii*

Fidejussio jurata erga d. Vicecomitem Potestatem Vercellensem d. Iulii de Sabello, quod procurabit sub pœna librarum sexaginta filium Iacobi Zoppi observare quidquid ipse d. Potestas jusserit super facto Alberti Bergondii.

Perg.

1218 — 30 *Iulii*

Iuramentum Civitatici, et habitaculi in Civitate Vercellensi per Ioannem de Prato Majore, aliosque de Viverono.

Pact. *f.* 223.

1218 — 4-8-29 *Augusti*

Aliud simile per diversos homines Carexanæ, et Navolæ præstitum Comuni Vercellensi.

Pact. *f.* 224-235.

1218 — 19 *Augusti*

Venditio facta per Comitem Guidonem q. Rainerii de Blandrate, remissa omni ingratitudinis nota favore Comunis Novariæ de omnibus ejus Castris in Oxila, sive Valle Oxilæ specialiter Medulum, et Meduletum, et Yvorium inferiorem, exclusa parte Comitis Othonis, cum omnibus eorum territoriis ab Arona, et Gandiano superius, salvo ei exercitio jurisdictionis, et fodri prout exercent domini de Castello in Mairano Agamio etc., et quod non debeat reddere jura sub Potestate Novariæ de aliquo debito erga aliquem qui non sit de districtu Civitatis, nec facere aliquid contra Archiepiscopum Mediolani. Ratificando conventiones initas cum Patre suo, et antecessoribus de locis eorum ab Arona, et Romaniano superius. Et quod tempore belli dabit Castrum Brigæ guarnitum etc.

Bis. t. I, *f.* 226 — t. IV, *f.* 283.

1217 — 25 *Augusti*

Submissio judicialis pro summa librarum decem papiensium Iacobi de S. Georgio erga Civitatem Vercellensem.

Perg.

1218 — 19 *Septembris*

Investitura facta per procuratores constitutos a Potestate, et Sapientibus Comunis Vercellarum super facto, et rebus ipsi Comuni tangentibus in Tridino, Tribus Cerris, et alibi, favore Petri Marenæ de Tribus Cerris, de quodam zerbo juxta Villaraglam sub fictu solidorum trium Papiensium, pro pretio solidorum decem papiensium.

Bis. t. III, *f.* 287 -- t. II, *f.* 169.

1218 — 25 *Septembris*

Constitutio procuratoris per Comune Vercellense in causis quas habet cum Præposito Casalensi, ac Clericis, et hominibus Casalis, et occasione ipsius.

Bis. t. I, *f.* 315 -- t. IV, *f.* 345. -- Acquisit. lib. I, *f.* 207.

1218 — 1 *Octobris*

Ratificatio pactorum in carta facta per Benivolium de anno 1218, 19 Decembris inter Civitates Vercellarum, et Alexandriæ, ac dominos Guilielmum Probum, Girardum Spallam de S. Georgio nomine etiam dominorum Ioannis, Gualæ, et Friderici, patris, ac filiorum pariter de S. Georgio ratificantium.

Perg. -- Acquisit. lib. I, *f.* 88-89.

1218 — 1 *Octobris*

Promissio d. Petri Vicecomitis Potestatis Vercellensis nomine ejusdem Comunis facta præfatis Ioanni Gualæ, et Friderico de ipsos cautelando ab aliis dominis prædictis super facto concordiæ quondam initæ cum ipso Comuni, et Comuni Alexandriæ.

Perg. -- Acquisit. lib. I, *f.* 89.

1218 — 3 *Octobris*

Submissio d. Girardi Spallæ de S. Georgio erga Potestatem Vercellarum de servandis concordiis etiam pro rebus ei obventis ob mortem q. Guilielmi ejus fratris.

Perg. -- Acquisit lib. I, *f.* 89.

1218 — 3 *Octobris* — 29 *Novembris*

Iuramentum habitaculi, et citadinatici præstitum erga Comune Vercellarum per quemdam de Tridino, Robertum Traversa, Arnoldum de Montebello, et alios de Caresana.

Pact. *f.* 226.

1218 — 4 *Octobris*

Cessio domini Alberti de Cagnolis civis Vercellensis favore Alberti Tetaveglæ, et Iacobi Ferrarii civium etiam Vercellensium de omni ejus jure contra ipsos.

Acquisit. lib. I, *f.* 52 -- lib. II, *f.* 63.

1218 — 8 *Octobris*

Investitura seu donatio inter vivos facta per Guidonem filium Guilielmi de Casaligualono, favore d. Beatricis uxoris q. Anrici Scarlæ ejus nepotis de modiis duobus terræ in Brialda loco dicto medij panis retro Castrum, et juxta molendinum.

Bis. t. IV, *f.* 405.

1218 — 20 *Octobris*

Investitura facta per Deputatos Comunis, Vercellarum Anrico de Donano de quadam pecia terra insulæ in mezano Sarvi, territorii Vercellarum.

Invest. lib. I, *f.* 36.

1218 — .... *Novembris*

Præceptum d. Ugonis Episcopi Hostiensis, et Cardinalis, ac legati Apostolicæ Sedis, nomine etiam Regis Friderici, Comuni Mediolanensi factum, de non præstando auxilium Novariensibus euntibus in Vallem Sicidæ, vel contra terras Comitum Blandrate, et Civitatis Vercellensis sub pœna indignationis.

Bis. t. I, *f.* 228 -- t. IV, *f.* 228.

1218 — .... *Novembris*

Aliud consimile factum per Episcopum Taurinensem Vicarium d. Friderici Regis nomine ejus.

Bis. t. I, *f.* 228 -- t. IV, *f.* 229.

1218 — 30 *Novembris*

Receptio litterarum Potestatis Ianuæ per Potestatem Vercellensem quibus monet eum accepisse litteras d. Friderici Regis Romæ, et Siciliæ, directas fidelibus Ianuensibus, Papiensibus, Novariensibus, Astensibus, Iporegiensibus, et Taurinensibus, ac Castellanis Lombardiæ, confirmationis banni contra Vercellenses alias per Marchionem Lanceam inflicti, ex eo quod detinebant carceratos quosdam homines Casalis, prohibentes ipsis habitationem loci, nec iis pacem dantes.

Datum Norimbergæ 9 Octobris vigore quarum ideo ipsum Comune dedit libertatem ipsis hominibus.

Bis. t. I, *f.* 318-321 - t. IV, *f.* 351 355. - Acquisit. lib. I, *f.* 18 - lib. II, *f.* 13.

1218 — 30 *Novembris*

Receptio altera Epistolæ d. Ugonis Hostiensis, et Vercellensis Episcopi Sedis Apostolicæ Legati directæ nobilibus Potestatibus, Consiliis, et hominibus Vercellarum, Comuni Terdonensi, et Alexandriæ, ipsis Nuncios dirigendo pro recipiendis juramentis pacis Lombardiæ cum schedula, et juxta ejus tenorem expressum, scilicet de omnibus discordiis, guerris, et damnis inter Civitates Mediolani, Placentiæ, Cremonæ, Parmæ, eorumque partes a tempore quo Rex intravit Lombardiam.

Bis. t. I, *f.* 321 — t. IV, *f.* 355. — Acquisit. lib. I, *f.* 19 — lib. II, *f.* 14.

1218 — 30 *Novembris*

Præsentatio litterarum per procuratores Comunis Vercellensis Potestati ejusdem Civitatis ex parte d. Ugonis Episcopi Vercellensis, et Legati Apostolici directarum Vercellensibus, Terdonensibus, et Alexandrinis super juramentis faciendis pro pace tenenda.

Acquisit. lib. I, *f.* 21 — lib. II, *f.* 11.

1218 — 4-10-15-16-20 *Decembris*

Iuramenta Citadinatici, et habitaculi Vercellensis præstita per Iacobum de Sclavina de Pezana, Ardicionem de Ucellis de Pezana, et per nonnullos alios homines Carexanæ, Balzolæ, Lavarani, et Zemoni.

Pact. *f.* 222-226-227. — Invest. lib. I, *f.* 73 — lib. II, *f.* 94-96.

1218 — 6-8 *Decembris* — 2 *kal. Ianuarii*

Investituræ ex parte Comunis Vercellensis factæ Damæ de Casteno de bosco uno in Lauscedo; Otacio de Catania de Trino de peciis ibidem: Anselmo Melaneso in Tridino.

Invest. lib. I, *f.* 31-38.

1218 .....

Investitura concessa per Comune Vercellense Robaldono de Petro Borgognono, de petia una insulæ prope Vercellas.

Invest. lib. II, *f.* 8.

1218 — 21 *Decembris*

Protestatio ex parte Comunis Novariæ per Potestatem ejusdem Civitatis facta Credentiæ Comunis Vercellensis, quod in emptione facta per ipsum Comune Novariæ a Comite Guidone de Blandrate tantum comprehensum intelligi debere ejus jura in Yvorio, et Castellania Yvorii desubtus quæ sunt quinta pars ejusdem Comitatus.

Bis. t. I, *f.* 268 — t. IV, *f.* 285.

1218 — 22 *Decembris*

Submissio judicialis per Ardizonem Advocatum erga Comune Vercellense restituendi libras duodecim papienses quatenus recuperare posset ejus armaturam ammissam in associatione Potestatis ad locum Robialli quam Comune ei bonificaverat.

Perg.

1218 — 29 *Decembris*

Concordia inter dominos S. Georgii cum Comunitatibus Vercellarum, et Alexandriæ, qua ipsi promittunt reddere eisdem Civitatibus ipsum Castrum pro eorum portione, pro guerra facienda contra quoscumque, salva Ecclesia Vercellensi, et facere justitiam ipsis Civitatibus prout cives eorum faciunt, cum obligatione emendi domum de libris centum in ipsis Civitatibus, et ibidem solvendi fodrum, salvo Episcopo Vercellarum pro ejus guerris specialibus. Ipsæ autem Civitates promittunt ipsos defendere, et quod eorum turrim altabunt per altitudinem unius hominis plusquam sit illa Roberti Advocati, et finita guerra ei restituent ipsum Castrum.

Bis. t. II, *f.* 62-64 — t. III, *f.* 149-152. — Acquisit. lib. I, *f.* 82.

1219 — 1 *Ianuarii*

Obligatio seu submissio unius domus in vicinia S. Mariæ, quæ jam fuerat d. Rolandi de Guidalardis, facta erga Comune Vercellense per Guilielmum de Aldino de Varale, et Guifredum Sonciam de Venzone, nomine Comunium, et hominum locorum Quaronæ, Rochæ, Varalis, Paronæ, Locarni, Clevoli, Dozii, Agnonæ, Sesi, Venzoni, et Robialli, pro observatione juramentorum quibus adscricti sunt erga ipsam Civitatem.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 239-301 — t. IV, *f.* 245-328.

1219 — 1-9-29 *Ianuarii*

Iuramenta habitaculi Civitatis Vercellarum, ipsius Comuni præstita, per Comunitates præmissas. Item et per Guidetum de Retrocastrum de Lozeno, et Nicolao de Raperto.

Pact *f.* 228-229.

1219 — 20 *Ianuarii*

Ordinamentum Credentiæ Comunis Vercellensis, quod deinceps quidquid circa œconomicum ejusdem Civitatis Statutum fuerit per Potestatem cum majori parte Consulum Iustitiæ, ac Societatis S. Eusebii, et S. Stephani, validum sit, et ratum haberi debeat. Constituendo in-

super Procuratores ad inquirendum insulas, et moltas Comuni pertinentes, et ad ipsas locandas.

Acquisit. lib, I, *f.* 31, et lib. II, *f.* 42.

1219 — 11-23 *Februarii* — 11-23-25 *Martii* — 10 *Aprilis*
1 *Maii* — 3 *Septembris* — 23 *Octobris*

Guilielmi Gualæ de Novaria — diversorum de Casali Rubeo, Simonis Molinarii de Roncarolio, Roglerii de Venaria, Castellani de Magistro, Guilielmi Cerberanti, diversorum de Sale, et de Logiis, Iuramenta habitaculi, et domus emendæ in Civitate Vercellarum præstita erga ipsum Comune.

Pacl. *f.* 228-231-249-250.

1219 — 21 *Februarii*

Consensum præstitum per Consilium Civitatis Vercellensis d. Cardinali Gualæ Bicherio, deducendi ad locum S. Germani rùgiam, quæ ducitur ad hanc Civitatem, dummodo restituatur in eodem alveo. Item et traducendi rugiam, quæ transit per Civitatem juxta Ecclesiam S. Andreæ, quam ipse ædificare faciebat; pro qua concedunt etiam facultatem emendi quotquot matonos, petras, et calcinam necessaria: et quia supplicaverat compelli vicinos quosdam ad vendendum ei domos quasdam pro constructione Monasterii, Consilium annuit exponendo imo pretium pro redimendis ipsis, ac donat ei libras quadraginta papienses de quibusdam damnis allatis Abbatiæ S. Stephani.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 183 — t. IV, *f.* 163.

1219 — 2 *Aprilis*

Submissio de summa librarum octo papiensium adversus Comune Vercellarum a Bontempo Advocato facta, sub obligatione ipsius summæ pro facto Tridini, et quod faciet contentari Manfredum Guidalardum de omni eo, quod per Comune ordinabitur.

Perg.

1219 — 28 *Aprilis*

Facultas data per Gherardum de Turri Potestati Vercellensi faciendi illam fidelitatem, de qua ipse Gherardus, et Episcopus nomine Regis Romanorum, et Siciliæ jam instantiam fecerant.

Acquisit. lib. I, *f.* 26 — lib, II, *f.* 22.

1219 — 4 *Iunii*

Promissio Guilielmi de Oliva erga Comune Vercellense custodiendi, et salvandi per annum unum Castrum Montisgrandi ad utilitatem ipsius

Comunis, ipsumque restituendi guarnitum, et scaritum ad omnem illius requisitionem.

Bis. t. I, *f.* 430 — t. III, *f.* 20.

1219 — 21 *Iulii*

Concordia, et Societas inter Pacilianenses intus habitantes, et alios extra existentes, per ordinationem dominorum Roglerii de Bondonno, et Ardicionis Advocati de Vercellis, qua dominus Manfredus Marchio Occimiani Potestas extrinsecorum erga dominum Ottobonum de Benedicto Potestatem intrinsecorum, et viceversa promittunt pacem observare, et habitare in Castro Paciliani, pacifice etc.

Bis. t. II, *f.* 36 — t. III, *f.* 105. — Acquisit. lib. I, *f.* 236.

1219 — 22 *Iulii*

Protestatio per diversos Vercellenses quod in licentia data de facienda pace, et fidantia inter Pacilianenses, intelligantur salva pacta, quæ habent cum Comuni Vercellensi.

Acquisit. lib. I, *f.* 239.

1219 — 13 *Augusti*

Confessio erga Comune Vercellense Petri de Blandrate de libris centum viginti octo papiensibus pro resto cujusdam ejus crediti.

Acquisit. lib. I, *f.* 56 — lib. II, *f.* 63.

1219 — 25 *Octobris*

Declaratio jurata per diversos consortes Bagnolii erga Comune Vercellense se nullam partem habuisse, nec consensum vel auxilium præstitisse in captione, et retentione illorum, qui ibant ad visitandum limina B. Mariæ Virginis de Bezeto; promittentes pro se, et hominibus Bagnolii non offendendi, imo auxilium præbendi hominibus Comitis Sabaudiæ, Vercellensium, Mediolanensium, Placentinorum, Alexandrinorum, et illarum terrarum, quæ sunt in exercitu ad pedem Montium: quitando illos de omni damno, et injuria passis.

Acquisit. lib. I, *f.* 15, et lib. II, *f.* 11.

1219 — 29 *Octobris*

Responsio ex parte Comunis Vercellensis facta dominis Bonifacio electo S. Michaelis de Clussa, et Priori de Aigubella, missis, et legatis domini Thomæ Comitis Maurianensis, et Marchionis in Italia, quod volebat servare pacta inita, et habere pro inimicis ejus inimicos.

Acquisit. lib. I, *f.* 140.

1219 — 16 *Novembris*

Venditio per alodium facta per Gozium de Bochatio, et Guidonem Campagnam de Balzola Comuni Vercellensi de modiis octo minus tabulis undecim de clauso terræ jacentis in loco Burgi Crescentis, seu Burgi Padi pro pretio librarum viginti septem papiensium.

Bis. t. I, *f.* 414. — Pact. *f.* 148.

1219 — 30 *Decembris*

Constitutio Procuratorum per vicinantiam hominum Quaronæ ad sonum tabulæ congregatam ad hoc ut obligarent erga Comune Vercellense domum in ipsa Civitate, quæ fuerat Rolandi de Guidalardis, ut emptam ab hominibus Vallis Sicidæ.

Bis. t. II, *f.* 36 — t. III, *f.* 107.

1219 — 30 *Decembris*

Alia prout supra per homines Vicineschi Rochæ.

Bis. t. II, *f.* 37 — t. III, *f.* 107.

1219 — 30 *Decembris*

Alia idem ut supra ab hominibus Vicineschi Varalis congregatis prout supra.

Bis. t. II, *f.* 37 — t. III, *f.* 108.

1219

Immunitas concessa per dominum Pruinum de Incoardis Potestatem Vercellensem nomine ejusdem Civitatis, omnibus habitantibus in loco Tridini, ab omnibus oneribus ruralibus.

Perg. sine data, et rogitu unita altera sub 1254 4 Sept.

1220 — 2 *Maii*

Venditio facta per Albertum de Ragia de Tribus Cerris, Danico de Orzago, nomine etiam Ardicionis fratris sui, ementi de bubulconiis tribus terræ, et minas tres boschi, et terræ aruncatæ, precio solidorum viginti duorum papiensium, præsentibus Nunciis Comunis Vercellensis qui ipsum Danicum investiverant sub pacto quod non possit alienare sine consensu Comunis Vercellensis, et solvendi fictum denariorum viginti duorum papiensium annualiter, pro qua investitura solvit denarios quatuor.

Bis. t. II, *f.* 168 — t. III, *f.* 286.

1220 — 2 *Maii*

Alia ut supra facta Anezio Cape de tribus bubulconiis cum investitura.

Bis. t. II, *f.* 168 — t. III, *f.* 286.

1220 — 12 *Maii*

Protestatio ex parte Comunis Vercellensis, consortibus Cuniolii, et Torcelli facta, quod, de toto quod tenent per Comune Vercellense, non faciant fidelitatem Regi, vel alicui personæ absque voluntate ipsius Comunis.

Acquisit. lib. I, *f.* 79.

1220 — 12 *Maii*

Requisitio per Comune Vercellense consortibus Torcelli, et Cuniolii de sacramento fidelitatis faciendo eidem.

Acquisit. lib. I, *f.* 79.

1220 — 12 *Maii*

Iuramentum fidelitatis præstitum erga Comune Vercellense per diversos condominos Cuniolii, et Torcelli prout tenebantur ex contractu venditionis alias factæ ipsi Comuni, et Comunibus Mediolani, et Alexandriæ.

Acquisit. lib. I, *f.* 68-79. — Pact. *f.* 248.

1220 — 12 *Maii*

Investitura per Procuratores Comunis Vercellarum constitutos ad distribuendum terras, et sedimina hominibus habitantibus in locis Trium Cerrorum, et Tridini, facta Rainerio Ferraroto de sedimine uno cum nemore: pretio soluto denariorum decem papiensium, sub obligatione annui fictus denariorum duorum papiensium.

Bis. t. II, *f.* 176 — t. III, *f.* 184.

1220 — 18 *Maii*

Aliud consimile per alios ex dictis consortibus.

Acquisit. lib. I, *f.* 78.

1220 — 18 *Maii*

Præceptum parte Comunis Vercellarum, hominibus Paciliani factum, de non facienda fidelitate alicui absque consensu ejusdem Comunis.

Acquisit. lib. I, *f* 240.

1220 — 18 *Maii*

Præceptum diversis consortibus Cuniolii, et Torcelli, parte Comunis Vercellarum factum, de non præstanda fidelitate alicui personæ.

Acquisit. lib. I, *f.* 79.

1220 — 19 *Maii*

Venditio per Stephanum Guangatorem de Tribus Cerris Rolando Orzali de modiis quatuor terræ cultæ, et de quaterniis quinque quam tenebat a Comuni Vercellensi.

Qui Rolandus fuit per Procuratores investitus ut supra.

Bis. t. II, *f.* 167 — t. III, *f.* 184.

1220 — 19 *Maii*

Venditio ut supra Laurentii de Belleto Stephano Guangatori de modiis tribus boschi, cum investitura ut supra.

Bis. t. II, *f.* 167 — t. III, *f.* 185.

1220 — 27 *Maii*

Investitura facta per Sindicum Comunis Vercellensis Stephano de Salasco de Bubulconiis novem terræ cultæ, et stariis duobus sediminis, sub annuo fictu solidorum duorum.

Bis. t. II, *f.* 168 — t. III, *f.* 185.

1220 — 2 *Iunii*

Venditio per Albertum de Ragia Petro Alixio facta de bubulconiis quatuor nemoris: cum successiva investitura ex parte Comunis Vercellensis facta.

Bis. t. II, *f.* 160 — t. III, *f.* 287.

1220 — 4 *Iunii*

Iuramentum præstitum per nonnullos nobiles Cuniolii, et Torcelli Comuni Vercellensi de servandis pactis.

Pact. *f.* 248.

1220 — 6 *Iunii*

Capitula virtute compromissi facta inter Comites Othonem, Conradum, et Gotium de Blandrate, ac Comunitates Mediolani, Vercellarum, et Novariæ, virtute quorum ipsi Comites se disponunt stare arbitramentis Comunis Mediolani de discordiis cum Novariensibus, dummodo ad plus non adstrigantur quam continetur in instrumento Concordiæ 1202 15 Maii, et si erit guerra inter Novarienses, et Vercellenses, non teneantur cuiquam ex ipsis præstare auxilium, et Concordia de Blandrate inter ipsas Comunitates facta sit firma, salvo quod Comes Otho non teneatur absolvere filios Comitis Guidonis de Guarda, quos habet in carceribus, quia sunt sui homines: nec fiat divisio hominum Blandrate, nec

ordinare id quod dispositum fuerat per Iacobum Buzium, Gregorium de Seto, et Ardicionem Torniellum super habitaculo jurando per ipsos Comites.

Bis. t. I, *f.* 261 — t. II, *f.* 47 — t. III, *f.* 124. — Invest. lib. II, *f.* 46.

1220 — 6 *Iunii*

Facultas data per Obisonem Comitem de Blandrate Canonicum Vercellensem Comiti Conrado ejus fratri, et Consulibus Vercellensibus faciendi pacem cum Novariensibus sub arbitramento Comunis Mediolani.

Bis. t. III, *f.* 113.

1220 — 9 *Iunii*

Condemnationes distinctæ prolatæ contra infrascriptos per Iacobum de Rugia, et Fridericum de Cremona electos per d. Guilielmum de Mandello Potestatem Vercellensem, a parte et nomine Comunis ejusdem Civitatis ad reintegrandum terras, et sedimina existentia in locis, curtibus, et territoriis Tridini, et Trium Cerrorum, et ad condemnandum illos qui injuste, absolvendum qui juste illa possidebant super dimissione, vel retentione eorumdem — scilicet

Bertramum de Alexandria ad relaxandum starios 12 in Laucejo.

Guilelmum de Cavato starios 12 ibidem.

Stephanum de Salasco modia 2 ibidem.

Philippum de Duxio sedimen in Trizerro.

Guilelmum presbiterum Ecclesiæ S. Georgii de Trizerro modia 40 in Laucejo.

Petrum, et Ruffinum de Auxiliano modia 40 sediminis, et modia 6 in Laucejo.

Tebaldum Clabaldum Ferrarium mod. 7, staria 4 in Laucejo.

Aymonetum cognatum Giroldi sedimen de minis tribus in Trizerro.

Iacobum de Pantaliato, Ambrosium de Mediolano, et Lanfrancum Clessim.

Iacobum Pantaliatum de modiis 6 ad Cerros de Massara.

Othonem Palmerium de modiis 10 in Lucedio Raixinalum.

Stephanum de Granerio sedimen in Trizerro, et modia 9 in Lucedio ad Vallecream.

Rainerium Ferrarium modia 4 quartaronos 5 in Laucedio.

Ugutionem Corvesum de Ronsico.

Ioannem de Novaria modia 6 in Lucedio ad rivum frigidum, et cæteros deinceps in Laucedio.

Laurentium de Caranato.

Guarnerium Magistrum de Roncarolio.
Ardicionem Pernatum.
Oglerium nepotem q. Aimeti — Item contra ipsum, et filios q. Amezii de Camaxio.
Ioannem, et fratrem de Muzano.
Gualfredum de Nuce de Ronsico.
Petrum de Gixano de stariis 34 ad roncos veteres.
Othonem Pamparatum.
Ymengardam de Ghizano.
Iacobum de Turbigo.
Othonem de Pixina.
Andream de Bosco.
Othonem Blondam.
Raymondum de Bugella — bis.
Bonumjoannem Belletum.
Filios q. Guilielmi Partonarii.
Bertramum de la Belleta.
Guidonem q. Ioannis Ferrarii.
Ruffinum q. Anselmi de Benenga.
Gandulphum de Paciliano.
Gilium Guercium.
Albertum qui stetit cum Manfredo de Villa.
Guilielmum Vacam.
Albertum de Bruxasco.
Gilium Guercium star. 12 ad roncos novos Lucedii.
Stevanum de Carexana.
Filios q. Guilielmi Carnarii.
Arnoldum Galliam.
Bonifacium de Andali.
Guilielmum de Maria.
Ugucionem de Manfredo mulinario.
Ruffinum Scolacopam.
Opizonem Subtilem.
Albertum Pastorem.
Albertonum Bubulcum Manfredi de Villa.
Guiacum, et Ruffinum Ferrarios.
Ubertum Goter, et Petrum de Bezenato.
Lanfrancum Fornarium.
Carnarium.
Bonardum.

Ioannem Testam.
Bonumjoannem Asinarium.
Gratonum.
Manfredum Lambruscum.
Ubertum de Fabiano.
Guilielmum de Gregorio.
Othonem Garnarium, et Bellonum.
Othonem, et Gualam Mazerum, et consortes.
Filios q. Laurentii, et nepotes Arnaldi Galeæ.
Ruffinum filium Anselmi Benencha.
Innominatos.
Iacobum filium q. Ottavii de Venaria.
Bonifacium Team.
Petrum Cervum.
Henricum Pavesum.
Ansaldum de Perreta.
Guilielmum Cassalinum.
Iacobum Martinengum.
Guilielmum Galeam.
Raimondum Pastorem.
Guilielmum Mortarotum.
Germanum Boconum.
Lanfrancum Pertusatum.
Rolandum Pertusatum.
Boninum de Busteara.
Gracianum de Ronsico.
Petrum de Ymolda de Palazolio.
Iacobum Ferrarium.
Guilium Covatum.
Brezum.
Segnorinum Bonellum.
Ioannem de Alaxa.
Othonem Fenilem.
Peromiam.
Anselmum de Turrigia.
Vercellinum Scaburram.
Dominam Beldiem uxorem q. Oglerii Cagni.
Anselmum de Monte.
Ubertum de Ioncelino.
Othonem Carnarium, et Gualfredum ejus fratrem, filios q. Guilielmi Carnarii.

Stephanum Guangatorem.
Astexanum Provenzalem.

Bis. t. II, *f.* 29 ad 247 — t. III, *f.* 335 ad 363. — Invest. lib. I, *f.* 47, lib. VI, *f.* 57.

1220 — 9 *Iunii*

Sententia ex parte Comunis Vercellensis lata per dominos Iacobum Rugiam, et Fridericum de Cremona, Iudices electos ad discernendum, et pronunciandum contra detentores jurium, et possessionum jacentium in locis, et territoriis Tridini, et Trium Cerrorum, contra Anselmum de Turrigia detentorem sine justo titulo quarumdam terrarum.

Perg.

1220 — 16, 23, 27 *Iulii*

Iuramentum præstitum per nonnullos ex condominis Torcelli, et Cuniolii erga Comune Vercellense, juxta formam, et ad observantiam pactorum alias una cum ipso, et Comunibus Mediolani, et Alexandriæ initorum, de salvandis eorum rebus, et consignandi ipsa Castra ad guerram faciendam.

Pact. *f.* 249.

1220 — 19 *Augusti*

Promissio Ugucionis de Bonello erga Comune Vercellense custodiendi, et salvandi Castrum Burolii, ipsumque guarnitum, et scaritum ad omnem ipsius requisitionem reddendi, sub fidejussione, ac sub pœna librarum mille pap.

Bis. t. II, *f.* 12 — t. III, *f.* 65.

1220 — 22 *Augusti*

Alia similis Guilielmi de Mangino, custodiendi eumdem Castrum Burolii.

Bis. t. II, *f.* 12 — t. III, *f.* 65.

1220 — 19 *Septembris*

Submissio d. Salii Potestatis Paciliani de repræsentando libras decem papienses Comuni Vercellensi, quas ibidem d. Albricus Iudex, et Assessor d. Guilielmi de Mandello, Potestatis ejusdem Civitatis sibi relaxari ordinaverat ab Uberto de Ticionibus statim, et quando judicatum fuerit fidejubente Allaro de Montecrivello.

Perg.

1220 — 20 *Octobris*

Descriptio sediminum, pratorum, vinearum, terrarum, et castagnetorum Castro Burolii spectantium, per Nicolaum de Garbania Procuratorem Comunis Vercellarum facta.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 439 — t. II, *f.* 311-385 — t. III, *f.* 34.

1220 — 28 *Octobris*

Cessio favore Comunis Vercellensis facta a Petrino Zuffo de medietate earum rerum, quæ ipsi obtinuerint ex hæreditate q. Antexani Ferrarii fratris sui.

Perg.

1220 — 9 *Novembris*

Submissio Mathæi de Turre erga Comune Vercellense de libris quindecim papiensibus quoties requisitus fuerit.

Perg.

1220 — 15 *Decembris*

Admonitio reciproca Comunis Vercellensis, et dominorum S. Georgii attendendi sibi vicissim id quod pactum habuerant, et concordatum inter se.

Acquisit. lib. I, f. 9

1220 — 20 *Decembris*

Conventio per Comune Vercellense cum Manfredo de Villa super facto Tridini.

Invest. lib. I, *f.* 45.

1220 — 20 *Decembris*

Investituræ sediminum, ac possessionum loci Tridini (et quarumdam Trium Cerrorum) quæ jam erant diversorum hominum, ex parte domini Guilielmi de Mandello (vel Pusterla) Potestatis Vercellarum factæ infrascriptis, omnibus de Cumis qui fidelitatem, et vicinescum Vercelcellense in ipso loco Tridini juraverunt: videlicet

Philiberto Pellegrino	Ghigano filio Eroldi Advocati
Donadeo de Casanovio	Marcio de Pino
Lanterio Medico	Alberto Mile
Alberto Licco	Bonatio Benezoto
Anrico aut Ulrico Grego	Buxino de Ponzato
Iacobo Lambertengo	Ambroxio Mealico

Azino de Guarris	Iannino de Polla
Stephano de Quadra	Eroldo de Polla
Guieto de Mandrixio	Guidoni Carolio
Rolando Lavezario	Rogerio de Ghiliano
Loterio de Fontana	Iannino Carolio
Eroldo Advocato	Stephano de Quadra.

Invest. lib. I, *f.* 23-28-31, et lib. II, *f.* 9 ad 40.

1220 — 20 *Decembris*

Investitura ut supra de sedimine, et possessionibus Tridini facta Logo Calegario de Cumis.

Invest. lib. II, *f.* 40.

1220 — 30 *Decembris*

Quitatio Manoaldi de Stripiana erga Comune Vercellense de omni pecunia per ipsum prætensa.

Acquisit. lib. I, *f.* 56 — lib. II, *f.* 64.

1220 — 30 *Decembris*

Aliæ duæ investituræ ut supra Reveglato de intus Strata Notario de Cumis, et Petro de Aliasca de Cumis cum promissionibus, et juramentis prout in aliis.

Invest. lib. I, *f.* 26-27, et 32.

1220 ad 1223

Iuramenta habitaculi, et Civitatici per diversos Comuni Vercellensi præstita, sub obligatione singulis domos emendi in ipsa Civitate pro observantia fodri, et aliorum onerum.

Invest. lib. II, *f.* 88 ad 104.

1220 — .,.. *Decembris*

Diploma Federici II Regis Romanorum, quo propter servitia Vercellensium, eidem Civitati confirmat concessiones Federici avi, et Henrici patris sui Imperatorum. Datum in campis apud Narniam anno ejus Regni in Germania VIII; in Sicilia XXIII.

Bis. t. I, *f.* 89.

1221 — 8 *Ianuarii*

Investituræ ex parte Comunis Vercellensis de aliquibus sediminibus

et terris in Tridino factæ Anselmo de Lamburgo de Cumis, Perrino filio Siccæ de Ticanis de Cumis, Proposito de Lucino de Cumis.

Invest. lib. II, *f.* 1, et 5.

1221 — 24 *Februarii*

Appellatio interposita per Nuncios Comunium Mediolani, Vercellarum, et Alexandriæ ad d. Fridericum Roglerium Imperatorem a quibuscumque præceptis factis vel faciendis per d. Conradum Episcopum Metensem, et Spirensem Sacri Imperii Cancellarium, nominative super facto pontis Padi, et Castrorum Torcelli, et Cuniolii de gravamine appellantes etc. Facta in Capella Palatii Episcopi Cumani, præsentibus eodem d. Cancellario, Iacobo Episcopo Taurinensi Vicario imperii in Italia, ac Episcopo Mantuano.

Bis. t. I, *f.* 229 — t. IV, *f.* 229.

1221 — 24 *Februarii*

Litteræ Episcopi Metensis, et Spirensis Imperialis Curiæ Cancellarii, et totius Italiæ Legati, quibus vigore suæ legationis promittit, et statuit fidelibus Imperii Vercellensibus, et Alexandrinis, quod incurrisse non intelligantur bannum vel pœnam pro facto Pontis super Padum, et locorum Torcelli, et Cuniolii, specialiter occasione litterarum impetratarum per Marchionem Montisferrati ab Imperatore, donec, et quousque idem d. Imperator declaraverit quid super his faciendum sit, et post reditum ejus Nuncii.

Bis. t. I, *f.* 206 — t IV, *f.* 225.

1221 — 13 *Martii*

Præceptum d. Maphei de Curtenova Iudicis Comunis Alexandriæ factum Vassallo Sacri Palatii Notario, quatenus debeat exemplare premissas litteras d. Cancellarii, ejus sigillo obsignatas, et in publicam formam redigere.

Bis. t. I, *f.* 233 — t. IV, *f.* 237.

1221 — 22 *Martii*

Investituræ de sediminibus, et possessionibus nonnullis in loco, et territorio Tridini factæ ex parte Comunis Vercellensis Lanfranco Secapani de Cumis, et Zanno Iane de Cumis.

Invest. lib. I, *f.* 35-36.

1221 — 22 *Martii*

Alia investitura ut supra Homodeo de Turri de Cumis.

Invest. lib. II, *f.* 7.

1221 — 1 *Iunii*

Protestatio Iacobi Testæ Sindici, et Procuratoris hominum Burgi Crescentis, coram d. Othone Archidiacono Genuensi facta, se infra terminum statutum coram eo venisse pro quæstionibus vertentibus inter Comune ejusdem Burgi, et Priorem Hospitalis Hyerosolimitani in Lombardia, et Hospitale Morani, cui d. Otho responsum dedit se vices agere pro d. Archiepiscopo Genuensi in causis matrimonialibus tantum, et aliis ejus Palatio spectantibus, et non in aliis.

Bis. t. I, *f.* 379 — t. IV, *f.* 433.

1221 — 16 *Iulii*

Investituræ infrascriptis hominibus factæ per d. Ugonem Prealonem Potestatem Vercellensem nomine Comunis ejusdem de sediminibus, et possessionibus nonnullis existentibus in locis Tridini, et Trium Cerrorum sub pactis, et obligationibus ibi expressis — videlicet

Quilico Corato de Tribus Cerris
Guarnerio de Ablatico
Andreæ Calpietro
Uberto de Oydelina
Quilico Corato
Danio de Orzano
Philippone Grosso Not.
Uguccione Troveno
Ioanni Fornario
Brexio
Rolando Preve de Lachello
Raglerio Notario
Bertoldo Zocolario
Petro de Auxiliano
Prina de Abiate
Guilielmo de Carrato
Iacobo de Constanzana
Berino de Tribus Cerris
Giroldo Galopino
Ottino Palmerio
Iacobo, et Breme, et Iacomo de Nicorvo
Ioanni Fornario.

1221 — 23 *Iulii*

Intimatio per Ambaxatores Comunis Vercellensis Comuni Casalis S. Evasii, de solvendo libras centum tredecim imperialium, cum damnis, et expensis de quibus erat debitor erga ipsum Comune Vercellense.

Bis. t. I, *f.* 314 — t. IV, *f.* 346.

1221 — 23 *Iulii*

Alia intimatio ut supra Comuni Paciliani de libris mille centum quatuor imperialium.

Bis. t. III, *f.* 146-162.

1221 — 20 *Augusti*

Constitutio Procuratorum per Nicolaum, et Bertam jugales de Re-

cagnis de Monteastructo ad protestandum coram Episcopo Hyporegiensi de nullitate sententiæ excommunicationis contra ipsos prolatæ, et ad appellandum ad summum Pontificem.

Bis. t. I, *f.* 432 — t. III, *f.* 22.

1221 — 25 *Augusti*

Investitura per Potestatem Vercellensem nomine Comunis ejusdem Civitatis facta d. Alberto f. q. Payni ex Comitibus S. Martini de loco Castelleti, ejusque villis, et pertinentiis, qui eidem Comuni fidelitatem juravit.

Invest. lib. II, *f.* 1.

1221 — 30 *Augusti*

Concordia inter Comune Vercellense, et Nicolaum Terragnum de Monte astructo, qua ipsum Comune ei promittit providere de domo una valoris librarum ducentum papiensium in ipsa civitate, ratione cujus ipse jurabit civitaticum, et solvere fodrum cum aliis civibus. Ipse vero promittit habitaculum, et quod faciet justitias Vercellensibus, et de ejus Castro Montisastructi faciet pacem, et bellum ad utilitatem ipsius Comunis contra quoscumque, salvis Episcopis Vercellensi, et Hyporegiensi pro facto tamen eorum Ecclesiarum, non pro aliis, et dabit stratam, mercatum, et pedagium liberum Vercellensibus, et licentiam eis exercendi in ipso loco Montisastructi unam, vel plures apotecas grani, salis, casei, seracii, et de omnibus aliis negotiis, habendo ipse dimidium lucri: et salva una apoteca molarum, et pedagio molarum, quæ sint libera Comuni: et quod licitum sit Episcopo Hyporegiensi exigere ipsum in eodem loco prout exigit in Hyporedia. Idem intelligatur de loco Netri, liberumque sit Comuni Vercellensi ponere ibi Castellanos etc.

Bis. l. II, *f.* 68 — t. III, *f.* 158. — Acquisit. lib. I, *f.* 117.

1221 — 24 *Septembris*

Civitaticum reciproce juratum inter Comune Vercellense, et Comune Mediolanense, pro civibus cives, et pro habitatoribus habitatores unius, altera Civitas accipiens prout ordinatum fuerit per sapientes ipsarum Civitatum.

Bis. t. II, *f.* 76-88-103 — t. III, *f.* 173-189-211.

1221 — .... *Octobris*

Pars examinis sumpti ad probandum quod ab anno 1209 ad annum 1214

Civitas Vercellarum non potuit habere molas necessarias pro molendinis ejusdem territorii, et jurisdictionis propter augumentum pedagii earum, et impedimentis ex parte illorum de Bando, Monte astructo, Castri Ugucionis, et Hiporegensium.

Perg.

1221 — 12 *Novembris*

Capitula inter Comune Mediolanense, et Comune Vercellense super Civilitatem reciprocam juratam, quibus, pro observantia habitaculi, sibi ad invicem promittunt emere domum de libris centum imperialibus: unam in Civitate altera: et scribi faciendi hanc concordiam in libris statutorum, super quibus jurabunt Potestates, et Rectores ipsorum Comunium respective.

Perg. — Bis. t. II, *f.* 81-84-92-95 — t. III, *f.* 179-185-195-200.

1221 — 3 *Decembris*

Intimatio per Guilielmum de Pusterla Potestatem Vercellensem nomine Comunis facta Comiti Petro de Maxino, quatenus sub vinculo juramenti et feudi quo tenetur ex instrumento 12 Iulii 1209, recepto per Anselmum de Constanzana, et Guilielmum de Bellino, debeat remittere ipsi Comuni Castrum Malioni ad utilitatem ejusdem Comunis pro guerra quam intendebat habere cum Comuni Hiporegiæ, ex eo quod ipsi occupare quemdam Montem jurisdictionis Vercellensis intendebant, et contra fidelitatem qua tenebantur, Societatem contra Vercellenses inierant Hiporegienses.

Bis. t. I, *f.* 170 -- t. IV, *f.* 146. — Perg.

1221 — 3 *Decembris*

Protestatio dicti d. Potestatis, ex parte Comunis Vercellensis se paratum esse ad faciendum erga Comitem Petrum de Maxino quidquid eidem Comuni pertinebit, dummodo Comes ex parte sua observet ea quæ tenetur erga Comune.

Bis. t. I, *f.* 170 -- t. IV, *f.* 146.

1221 — 5 *Decembris*

Procura præfati Potestatis in personam Rolandi de Guidalardis ad denunciandum d. Petro de Maxino quatenus Comune Vercellarum paratum erat recipere Castrum Malioni, et observare ei pacta: ideoque et ipse ea quæ tenebatur, observare deberet, prout eadem die, in Civitate, ipse idem Procurator ei protestavit.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 173.

1221 — 5 *Decembris*

Procura per Comune Vercellense facta in personam Iacobi de Calvi, et Lanfranchi de Turrino ad emendam domum in Civitate Mediolani, pro observantia civilitatis, et habitaculi jurati inter ipsa Comunia.

Bis. t. I, *f.* 76. — Pact. *f.* 62.

1221 — 10 *Decembris*

Emptio domus pro pretio librarum 210 papiensium per præfatos Procuratores facta ab Alberto, et Iacobo fratribus f. q. Guiscardi dicti Canevarii, consensu Albertini dicti Tosacane filii ejusdem Iacobi, cum cessione jurium anterioritatis d. Fantobellæ, et d. Goriticæ uxorum Alberti, et Iacobi præfatorum pro earum dotibus, auctoritatem interponente Iacobo Grasso Nuncio Imperatoris Henrici, jacente ipsa domo in Civitate Mediolani. Quæ emptio facta fuit nomine Comunis Vercellensis pro observantia civilitatis contractæ cum Civitate Mediolani.

Perg. -- Pact. *f.* 62.

1221 — 13 *Decembris*

Reformatio Credentiæ Vercellensis pro mercede solidorum undecim aucta ad solidos tredecim papienses dictim Ambaxatoribus danda per districtum, et Episcopatum Vercellensem euntibus.

Acquisit. lib. I, *f.* 42 -- lib. II, *f.* 43.

1222 — 1 *Ianuarii*

Mandamentum d. Guilielmi Potestatis Vercellensis quatenus Creditores per instrumenta Comunis prædicti facere fidem debeant infra certum tempus de eorum creditis, pro satisfactione recipienda: sub pœna silentii perpetui non comparentibus.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 423 — t. III, *f.* 12.

1222 — 10 *Ianuarii*

Procura Comunis Vercellensis in personam Ioannis Guercii Notarii, et civis ejusdem Civitatis ad appellandum a gravaminibus infertis per d. Archiepiscopum Genuensem: in causa coram eo vertente contra Mansionem, et Hospitale Morani.

Bis. t. I, *f.* 379 -- t. IV, *f.* 434.

1222 — 13 *Ianuarii*

Protestatio præfati Procuratoris Comunis Vercellensis se pro causa ejusdem contra Hospitale Hierosolimitanum Morani sub examine d.

Archiepiscopi Genuensis a d. Papa delegati, accessisse ad ejus Palatium pro audiendo, et proponendo quidquid ex parte ipsius Comunis habebat in Commissione.

Bis. t. I, *f.* 378 -- t. IV, *f.* 433.

1222 — 14 *Ianuarii*

Alia item protestatio ut supra facta coram Archidiacono Genuensi, vices Archiepiscopi fungente.

Bis. t. I, *f.* 378 — t. IV, *f.* 433.

1222 — 28 *Ianuarii*

Conventio inter Comune Vercellense, et Abbatem SS. Victoris, et Coronæ de Grazano pro facto ejusdem sediminis, et nonnullarum possessionum in loco, et curte Tridini.

Invest. lib. I, *f.* 43 — lib. II, *f.* 49.

1222 — 26 *Martii*

Requisitio per Guilielmum Saporitum Iudicem, et Vicarium d. Ugonis de Prealone Potestatis Vercellarum nomine ejusdem Comunis, Potestati, et Comuni Mediolanensi, quatenus ob mutuum amorem, et rationem pactorum vellent præbere eidem auxilium contra homines Civitatis Hiporegiensis ad impediendum eis occupationem cujusdam montis, ubi Castrum construere nitebantur inter Bolengum, et Montem astructum. Et propterea ipse ibidem legit litteras missas eidem Potestati Vercellensi de congregatione facta apud eumdem Montem, ubi erant Novariénses, Episcopus Hiporegiensis, et quidam Comites de Canapicio, etsi nihil factum tunc foret etc.

Bis. t. III, *f.* 182.

1222 — 12 *Maii*

Conventio inter Comune Vercellense, et Comitem Guidonem de Blandrate, qua ipse pro se, et suis hæredibus se constituit Civem Vercellensem, ita tamen, quod ipse, nec sui hæredes, nec homines sui teneantur facere justitiam de aliquo debito, vel contractu sub Potestate, vel Consulibus Vercellensibus, sed sub eodem Comite: et quod emet domum in Civitate Vercellensi pro fodro annuali solvendo solidorum centum papiensium. Item consignabit ejus Castrum Brigæ in manibus Conradi Comitis ejus fratris ad faciendam guerram Novariensibus, et aliis, ad voluntatem Comunis Vercellarum, salvo Imperatore, et Episcopo Mediolani. Et quod si ipse Comes Conradus non potuerit, ponet in ipso Castro

Brigæ unum ex Comitibus Blandrate habitantem citra Duriam, in quo Comune Vercellense confidere possit, et hoc ad expensas Comunis, a quo finita guerra ipsi Comiti Guidoni restituetur melioratum de libris decem papiensibus. Viceversa Comune non possit facere treguam, pacem, vel guerram recredutam cum hominibus Hiporegiensibus, nisi ipse Comes Guido habuerit in sua potestate Comune Hiporediæ, juxta privilegium ei concessum per d. Fridericum tunc Regem, nunc Imperatorem, nec cum Novariensibus, nisi sub conditione ut supra. Et quod ratione hujus habitaculi ipse Comes Guido non teneatur facere guerram, vel cavalcatam super terras Marchionis Montisferrati. Et quod Comune Vercellense ratione huius civilitatis debeat deinceps ei, et suis hominibus dare mercatum ita ut possint emere, et vendere prout alii cives faciunt in ipsa Civitate, et toto Episcopatu.

Perg. -- Bis. t. I, *f.* 275 -- t. IV, *f* 296. -- Acquisit. lib. I, *f.* 250.

1222 — 13 *Maii*

Conventio inter Comune Vercellense, et Comites Othonem, Gozium, et Conradum, ac Comune, et homines Blandrate, qua ipsi omnes se constituunt Cives Vercellenses, ut supra, sub obligatione solvendi fodrum in ipsa Civitate prout declaraverit d. Robaldus de Crepacorio: salvis et firmis manentibus aliis conventionibus olim initis inter ipsum Comune, et Comites, et homines Blandrate: et haberi debeant pro habitatoribus ut sunt illi de Pusterna, et de Porta Ursona: et quod debeant facere justitias sub Potestate, et Consulibus Vercellarum.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 231-236-255 — t. IV, *f.* 233-244-268.

1222 — 13 *Maii*

Iuramentum præstitum per Comites Gozium, Othonem, et Conradum erga Comune Vercellense de habitaculo servando in fodris, et aliis prout in instrumento Concordiæ continebatur.

Perg. -- Bis. t. I, et IV.

1222 — 13 *Maii*

Compilatio pactorum civilitatis, et habitaculi juratorum per Comitem Guidonem de Blandrate, et alios.

Perg. -- Bis. t. I, et IV.

1222 — 14 *Iunii*

Societas inter homines Montiscrestexii, Mazeriæ, et Tregonatani Vallis Vizechæ, se coadiuvandi, et comuniter expensas belli faciendi contra

Novariensis: cum conventione erga Comitem Othonem nomine Comunis Vercellensis recipientem de mutua defensione se reddendo ipsi homines cives, et pro civibus Vercellarum, sub obligatione emendi domum etc. firma Societate contra Comune Novariense.

Bis. t. II, *f.* 48 — t. III, *f.* 126.

1222 — 16 *Iulii*

Investitura facta per d. Ugonem Prealonem Potestatem Vercellensem per Credentiam deputatum super investituris fiendis de sediminibus, et terris locorum Tridini, et Trium Cerrorum Quilio Coato de Tribus Cerris, nomine Buratii ejusdem loci, de aliquibus petiis terrarum ibidem sub annuo fictu, et prohibitione alienandi sine consensu Comunis.

Bis. t. II, *f.* 184.

1222 — 16 *Iulii*

Alia investitura ut supra Philippino f. q. Glaboldi.

Bis. t. II, *f.* 184.

1222 — 23 *Augusti*

Iuramenta citadinatici erga Comune Vercellense præstita, a quibusdam, scilicet, Campanino, et de Portis de Blanzate.

Invest. lib. II, *f.* 89.

1222 — 24 *Septembris*

Adjectio conventioni initæ jam inter Comites Blandrate, et Comune Vercellense sub die 12 Maii, et hæc circa remissionem Castri Brigæ duraturam per annum unum pro facienda guerra Novariensibus: pacto quod d. Guido retinere possit fortiam turris, et domignonem.

Bis. t. I, *f.* 258 — t. IV, *f.* 273.

1222 — 27 *Octobris*

Investitura per d. Henricum de Burolio facta Othoni Bono q. d. Benedicti de Benedicto civi Vercellensi de Castro, et Villa Burolii, et Castellania, scilicet Bolengi, Paerni, Sasani, et Bagnolii, et in curtibus circumstantibus, juribus, et jurisdictionibus cunctis pro se, et hæredibus masculis, et fœminis.

Bis. t. III, *f.* 54.

1222 — 2 *Novembris*

Instantia Potestatis Vercellensis ex parte Comunis ejusdem Civitatis

Comiti Guidoni de Blandrate facta ad hoc, ut consensum præberet remittendi in arbitrium Comunis Mediolani discordias cum Comuni Novariæ: qui annuit dummodo interponerent apud Potestatem, et Nuncios Comunis Mediolani, ut se, et alios Comites Blandrate liberarent a banno in quo erant positi per Comune Mediolani.

Bis. t. II, *f.* 39 — t. III, *f.* 111.

1222 — 3 *Novembris*

Alia instantia ipsi Comiti per Potestatem Vercellensem ex parte Comunis Mediolani, se submittendi judicio ejusdem Comunis super pace fienda cum Novariensibus, cui annuit dummodo ipse, et ejus homines Ossulæ, ac alii Comites in tregua eadem recipiantur.

Bis. t. II, *f.* 38 -- t. III, *f.* 110.

1222 — 16 *Decembris*

Submissio jurata, sub pœna librarum mille quinquecentum papiensium, dominorum Petri, et Gratiadei de Martinengo Nunciorum Comunis Rrixiæ restituendi carceribus Civitatis Vercellensis quatuor homines Brixienses ibidem nominatos, ad omnem requisitionem dominorum Poltroni de Guidalardis, Bonijoanni Mangolii, Bertolini Mussi, et Thomæ de Ugutione superstantium Carcerum Vercellarum.

Perg.

1222 — 16 *Decembris*

Guilielmi Garilii de Balzola, Ioannis Galfii de Lignana, Uliverii Vassalli de Blanzate, et aliorum diversorum Iuramenta habitaculi in Civitate Vercellensi sub obligatione fodri eidem Comuni præstita.

Invest. lib. II, *f.* 90-103.

1222 — 28 *Decembris*

Promissio jurata in loco Magnæ facta per dominos Albertatium de Castello, et Crollamundum ejus fratrem fllios q. Uberti de Monte Ursano, ac per diversos alios de Pallantia in manibus Consulum ejusdem loci, quod observabunt concordiam factam alias inter Comune Vercellarum, et ipsos dominos de Castello, et homines Pallantiæ, ac Vallis Intraschæ, aliarum Vallium, et Ossolæ.

Bis. t. II, *f.* 51.

1222 — ....

Vassalli de Blanzate, Othonis de Rade de Fontaneto, Uberti Tixina-

schi morantis in Villaragla, Gisalberti Ragli de Blanzate, Avalleni, Garroni, Carenæ, Viviani de Blanzate juramenta habitaculi Civitatis Vercellensis ipsi Comuni præstita per diversos homines, specialiter de Balzola, et diversorum locorum, sub obligatione fodri, et aliorum onerum.

Invest. lib. I, *f.* 73 ad 80 -- lib. II, *f.* 95 ad 102.

1223 — 2 *Ianuarii*

Conventio inter d. Ugonem de Prealone Potestatem Vercellensem nomine ipsius Comunis, ac dominos Albertum, et Crollamundum fratres de Castello f. q. d. Uberti de Monte-Orfano, ac Comune, et homines Pallantiæ, et ejus Curiæ, Intræ, et Vallis Intraschæ, Ossolæ, et Vallis Ossolæ, qui ipsi recepti sunt in Cives Vercellenses, submittentes se jurisdictioni ejusdem Civitatis, sub obligatione solvendi fodrum de libris quinquecentum papiensibus, et emendi domum in ipsa Civitate de libris mille imperialibus, et quod facient guerram vivam hominibus Civitatis, et districtus Novariæ de ultra Sicidam tantum: nec facient pacem, vel treguam absque licentia Comunis Vercellensis. Si vero Comune faciet aliquam guerram citra Sicidam, non teneantur nisi de competenti auxilio ubi requisiti fuerint. Quod dabunt Vercellensibus stratas liberas, et mercatum, Novariensibus autem totaliter prohibebunt. Ita et eis observabunt Vercellenses, nec facient aliquod pactum per quod ibi domini, et homines veniant sub jurisdictione Novariensium nec pacem, vel treguam, quin, et ipsos comprehendant. Et hanc juraverunt concordiam plus quam ducenti homines ipsorum locorum, et vallium.

Perg. — Bis. t. II, *f.* 46-55 — t. III, *f.* 123-138.

1223 — 9 *Ianuarii*

Nomenclatura dominorum de Castello, et hominum Pallantiæ, Vallis Intraschæ et Vallis Ossulæ soliti habitare in Burgo Vergonte, qui dictam concordiam juraverunt.

Bis. t. II, *f.* 56 -- t, III, *f.* 140.

1223 — 11 *Ianuarii*

Iuramentum habitaculi Vercellensis per diversos homines de Montanario præstitum, de observando civitaticum etc. erga Comune illius, obligando quamdam petiam terræ in finibus illius loci.

Invest. lib. II, *f.* 105.

1223 — 11 *Februarii*

Procura facta per Comune Vercellense ad solvendum libras trecen-

tum quinquaginta imperialium Comuni Pallantiæ in observantia concordiæ initæ, et ad recipiendum quitationem.

Bis. t. II, *f.* 39 -- t. III, *f.* 111.

1223 — 26 *Februarii*

Authenticatio litterarum d. Comitis de Mauriana, Comuni, et Potestati Bertramo Lampugnano Civitatis Vercellarum missarum, quibus ipsis gratias agendo Nuncios misisse pro utilitate sua, et Episcopi, ac Comunis Taurinensis, rogat denuo mittere, quia nisi cum interpositione eorum, statui pax inter ipsum, ac Episcopum, et Comune Taurinense, eorumque adhærentes non poterat.

Perg.

1223 — 13 *Martii*

Promissio sub juramento ex parte Comunis Vercellensis facta erga Comune Mediolanense standi eius præceptis super discordias cum Novariensibus, dummodo et a Comuni Novariæ similem sponsionem infra mensem emitti curet, et quod per hoc juramentum non removeatur in nihilum concordia, et civilitas inter Comune ipsum Vercellense, et Mediolanense.

Bis. t. II, *f.* 82 -- t. III, *f.* 181.

1223 — 12 *Aprilis*

Treguæ concessio usque ad diem 11 Maii intrantis per Novarienses Vercellensibus exhibita ad contemplationem Comunis Mediolanensis, dummodo Comune Vercellense hoc idem observet.

Bis. t. II, *f.* 60 -- t. III, *f.* 146.

1223 — 26 *Aprilis*

Capitula pacis initæ inter d. Thomam Comitem Maurianensem, ejusque filios, et adhærentes, ac Civitatem Taurinensem, et Castellanos Pedemontis, eorumque partem, pronuntiata per dominos Ambrosium Cocorellam, et Benivolium de Bellano Ambaxiatores Civitatis Vercellensis, videlicet: quod ipsi Castellani Pedemontis jurent fidelitatem prout debent d. Comiti, qui ipsos investire debeat de omnibus eorum rectis feudis, nec recipere debeant, vel possint aliquem subditum ejus in habitatorem sine ejus licentia, et dimittant illos qui vellent repatriare. Item debeant pro se, et adhærentibus finem facere de omnibus damnis, homicidiis, incendiis etc. — Ita et faciet d. Comes: nec aliquod acquistum faciet in Castris illorum qui in hac parte sunt, et auxilium præ-

stiterunt Episcopo, et civibus Taurinensibus, nisi de bona voluntate consortum — excepto Caburro superiore, quod jam est ipsius Comitis, salvis pactis cum Castellanis Caburri inferioris sub 12 Martii hujus anni. Quam pacem, et ejus observantiam ex parte d. Comitis juraverunt sub fideiussione d. Guido de Plozasco, et alii.

Perg.

1223 — 21 *Maii*

Promissio sub juramento facta per Comune Novariæ erga Comune Mediolanense standi omnibus ejus precæptis super pace facienda de discordiis cum Comuni Vercellensi, ejusque parte.

Bis t. I, *f.* 262 — t. IV, *f.* 278.

1223 — 25 *Maii*

Emptio domus per Comune Vercellense facta cum curte, ædificiis, et pertinentiis a d. Marco de Putheo pretio lib. 100 pap.

Invest. lib. II, *f.* 104.

1223 — 25 *Maii*

Investitura per Comune Vercellense concessa Ionselino de Castello f. q. Ricardi de Castello de domo una juxta curtem Marci de Putheo in Civitate Vercellensi.

Invest. lib. II, *f.* 105.

1223 — 30 *Maii*

Pacta inter Comitem Guidonem de Blandrate, et Comune Vercellense, quibus ille consentit ut ipsum Comune possit facere treguam, et pacem inter Comune, et homines Novariæ, eorumque partem, et se submittere arbitrio Comunis Mediolanensis, dummodo salva sint juramenta, et contractus civilitatis, et concordiæ reciprocæ inter ipsos, Comitem, et Vercellenses: promittendo ipsum Comune servare eum indemnem ab omnibus damnis pro hac licentia, si quæ ei evenerint sub extimatione tripli ad arbitrium d. Episcopi Vercellensis, scilicet d. Ugone Episcopo ibi præsente.

Bis. t. I, *f.* 259 — t. IV, *f.* 274 — Pact. *f.* 252.

1223 — 30 *Maii*

Submissio Comunis Vercellensis observandi pro se et sua parte omnia præcepta, et mandamenta Comunis Mediolani per Ambaxatores ejus facienda de discordiis, guerris, et pace cum Novariensibus.

Bis. t. II, *f.* 49 — t. III, *f.* 128.

1223 — 16 *Iunii*

Constitutio per Potestatem, et Comune Vercellense de loco Casalis Gualoni, in locum francum tam pro ipso, quam pro hominibus, qui ibi iverint ad habitandum, ita ut sit tam francum prout est Burgum Tridini, et Villanova.

Bis. t. I, *f.* 350 — IV, *f.* 396.

1223 — 19 *Iunii*

Præceptum d. Bertrami de Lampugnano Potestatis Vercellarum Paxio Ansiso Notario factum, exemplandi, et in publicam formam redigendi duo capitula super bannitos Civitatis, quorum tenor est: quod omnia bona illorum, qui sint in banno Comunis Vercellensis, devastentur, et vastata remanere debeant durante discordia, salva facultate d. Potestatis ipsa adjudicandi creditoribus illorum bannitorum: et quod quisque possit sine incursu pœnarum offendere illos in persona, et avere: et defensores ponentur in banno.

Perg. -- Bis. t, I, *f.* 348.

1223 — 19 *Iulii*

Præceptum Ambaxatorum Mediolanensium, negotium agentium carceratorum, per Novarienses ejusdem Civitatis Potestati factum, quatenus pro bono initio pacis deberent liberare omnes prexonerios Vercellenses, salvis bannitis Mediolanensium prout nominative singulatim liberantur.

Bis. t. II, *f.* 49. -- t. III, *f.* 127.

1223 — 9 *Septembris*

Præceptum d. Lampugnani Potestatatis Vercellensis Guilielmo de Fabiano Notario factum, exemplandi, et in publicam formam redigendi, prout in libro Comunis continebatur, bannum datum Guilielmo de Casaligualono, et Guidoni, ac Iacobo ejus filiis, ex eo quod cum tenerent Castrum, et locum Casalisgualoni in feudum a Comuni Vercellensi, et pro ipso seguertam fecissent d. Ugoni de Prealone Potestati, nihilominus dederant illum in manibus Novariensium: ideoque idem Potestas ipsos posuerat in banno mille marcharum argenti, et declaraverat infames, et privatos omni honore, et officiis in Civitate, et jurisdictione Vercellarum.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 351-358 — t. IV, *f.* 398-407.

1223 — 13 *Septembris*

Declaratio Petri, et Othonis fratrum de Rosasco coram Potestate Ver-

cellarum facta, se usque a tempore venditionis de toto eo quod habebant in Casaligualono fuisse semper milites Vercellensis Civitatis, et fecisse exercitum, cavalcatas, et alia prout alii milites Vercellenses, salvo fodro quod non solvebant, eorumque homines Casalisgualoni, erant homines ipsius Civitatis prout sunt alii rustici Episcopatus Vercellarum. Et ita sunt d. Guido, et ejus filii de Casaligualono.

Bis. t. I, *f.* 349 -- t. IV, *f.* 394.

1223 — 6 *Octobris*

Appellatio per Sindicos Comunis Vercellarum interposita a sententia lata in causa ipsius cum Hospitali, seu mansione Morani, sub examine dominorum Ruffini Abbatis Sancti Marciani Terdonensis, et Uberti de Catena Canonici Astensis Iudicum delegatorum a d. Papa.

Bis. t. I, *f.* 377 — t. IV, *f.* 431.

1223 — 6 *Octobris*

Terminum statutum dierum triginta per præfatos delegatos in dicta causa sindicis Comunis Vercellensis ad arripiendum iter ad S. Sedem Apostolicam pro introductione appellationis.

Bis. t. I, *f.* 377 — t. IV, *f.* 431.

1223 — 6 *Octobris*

Sententia lata per præfatos Abbatem, et Canonicum delegatos Apostolicos in causa inter Comune Vercellense, et Mansionem S. Ioannis Morani, qua declaratur non posse ipsum Comune prohibere Mansioni jus boscandi in nemoribus Locedii, prout erat solitum: et circa damna pro ædificatione Burgi super terram, et cortile ipsius Mansionis, ad solvendum ea condemnavit: absolvendo tamen Comune a restitutione hominum.

Bis. t. I, *f.* 389 — t. IV, *f.* 447.

1223 — 6 *Octobris*

Protestatio Potestatis Vercellensis a parte illius Comunis erga superstantes carcerum Novariæ, esse paratum solvere expensas carceratorum Vercellensium in Civitate Novariæ, pro toto eo quod constabit, dummodo tantum faciant et Novarienses.

Bis. t. III, *f.* 180.

1223 — 12 *Octobris*

Interpositio appellationis per Comune Vercellense in causa cum Mansione Morani coram præmissis Delegatis, qui terminum triginta dierum ad ipsam appellationem prosequendam in Curia Romana statuerant.

Bis. t. I, *f.* 390 — t. IV, *f.* 448.

1223 — 14 *Octobris*

Concordia inter d. Ugonem Episcopum Vercellensem, et Comitem, ac dominos de Crepacorio, scilicet Camusam, et Ardicionem fratres, Alcherium pro se, et filiis, Lanfrancum pro se, et Brunaxio ejus fratre, ac Robaldum pro se, et fratre suo super Comunia ipsius loci, et eorum divisione, quæ debeant determinari, et aperiri usque in festum Purificationis B. M. Virginis, prout ibi determinantur, vel designantur: scilicet: Petia una sita ubi dicitur in scalum, et apud muratum, ac fossatum usque in Sessara: item tota montanea, et mons Pissiliani usque ad fossatum pipevarnium versus Bornate, et usque ad Curiam Sustegni, reservato monte Brione. Item totus mons viæ paganorum superius, et a sella Lavezana usque in Venenzam, et in rio Vallegiæ usque in ripam Sessaræ, et ripam Molinariam etc., et ab alia parte ripæ pontis superius prout definitur apud montem Orphanum, et a Valle nava usque in Curiam Flechiæ, et sicut vadit via fossati mauri. Item costa aurea a culmo usque in planum, et usque ad castagneta illorum de Caurit etc.

Bis. t. II, *f.* 197 — t. III, *f.* 312.

1223 — 2 *Novembris*

Constitutio Procuratoris per Comune Vercellense in personam Gualæ Gaburri Clerici S. Mariæ de Saluzolia ad impetrandas litteras d. Papæ in Curia Romana contra Hospitale S. Ioannis Morani, contra Episcopum, et Capitulum Ecclesiæ Hiporegiensis, ac contra Abbatem montis S. Sillani de Romagnano, et ejus Monasterio, et ad opponendum eis super litibus vertentibus.

Bis. t. I, *f.* 377 — t. IV, *f.* 431.

1223 — 3 *Novembris*

Testimoniales petitæ cum protestatione per Procuratorem Comunis Vercellarum se præsentialiter iter arrepturum Romam versus pro facto appellationis a sententia Abbatis S. Martini Terdonensis, et Uberti de Catena Canonici Astensis delegatis in causa ipsius Comunis cum Mansione S. Ioannis Hospitalis Morani.

Bis. t. I, *f.* 378 — t. IV, *f.* 432.

1223 — 18 *Novembris*

Descriptio hominum Casalis Gualoni, et ibi habitantium, qui solverunt actualiter fodrum Civitati Vercellensi in manibus Uberti de Bolzella civis, et Sindici ejusdem Civitatis.

Bis. t. I, *f.* 364 — t. IV, *f.* 414.

1223 — 23 *Novembris*

Præcepta, et ordinamenta pacis, pronunciata per d. Pacem de Menerino de Brixia Potestatem Mediolanensem ex parte Comunis ejusdem Civitatis Potestatibus, et Nunciis Civitatum Novariæ, et Vercellarum, quæ statuta observare inviolabiliter debeant, et sibi invicem facere finem de omnibus damnis præsentis guerræ: et quod ambæ partes debeant tenere Blandrate destructum una cum locis sibi spectantibus, nec absolvere ab habitaculo illos qui juraverunt eisdem Civitatibus: et quod fodra, carigia, hostilitia, et cætera præstari solita per illos de Blandrate eisdem Civitatibus dividantur æquis portionibus, quod excedere non debent libras quinquaginta imperiales prout conventum est inter ipsas Civitates in Instrumenta pactorum 24 Iunii 1194 rogato Olrico sacri Palatii Notario. Quod fortalitiæ omnes ibidem ab initio hujus guerræ constructæ, præcipue illa in Ecclesia, et campanili S. Nazarii destruantur: Vercellenses restituant Novariensibus loca Casalegii, et Gargarengi et quidquid habebant in Casali: e converso isti restituant locum Casalis Gualoni absolvendo dominos ipsius loci ab omni banno, confiscatione, et infamia. Et quod observentur omnes conventiones Comitibus Blandrate ab anno 1212, 15 Maii, juxta id quod fuit pronunciatum per d. Amizonem de Carchano Potestatem Mediolani tunc arbitrum: ac cessiones Comuni Novariæ factas per Comitem Guidonem in annis 1209, 3 Martii, et 1218, 13 Augusti: qui Novarienses debeant absolvere ipsos Comites ab omni banno imposito tempore hujus belli. — Quod Vercellenses nullum auxilium, et favorem præbere debeant illis dominis qui dicuntur de Castello veniendi contra conventiones, pacem, et venditiones per ipsas initas cum Comuni Novariæ ante hanc guerram, scilicet in Vallentrasca, Vallenzasca, Ossola: et Valle Ossolæ, ac Vergontes, ipsaque loca dimittere pacifice Novariensibus. Item et dimittere Novariensibus locum Pallantiæ; absolvendo infra unum mensem homines ipsius loci a juramento fidelitatis, et citadinatici: sub pacto quod Comune Novariæ non inferat eis damna, absolvendo imo ab omnibus bannis, et pœnis ipsi Comuni, et hominibus Pallantiæ impositis tempore hujus guerræ. Item e converso quod Novarienses non debeant præbere auxilium Civitati, et hominibus Hiporediæ contra Vercellenses, imo ipsos Hiporediensis absolvere a juramento civitatici Novariæ præstito, nec præbere auxilium Petro de Maxino, et suis hominibus, ac cæteris castellanis, et militibus Canapicii, qui in præsenti guerra essent colligati Novariensibus contra Comune Vercellense, sub pacto quod Vercellenses absolvant ipsos ab omni banno imposito occasione præsentis guerræ. Quod Novarienses impedire non debeant quin Vercellenses, et homines Ga-

tinariæ extrahere possint aquas a Sicida pro usu eorum molendinorum prout antea consueverunt. Nec utrique parti licitum sit ædificare pontes super Sicidam ab Oldenico superius super quibus transire possint currus, barociæ, vel equi, et asini, sed tantum sufficientes pro pedestribus: licitum tamen sit illis de Romagnano tenere naves in illa quantitate qua sibi videbitur. Et destruatur infra mensem pons constructus super Sicidam per Novarienses, et eorum partem. Item quod Novarienses a Vercellensibus, et viceversa non exigantur pro pontacico super Ticinum nisi id quod exigerent a cæteris hominibus Lombardiæ. Salvis tamen juribus, et possessione Vicecomitum Mediolanensium, et Ecclesiarum, ac hominum Civitatis ejusdem.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 263-273 — t. IV, *f.* 279-293.

1223 — 28 *Novembris*

Emptio per Comune Vercellarum facta de stariis decem vineæ cum area juxta portam S. Iacobi de Albareto ejusdem Civitatis in allodium, et pro pretio librarum 50 a d. Giliberto Carosio.

Invest. lib. II, *f.* 106.

1223 — 29 *Novembris*

Quitatio reciproca per Comune Vercellense, et Lanfrancum Bonipertum, et Gualam de Murigia missos, et nomine Comunis Novariæ, de omnibus damnis, injuriis, homicidiis, et incendiis occasione guerræ præteritæ, et hoc in observantiam capitulorum pacis factorum per Potestatem Mediolanensem, salvo capitulo super restitutione carceratorum.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 265 — t. IV, *f.* 282.

1223 — 16 *Decembris*

Remissio seu liberatio per d. Beltramum de Lampugnano Potestatem Vercellensem nomine Comunis ejusdem Civitatis facta dominis Robaldo de Crevacorio Potestati Pallantiæ, Martino Cavalcasella de Castello, Ugoni de Plaza, Hominedeo de Vallentrasca, et Gratiano de Guarda, ac Zanibono de Chocha Nunciis Pallantiæ, et Vallisintraschæ, et Ossulæ ab omni vinculo citadinatici, et obligatione propter juramentum ipsius.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 266 — t. IV, *f.* 283.

1223 — 28 *Decembris*

Investitura ex parte Comunis Vercellensis facta Ottobono q. Benedicti de Benedictis in feudum rectum et gentile de Castro Burolii, turre, ædificiis, et domigione quod et quæ q. d. Henricus de Burolio

ibidem, et in Castellaniis ejusdem loci solitus erat per se, et antecessores suos, ac collaterales tenere et in Bolengo, Paerno, Sessano, et Bagnolio cum omnibus feudalibus, et juribus ibidem expressis, capellis, advocaciis, Ecclesiis: sub prohibitione alienandi in pœnam devolutionis.

Bis. t. I, *f.* 438 — t. IV, *f.* 31.

1223 — 30 *Decembris*

Sacramentum Credentiæ Comunis Vercellensis, quod observabit concordiam factam cum Comunibus, et hominibus Pallantiæ, Valiisintraschæ, et Vallis Ossulæ prout in instrumento 1223 2 Ianuarii continebatur.

Bis. t. II, *f.* 52.

1224 — 9 *Februarii*

Renovatio sub juramento, seu confirmatio ligæ anni 1215 diei 20 Iunii initiæ inter Comitem Thomam de Mauriana in Italia Marchionem, ac d. Amadeum ejus filium, et Comune Vercellense, requirente d. Alberto Tetavegla Vercellensi ejusdem d. Comitis procuratore.

Perg.

1224 — 24 *Februarii*

Concordia inter Comune Vercellense, et inter Iacobum, et Guilielmum de Sichis de Septimo Roveario, nomine etiam Petri fratris ejusdem Iacobi, ac hæredum et hominum suorum ipsius loci: qua se submittunt jurisdictioni Civitatis Vercellarum in exercitibus, et cavalcatis et in fodro centum librarum papiensium tantum de eorum poderio, quando alii cives ea præstabunt, et quod de eorum medietate castri ubi stant, facient pacem, et guerram ad utilitatem Comunis Vercellarum, salva fidelitate quam debent dominis Uberto, et Henrico Comitibus de Cabaliate. Et ob id Comune Vercellense ipsos, et eorum homines, et descendentes recepit in cives ejusdem Civitatis.

Bis. t. I, *f.* 382 — t. IV, *f.* 438.

1224 — 3 *Martii*

Ratificatio cum juramento facta per d. Comitem Thomam de Mauriana, et Amadeum, ac Aymonem ejus filios jurata quoque per varios nobiles Sabaudiæ, ac Castellanos Segusiæ, et Avilianæ, de liga cum Comuni Civitatis Vercellarum.

Perg.

1223 — 10 *Aprilis*

Concordia inter Comune Civitatis Vercellarum, et Comune, ac homines

Morani: qua isti promittunt facere exercitum, et cavalcatam ad voluntatem Vercellensium contra quoscumque, salvo contra terram Marchionis Montisferrati, et facere justitiam Vercellensibus sub examine Consulum Vercellarum: salvo quod prius debeat Vercellensis agere in Morano ad Mansionem Hospitalis coram Rectore ejusdem. Et versa vice ex parte Civitatis permittitur eis compellere posse homines qui iverant ad habitandum in loco Burgi Crescentis ad redeundum Moranum, et promittit restituere Mansioni omnes possessiones occupatas per homines dicti loci Burgi Crescentis: salvo quod possint homines Morani cum consensu Prioris Hospitalis Hierosolomitani in Lombardia ire ad habitandum in locis Tridini, Planchetæ, Balzolæ, Burgi Crescentis, aut alio in loco qui in ipsis circumstantibus locis ædificaretur. Et quod d. Magister Hospitalis absolvat homines Burgi Crescentis a vinculo excomunicationis.

Bis. t. I, *f.* 189 — t. IV, *f.* 172.

1224 — 12 *Aprilis*

Iuramentum, d. Comite Thoma de Mauriana jubente, dominorum Guilienghi Preve, Aymonis de Mavilla, Petri de Porta, Guidonis Davessa, Guilienghi de Palatio, Guilielmi de Grazano. Item die 15 Aprilis Bonifacii nomine d. Griseti Vicecomitis de Augusta ejus patris, Guilielmi de Lecors, Guilielmi Grasseti, Guilielmi de Lide, Castellani de Cava, Widonis de Augusta, Othonis de Porta S. Ursi, Bremondi de Lecors, Attonis de Verezo omnium de Valle Augusta. — Item die 18 Aprilis Aymonis de Pouere, Rulfi de Aima, Rolandi de Conflancio, Rodolfi de Contexio, Guilielmi Dauent, Amedi, et Clementis de Orsere, Petri de S. Urso, Petri de Dunazo, Petri Galiani, Aymonis Galiani, Uldrici de Villono, Anselmi de Sereto, Ioannis de Augusta, Guidonis Scoferii, Iacobi de Lausana, Martini Escoferii, Guilielmi Sartoris, Guilielmi Fromazæ, Guilielmi de Lausana, Andreæ Mantelli, Aymonis Lombardi, Guilielmi Bellone de Bardo, Bosoneti de Vareza, Arenzi de Zigna, et Pocerii de Cina, super ratificatione ligæ inter prædictum Comitem, et d. Amadeum ejus filium ex una, et Comunitatem Civitatis Vercellarum conctractum, et observandum.

Perg. — Invest. lib. II, *f.* 110.

1224 — 4 *Maii*

Instantia facta ex parte Comunis Vercellensis Guidoni, et Iacobo de Casali Gualono ad hoc ut remittant ipsum Castrum, pro omni eo quod insurgere posset inter ipsum Comune, et Comune Novariæ.

Bis. t. I, *f.* 346 — t. IV, *f.* 390. — Pact. *f.* 260.

1224 — 6 *Maii*

Alia instantia dominis Guilielmo de Casaligualono, et Guidoni, ac Iacobo ejus filiis facta in Ecclesia S. Mariæ Castri Casalis Gualoni de tenendo ipsum Castrum guarnitum, et scaritum ad omnem occurrentiam Comunis Vercellensis.

Bis. t. I, *f* 346 — t. IV, *f.* 390. — Pact. 258.

1224 — 7 *Maii*

Responsio d. Iacobi de Casaligualono uti Procuratoris domini Guilielmi patris sui, quod requisitioni præfatæ consentiebat, ita ut Comune Vercellarum valeat retinere ibi duos milites cum uno Notario, et alios Nuncios qui vicem ipsius Comunis faciant, nec eis prohibebunt partem suam dicti Castri imo eis placebat hæc fieri.

Bis. t. I, *f.* 346. — Pact. *f.* 258.

1224 — 7 *Maii*

Procura d. Guilielmi de Casaligualono, in personam filiorum suorum ad respondendum instantiæ d. Potestatis Vercellarum, super requisitione ei facta de restituendo Castrum Casalis Gualoni.

Bis. t. I, *f.* 343 — t. IV, *f.* 291.

1224 — 18 *Maii*

Investitura per Comune Vercellense facta d. Petro Comiti Maxini de Castro, et loco Malioni in feudum etc. — qui juravit fidelitatem, et reddendi ipsum Castrum ad omnem requisitionem Comunis a quo possit poni ibi unus Civis Vercellensis pro Castellano juxta infra describendam concordiam.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 163 — t. IV, *f.* 136.

1224 — 12 *Maii*

Concordia inter Comune Vercellense, et Comitem Petrum de Maxino tractata, et conclusa per d. Ugonem Episcopum ejusdem Civitatis in Palatio Comunis ante Ecclesiam B. Mariæ, scilicet quod cum ipsum Comune haberet apertam guerram contra Marchionem, aut illos de Canapicio aut eorum partem, ubi ipse Comes requisitus fuerit debeat promittere Comuni præfato retinendi unum civem pro Castellano in Castro Malioni cum capitali librarum 2000 papiensium, ad faciendam guerram, et defensionem ad voluntatem ipsius Comunis.

Bis. t. I, *f.* 169 — t. IV, *f.* 138.

1224 — 18 *Maii*

Concordia altera inter Comune Vercellense, et d. Petrum Comitem

Maxini: qua promittit iste facere guerram de suo Castro, villa, et hominibus ad voluntatem dicti Comunis, salvo contra d. Episcopum Hiporegiæ, et suos homines, ac villas: ita taliter quod non intelligatur de hominibus Hiporegiæ, et locis ultra Duriam, et ultra Padum, et salvo Imperatore, et dominis Episcopis Taurinensi, et Vercellensi, ac Comite Gotofredo de Blandrate, et Comitibus de Gualperga ejus affinibus paternis; et dare stratam, et mercatum ad voluntatem Vercellensium; firmis stantibus pactis circa Castrum Malioni de die hodierna initis: quod non recipiet in suis locis bannitos Comunis Vercellarum, immo ipsos capiet: Comune autem promittit non exigere fodrum aliquod, nec exercere jurisdictionem in ejus locis Maxini, Bulgari, Malioni, Caprili, Septimi, et Coxani; nec elevare in ipsis fortiam aliquam: et dabit eidem Comiti, et suis hominibus mercatum in districtu Vercellensi, pro vendendo de eorum bosco, vino, et frumento. Et hæc omnia salvis juramentis Comunium Mediolani, et Alexandriæ, ac Comitum Blandrate; et eveniente guerra inter ipsos vel Comitem Sabaudiæ, ac eumdem Petrum, Comune Vercellense debeat se intromittere amicabiliter ad componendam pacem. Et si quis homo ejus fuerit receptus in civem Vercellensem, Comune ipsum intromittere se non debeat in rebus, quas ipse habebit in terris ejusdem Civitatis.

Bis. t. I, *f.* 169-178 — t. IV, *f.* 156. — Pact. *f.* 287.

1224 — 28 *Maii*

Requisitio per Comune Vercellense facta hominibus de Blandrate quod concurrere debeant cum exercitu contra illos de Hiporedia.

Pact. *f.* 258.

1224 — 28 *Aprilis*

Quitatio per Comune Mediolani Comuni Vercellensi de quadam summa pecuniarum recepta.

Pact. *f.* 258.

1224 — 26 *Iunii*

Responsio facta per Comitem Guidonem de Blandrate Comuni Vercellensi se non posse differre terminum super facto restitutionis damnorum per ipsum Comune datorum Comuni Novariæ.

Pact. *f.* 255.

1224 — 8 *Iulii*

Promissio erga Comune Vercellense facta a dominis Conrado Parvo

de Septimo vallis Montis-alti et Conradi Lungi de eodem loco pro se, et eorum hominibus, quos habent in ipsa valle tam citra, quam ultra Duriam a civitate Hiporediæ superius, observandi firmam pacem omnibus Civibus Vercellensibus, nec permittere offesam aliquam fieri ipsis tam per eos homines Septimi, aut Favetæ, aut alterius Castri novi. — Actum in Ecclesia Montis S. Salvatoris de Bexia.

Bis. t. IV, *f.* 437.

1224 — 12 *Iulii*

Investitura facta per Comune Vercellense nomine recti, et paterni feudi favore Comitis Guidonis de Blandrate de toto illo feudo quod q. Comes Conradus ejus frater tenebat per ipsum Comune una cum Comitibus Gozio, et Othone in Castro Montis Ovionis, et toto monte juxta ejus pluviale, et in Robiallo, et tota terra usque in Stronam, et in Sellam Cramoxinam et territorio Pœgno sicut decurrit Strona usque in Sicidam, et ad territorium Aræ versus Muzanum, et Surrixium, cum hominibus in iisdem territoriis habitantibus pro se, et hæredibus masculis, et fœminis. Ita tamen quod alienare non possint in aliquam personam a qua veniant ea in potestatem, et jurisdictionem Novariensium; nec etiam in agnatos qui non juraverint Comuni Vercellensi, et non venerint in concordiam.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 246 — t. IV, *f.* 255. — Pact. *f.* 253.

1224 — 12 *Iulii*

Alia investitura ut supra concessa Comiti Othoni de Blandrate de omni feudo nominative quod tenebat a Comuni Vercellensi.

Bis. t. II, *f.* 39 — t. III, *f.* 110. — Pact. *f.* 253.

1224 — 12 *Iulii*

Investitura per Comune Vercellarum concessa Comiti Guidoni de Blandrate de omni feudo quod tenebat a Comuni ipso in feudum quondam Conradus ejus frater, idest de ejus parte casamenti in ipsa Civitate, et de omnibus terris cultis, et incultis in loco Arbori, et ejus curte, et territorio, cum omni jure, et districtu; pro quibus juravit fidelitatem.

Bis. t. II, *f.* 45. — Pact. *f.* 254.

1224 — 12 *Iulii*

Remissio facta per Comitem Guidonem de Blandrate Comuni, et Civibus Vercellarum, intercedentibus dominis Cardinali Guala Bicherio,

Archiepiscopo Mediolani, et Ugone Episcopo Vercellarum de omnibus juribus pro damnis habitis a Novariensibus in loco, et pertinentiis Brigæ: salvis tamen pactis, et conventionibus quibus ipsi adstricti sunt erga eumdem Comitem.

Pact. *f.* 255.

1224 — 17 *Iulii*

Quitatio facta per Tuxium de Mandello nomine etiam fratrum suorum Othonis, Guidonis, Emblevati, et Robacomitis de quodam credito adversus Comune Vercellense.

Pact. *f.* 259.

1224 — 17 *Iulii*

Quitatio altera per prædictos eidem Comuni Vercellensi facta de quodam credito.

Pact. *f.* 259.

1224 — 29 *Octobris*

Ratificatio jurata per d. Bertramum de Lampugnano Potestatem, et nomine Comunis Vercellarum de observando usque ad primum Ianuarii conventiones initas cum d. Archiepiscopo Mediolanensi per Robaldum de Crepacorio Nuncium, et Procuratorem nomine ipsius Comunis, scilicet quod d. Archiepiscopus pro sua Ecclesia recipiet sub sua defensione personas, et bona dominorum de Castello, et aliorum nobilium, et hominum Pallantiæ, Vallis Intraschæ, et Ossolæ, assignando eis locum aptum ad veniendum ad habitandum in jurisdictione ejus Episcopatus, ipsis concedendo mercata, et curadias libere. Et Comune promittit ei defendere omnes terras sui Archiepiscopatus citra Ticinum a Novariensibus, et contra ipsos facere guerram. Quæ concordia duratura sit per quinque annos: ratificante pro d. Archiepiscopo d. Falcone de Dervio Canonico Mediolanensi.

Perg. — Bis. t. II, *f.* 44 — t. III, *f.* 120.

1224 — 29 *Octobris*

Promissio Nunciorum d. Archiepiscopi, et Ecclesiæ Mediolanensis de observandis conventionibus prædictis erga Comune Vercellense.

Bis. t. II, *f.* 45 — t. III, *f.* 121.

1224 — 13 *Novembris*

Concordia inter Comune Vercellense, et Ruffinum de Poncio, ac Mon-

tonarium de Rodobio Procuratores hominum Rodobii habitantium in sediminibus subpositis jurisdictioni, et districtui Vercellarum, qua paciscitur ipsos ad solvendum tantum libras quadraginta papienses pro fodro teneri deinceps, et eodem modo quo solvent alii homines Episcopatus Vercellensis, et observare in cæteris concordias, et pacta alias inita.

Bis. t. *f.* 19. — Pact. *f.* 49.

1224 — 28 *Novembris*

Permissio data per Comitem Guidonem de Blandrate Comuni Vercellensi tractandi, et faciendi pacem cum Comuni, et hominibus Hiporegiæ, sine prejudicio tamen jurium ipsius, et eo salvo capitulo pactorum jam initorum, quod Comune Vercellense teneatur adjuvare ipsum Comitem contra Comune, et homines Hiporediense.

Pact. *f.* 255.

1224 — 2 *Decembris*

Pax, et finis facta per Comitem Guidonem de Blandrate erga Comune Vercellense de omnibus damnis, et interesse damnorum datorum ei in Ossola, Meolo, Briga, et alibi: ita tamen quod hæc remissio ei non inferat impedimentum, vel præjudicium si Comune, et homines Novariæ, aut ejus jurisdictionis, obsiderent Castrum Brigæ, aut ædificarent ibi Castrum, vel fortias, aut cavalcatas in damnum ejusdem Comitis, et ipsorum locorum facerent.

Bis. t. II, *f.* 45 — t. III, *f.* 121. — Pact. *f.* 256.

1225 — 1 *Ianuarii*

Investituræ ex parte Comunis Vercellarum concessæ pluribus hominibus ibi nominatis, de quibusdam peciis terræ in finibus, et curte Trium Cerrorum sub annuo fictu respective solvendo.

Bis. t. II, *f.* 156 ad 183 — t. III, *f.* 273 ad 302.

1225 — 5 *Ianuarii*

Iuramentum præstitum in manibus d. Compagnoni Potestatis Vercellensis vice illius Civitatis recipientis a Consulibus Casalisgualoni, nomine etiam dd. Guidonis, Thomæ, et Henrici fratrum, filiorum d. Guilielmi de Casaligualono, standi omnibus præceptis ejusdem Potestatis, et observandi ea quæ sunt in scripto villarum, super quod juraverunt Consules villarum comprehensarum in carta securitatis ipsius Potestatis.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 247-351 — t. IV, *f.* 391 397.

1225 — 9 *Ianuarii*

Aliud juramentum consimile præstitum per Iacobum filium d. Guilielmi de Casaligualono.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 347-351 — t. IV, *f.* 392-397.

1225 — 9 *Ianuarii*

Præceptum factum per d. Compagnonem de Poltronibus Potestatem Vercellensem Iacobo, et Guidoni filiis d. Guilielmi de Casali Gualono, quatenus infra diem sequentem debeant præbere Comuni Vercellarum idoneam fidejussionem de libris centum papiensibus, et interim non exire de Civitate sine licentia ejusdem Potestatis.

Perg.

1225 — 7 *Februarii*

Convocata Credentia Comunis Mediolani in Palatio veteri ejusdem Civitatis, ibidem adstantibus Potestate, et Nunciis Comunis Vercellensis, jurant Credendarii observare concordiam, et reciprocam civilitatem inter ipsa Comunia inita.

Bis. t. III, *f.* 182.

1225 — 3 *Martii*

Investitura ex parte Mansionis S. Iacobi Vercellensis de una domo in vicinia Ecclesiæ S. Iacobi de Albareto, favore Augustini de Margarita f. q. Iacobini Cordarii, sub annuo fictu solidorum trium imperialium monetæ Vercellensis annualiter solvendo in festo S. Martini in perpetuum.

Perg.

1225 — 7 *Aprilis*

Procura dominorum Ardicionis, et Henrici fratrum de Casaligualono in d. Thomam eorum fratrem ad protestandum Abbati, Monasterio, et Capitulo Miramundi, ac Abbati, et Monasterio, et Capitulo Casalis Gualoni, quod devenire non debeant ad aliquod cambium, permutationem, vel alienationem cum quacumque persona de possessionibus, et juribus ejusdem Monasterii.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 342 — t. IV, *f.* 384.

1225 — 8 *Aprilis*

Protestatio per præfatum d. Thomam Procuratorio etiam nomine ut supra Abbati, et Monacis Miramundi, ac Abbati, et Priori Casalis Gualoni de non alienandis, vel permutandis bonis, et juribus Casalis Gualoni

eidem Monasterio Casalis spectantibus, de quo ipsi erant donatores, fundatores, et defensores.

Actum in parlatorio Monasterii Miramundi.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 343 — t. IV, *f.* 385.

1225 — 8 *Aprilis*

Mandatum speciale d. Othonis de Rosasco de Casaligualono in d. Petrum ejus fratrem ad faciendam protestationem, prout supra.

Actum in Rodobio.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 342 — t. IV, *f.* 385.

1225 — 9 *Aprilis*

Denunciatio, seu protestatio ab eodem Petro nomine quo supra præfatis Abbatibus facta, prout supra.

Bis. t. I, *f.* 343 — t. IV, *f.* 385.

1225 — 13 *Aprilis*

Ordinatum Credentiæ Comunis Vercellensis quod Castra jurisdictionis, munitiones, et honorantiæ, quæ sint in confinibus, et circa confinia per quatuor milliaria ab ipsis confinibus districtus Vercellensis, non possint alienari, nec aliquo titulo tradi quibuscumque personis, collegio, Comuni, qui non sint de ipsa Civitate, jurisdictione, et districtu sub pœna caducitatis.

Acquisit. — lib. I, *f.* 43.

1225 — 19 *Aprilis*

Declaratio facta per Abbates Miramundi, et Casalis Gualoni erga Potestatem Vercellensem præsentibus Consulibus, Petro de Blandrate Sindico, ac Clavario ejusdem Comunis non fecisse, nec facere velle aliquam alienationem, vel contractum de possessionibus Monasterii Casalis Gualoni favore Comunis Novariæ, aut dependentium ab ipso.

Bis. t. I, *f.* 349 — t. IV, *f.* 394.

1225 — 21 *Aprilis*

Mandatum Comunis Vercellensis in quemdam Sindicum ad recipiendum a dominis de Casaligualono tot possessiones in pagamentum de libris 333 den. 6 papiensibus nomine fodri, et lib. tribus nomine quarti, et lib. 5 pro fodro Charitatis: sub extimatione Iudicis.

Bis. t. I, *f.* 374 — t. IV, *f.* 427.

1225 — 28 *Aprilis*

Venditio, et in solutum datio per dominos Casalis Gualoni Comuni

Vercellensi facta de pluribus petiis terræ, et sediminibus, molendino, et furnis, cum juribus alterius molendini quod tenetur in feudum a Buscaliis in villa nova juxta pratum avanaschi, pro prædictis fodris, et banno occasione ipsorum.

Bis. t. I, *f.* 375 — t. IV, *f.* 428.

1225 — 16 *Maii*

Protestatio per d. Iacobinum de Thebaldis Iudicem, et Vicarium d. Compagnoni de Poltronibus Potestatis Vercellarum Nunciis Comunis Novariæ paratum esse justitiam ministrare cuiquam Novariensi, qui jura aliqua prætenderet in bonis d. Guilielmi de Casaligualono, et ejus filiorum.

Perg.

1225 — 17 *Maii*

Præsentatio litterarum Abbatis Miramundi per Petrum Bosium Monacum Locedii, Abbati Casaligualoni, continentium, quod cum pervenisset ei ad notitiam velle vendere, vel permutare Comuni Novariæ locum sui Monasterii cum aliis possessionibus circumstantibus pro construendo unum Castrum, vel fortalitium, quod esset molestiæ Vercellensibus super quo cum idem tam d. Cardinalis quam Majores Vercellarum litteras misissent: ideo mandat, et consulit ipsi, et Monacis suis suspendendi ipsum contractum, super quo habent in mandatis a d. Cistercensi non posse fieri absque consensu totius Capituli generalis.

Bis. t. I, *f.* 343 — t. IV, *f.* 386.

1225 — 17 *Maii*

Alia præsentatio per dictum Monacum Locedii facta Abbati Casalis Gualoni, de litteris d. Abbatis Cistercensis, qua asserit se habuisse in notitiam a d. Petro Romano S. Ang. Diacono Cardinali, et Sedis Apostolicæ Legato, contractum quem facere intendebat cum Novariensibus quod cum radix discordiarum inter ipsos Novarienses, et Vercellenses esse possit, ideo prohibet ne ad eumdem deveniat.

Bis. t. I, *f.* 343 — t. IV, *f.* 386.

1225 — 19 *Maii*

Alia præsentatio ut supra d. Othoni Abbati Monasterii litterarum Miramundi per Abbatem Cistercensem ei directarum de prohibendo fortiter dictum contractum.

Bis. t. I, *f.* 344 — t. IV, *f.* 387.

1225 — 19 *Maii*

Alia Abbati Othoni de Coronato litterarum Abbatis Miramundi quod cum Majores Vercellenses per litteras intimaverint ei venditionem quam facere intendebat Abbas Casalis Gualoni Novariensibus præcipue pro constructione unius Castri, quod cum parere discordias posset, mandat ideo non permitti dictam venditionem absque consensu Capituli generalis, sub pœna incursus indignationis d. Papæ, et d. Cardinalis.

Bis. t. I, *f.* 344 — t. IV, *f.* 388.

1225 — 23 *Maii*

Venditio facta per d. Bonifacium f. q. Henrici de Cuniolio favore Comunis Vercellensis de tota illa terra quam tenebat in loco Burgi Padi inter fossata ipsius, et sicut restringunt ipsa fossata a crista forensi infra cum suis pertinentiis.

Bis. t. I, *f.* 415 — t. III, *f.* 1.

1225 — 31 *Maii*

Præsentatio litterarum ex parte d. Nicolai Episcopi Tusculanensis, Abbati Monasterii Casalis Gualoni directarum, ipsum exortantium, et monentium ne ad venditionem procederet de loco ejusdem Monasterii, et possessionum adiacentium, Comuni, et hominibus Novariæ, vel alicui de jurisdictione ipsius Civitatis cum posset parere discordias inter Vercellenses, et Novarienses.

Bis. t. I, *f.* 344-388 - t. IV, *f.* 387.

1225 — 8-9-10 *Iulii*

Submissio cum promissione diversorum hominum Casalis Gualoni de non alienandis possessionibus, nec permutare, aut dare in feudum alicui, absque consensu Comunis Vercellensis, et quod non ibunt ad habitandum alibi.

Bis. t. I, *f.* 355-470-471 — t. IV, *f.* 402-403-423. — Perg.

1225 — 11 *Iulii*

Permutatio cum investitura vicissim facta per nonnullos dominos Casalis Gualoni de quibusdam possessionibus ibidem.

Bis. t. I, *f.* 359 — t. IV, *f.* 408.

1225 — 29 *Augusti*

Appellatio seu protestatio per d. Potestatem Vercellensem nomine ipsius Comunis emissa antequam aperiret litteras sibi directas ex parte

magistri Præpositi S. Secundi Astensis d. Honorii Papæ delegati datas Tiburi, quibus ei præcipit justitiam coram eo faciendi de damnis, et incendiis allatis per Vercellenses dominis Agamiis, prout quærelam fecerant d. Honorio Papæ Prior, et fratres Hospitalis Hierosolomitani in Lombardia: appellando ideo ab ipsis ex eo quod Comune Vercellense habebat guerram cum Astensibus.

Bis. t. I, *f.* 383 — t. IV, *f.* 439.

1225 — 11 *Octobris*

Iuramentum præstitum ab Uberto de Bolzella in manibus d. Compagnoni Potestatis Vercellensis nomine Comunis ejusdem Civitatis custodiendi cum octo armigeris Castrum Montisgrandi pro ipsa Civitate, sub pœna librarum mille pro qua fidejussorem ibidem dedit.

Perg.

1225 — 23 *Novembris*

Bannum impositum seu renovatum dominis Guidoni, et Iacobo filiis d. Guilielmi de Casaligualono in libris quinquecentum papiensibus eo quod se absentaverint a Civitate Vercellensi pro tractatibus faciendis contra ipsam, contra arestum eisdem datum, per d. Potestatem; et hoc si infra quindecim dies se non præsentaverint, et mandatis faciendis non paruerint.

Perg.

1225 — 22 *Decembris*

Bulla d. N. Papæ Honorii III qua ipse confirmat quædam statuta facta per Cardinalem Gualam auctoritate Pontificia super regimine Ecclesiæ Vercellensis, scilicet super distributionibus, et præbendis, ac decimis locorum Prarolii, Larizate, Decianæ, Lignanæ, Casalis Rubei, Montonarii, et Carexanæ. Item quod nemo possit obtinere Capellaniam æque in Ecclesia S. Eusebii, et in Ecclesia S. Mariæ: et quod præbendæ omni decennio accomunentur, et æquis portionibus dividantur ad sortem. Et quod distribuantur quotidie denarii octo unicuique ex viginti quatuor Canonicis divinis interessentibus: oblationes autem cum celebret Episcopus, ejus sint: in absentia Episcopi causæ matrimoniales Civitatis, et Diœcesis tractentur per Archidiaconum, et Capitulum. Quod Hospitale Scotorum sit in ordinatione ejus Ministri, qui debeat emere unam domum ubi recipiat pauperes Clericos, et alios, salva in omnibus provisio pro Scotis et Hiberniensibus. Quæ statuta d. Cardinalis erant data Vercellis 16 Decembris 1224, anno Pontificatus d. Honorii Papæ nono.

Bis. t. II, *f.* 428.

1226 — 1 *Iannuarii*

Investituræ per Sindicos Comunis Vercellensis specialiter constitutos super facto terrarum, et sediminum Tridini ac Trium Cerrorum sub annuo fictu investiendorum concessæ infrascriptis: Petro Batalia, Roglerio Notario nomine etiam ejus filii, et Henrico de Trumello.

Bis. t. II, *f.* 170-183 — t. III, *f.* 302.

1226 — 7 *Maii*

Locatio per Potestatem Vercellensem nomine Comunis facta Rainerio q. Iulii de Blandrate, et Raimundo de Bugella de molendinis ejusdem Comunis in Tridino existentibus cum pista, et aliis accessoriis per annum unum sub fictu lib. 130 pap.

Bis. t. I, *f.* 182 — t. IV, *f.* 437.

1226 — 10 *Novembris*

Instantia facta per Potestatem Vercellensem, et Guiscardum Caroxium pro Comuni Vercellensi Rectorem Societatis Lombardiæ, Marchiæ, et Romandiæ nomine etiam Vercellini de Guidalardis pariter Rectoris dictæ Societatis, nomine ejusdem Societatis erga dominos Gothofredum, Athonem, et Gocium Comites de Blandrate, ad hoc ut se adscriberent ipsi Societati. Qui assentientes juraverunt eamdem Societatem, et observantiam pactorum prout in Instromento ejusdem continetur.

Bis. t. II, *f.* 40 — t. III, *f.* 113.

1227 — 10 *Februarii*

Præsentatio personalis nonnullorum de Casaligualono coram d. Potestate Vercellensi, ex eo quod alienavissent Consulariam illius loci. Ideoque idem d. Potestas irritam declarans ipsam alienationem factam sine ejus, et Comunis Vercellensis consensu, prohibet illis ne ulterius procedant ad aliquam electionem in ipsa Consularia, vel alio ufficio ejusdem loci.

Bis. t. I, *f* 350 — t. IV, *f.* 396.

1227 — 24 *Maii*

Sententia lata per Iudicem, et Consules Iustitiæ Vercellarum in causa Comunitatis Palazolii, Rainerio Spalla pro ipsa interveniente, Guiacio de Octacino, prætendenti uti nobilis non concurrere in solvendo cum aliis scufias, fodra, carrigia etc., et, probato, per Rainerium prædecessores suos solvisse, condemnatur.

Bis. t. I, *f.* 94.

1227 — 24 *Maii*

Appellatio per ipsum Guiacium de Octacino a præfata sententia.

Bis. t. I, *f.* 95.

1227 — 11 *Iunii*

Bulla Gregorii IX Papæ approbantis regulam Ordinis fratrum Humiliatorum.

Perg.

1227 — 14 *Augusti*

Conventio inter d. Ugonem Episcopum, et Comitem Vercellensem, ac dominos, et homines Crepacorii super comunia vicineschi illius loci, distribuendo prout ordinatum erat in quodam instrumento 14 Octobris 1223, ita ut servire perpetuo debeant pro pasculo: reservata tamen Episcopo, et dominis omnia castagneta.

Bis. t. II, *f.* 199 — t. III, *f.* 315.

1227 — 31 *Augusti*

Constitutio Potestatis loco, et hominibus Casalis Gualoni per Comune Vercellense facta, qui juravit regere, et gubernare ipsos ad honorem Comunis Vercellensis, et ejus ordinamenta attendere. Cui pro feudo assignata fuit medietas bannorum, et judicaturarum ejusdem loci, salvo feudo ei concesso pro Castellania.

Bis. t. I, *f.* 350 — t, IV, *f.* 396.

1227 — 16 *Octobris*

Iuramentum præstitum Comuni Vercellensi per Ugocionem Bonellum de bene exercenda Potestaria, et Castellania loci Casalis Gualoni sibi collatis.

Bis. t. I, *f.* 349 — t. IV, *f.* 394.

1227 — 25 *Octobris*

Instantia facta ex parte Comunis Vercellarum Comuni Mediolani in Palatio veteri per Credentiam congregatam, quatenus non debeat renovare sacramenta Comuni Novariæ, nisi expresse exceperit Citadinaticum, et habitaculum quod erat inter ipsa Comunia Mediolani, et Vercellarum: cui petitioni Credentia annuit et promisit facere.

Bis. t II, *f.* 78.

1228 — 4 *Aprilis*

Carta concordiæ inter Comune Vercellense seu ejus Procuratores ex

una, et Rectores scholarum Francigenorum, Anglicorum, Normanorum, Italicorum, Provincialium, Hispanorum, Cathalanorum, et Marsèliensium, super facto Universitatis studiorum in ipsa Civitate qua Comune promittit dare quinquaginta alberga de melioribus, et plus si opus fuerit, ita tamen quod pensio melioris hospitii non sit plus quam de libris 19 papiensibus. Quod magistri esse debeant scilicet unus Theologus, tres Doctores juris, duo Decretisti, tres Decretalisti, duo Phisici, duo Dialectici, et duo Gramatici. Quod scholares, et eorum servitores occasione alicujus guerræ Vercellensium cum aliquo Principe, Civitate, vel Castro sint defensi, vel licentiati. Et Comune debeat notificare Civitatibus Italiæ quod studium firmatum est in ipsa Civitate per octo annos: et ponere hoc in statutis Civitatis.

Bis. t. I, *f.* 395 — t. IV, *f.* 455.

1228 — 9 *Aprilis*

Renovatio juramenti et pactorum anno 1214 30 Octobris initorum inter Comune Vercellense, et Comune Paciliani: per d. Sanguis Agnellum Albanum Potestatem ejusdem loci, et centum sedecim homines de Credentia, et tercentum duo de populo ejusdem loci, jurata in manibus dominorum Iacobi de Odemario, et Guidonis filii d. Rainerii de Advocatis Procuratorum Comunis Vercellarum.

Perg.

1228 — 24 *Aprilis*

Promissio Comunis Vercellensis hominibus Paciliani facta, ipsos defendendi, et adjuvandi in omnibus guerris uti cives Vercellenses: salvo quod molestati essent occasione debiti, quia tunc non habebitur pro guerra. Nec ab eis exigere pedagium, vel Curadiam, aut fodrum.

Bis. t II, *f.* 279.

1228 — 15 *Iulii*

Conventio inter Comune Vercellense, et dominos Gribaldum, et Robaldinum ejus filium de Azelio, qua recipiuntur in Cives Vercellenses pro se, et descendentes, ac homines suos, cum exemptione a fodro per decem annos. Ipsi vero domini debeant facere guerram, et pacem de de eorum medietate Castri, et loci Azelii ad utilitatem Vercellensium: et consignaverunt eorum domos, possessiones, et jura in eodem loco.

Perg. — Bis. t. II, *f.* 300.

1228 — 30 *Iulii*

Confessio dictorum dominorum de Azelio mutuo habuisse a Comuni

Vercellensi libras centum quinquaginta Seguxiæ veteres, specialiter pro redimendis quibusdam possessionibus eorum in loco, et territorio Azelii pignoratis Comiti Petro de Maxino.

Acquisit. lib. I, *f.* 221.

1228 — 12 *Septembris*

Concordia inter Ministros Ecclesiæ S. Ambroxii Civitatis Novariæ, et Comune Vercellense occasione litis vertentis coram Canonico de Solido Bergomensi Sedis Apostolicæ Delegato, super damnis per Vercellenses datis eidem Ecclesiæ tempore guerræ contra Novarienses, cum quitatione reciproca.

Acquisit. lib. I, *f.* 251.

1228 — 16 *Octobris*

Promissio erga d. Raynaldum Trottum Potestatem Vercellarum a d. Petro de Cararia deputato Castellano Castri Montis S. Laurentii custodiendi, ac defendendi illum cum septem servientibus per annum unum nomine ejusdem Civitatis sub pœna librarum quinquecentum papiensium pro qua fidejussit d. Ubertus Cararia ejus frater.

Perg.

1229 — 22 *Februarii*

Protestatio cum appellatione per Potestatem Vercellensem nomine Comunis facta, antequam litteras ei præsentatas acciperet: quarum duarum litterarum continentia erat, quod Abbas S. Iuliani, et Prior de Gualtera Civitatis Mediolani Delegati S. Sedis receperant in mandatis a d. R. Papa quatenus deberent mandare executioni sententiam latam per d. Episcopum Papiæ conjudicem super eo quod Comune Vercellense restituere teneretur damna per ipsum ejusque homines allata Monasterio S. Silani de Romagnano cum destructione domuum, vinearum, arborum, et exportatione librorum, et campanarum: sub censuris, et pœnis etc.

Bis. t. I. *f.* 140 — t. IV, *f.* 117.

1229 — 16 *Martii*

Præceptum d. Potestatis Vercellensis factum Tealdo de non alienando poderium quod tenet in Conflentia, et in illis partibus alicui personæ, quæ non sit de jurisdictione Civitatis Vercellensis sub pœna librarum quinquecentum papiensium.

Bis. t. I, *f.* 27.

1229 — 16 *Martii*

Submissio jurisdictioni Civitatis Vercellensis per Guidonem de Tealdo

nomine etiam fratris sui civis Vercellarum de propria persona, hominibus, sediminibus, possessionibus, et juribus quæ habent in villa, Castro, curte, et territorio Conflentiæ, et locis circumstantibus, scilicet Vinzaglio, S. Mauritio, Turrigia, S. Blasio, S.ta Maria Duzona, et alibi, cum quarta parte honorantiarum, omnia submittendo jurisdictioni Comunis Vercellensis in fodris, bannis etc.

Bis. t. I, *f.* 26.

1229 — 26 *Martii*

Submissio jurisdictioni Civitatis Vercellarum per Bonumvicinum de Acerbo, de se, filiis suis, sediminibus, possessionibus, et juribus quæ habet in villa, Castro, curte, et territorio Casalelli, specialiter sedimina in ipsa villa ubi dicitur in Pozarello, et in Coderico, cum sexta parte honorantiarum, omnia submittendo jurisdictioni Vercellarum in fodris, bannis etc. Et salvo quod ipse, et sui habere possint exercitium jurisdictionis in suos homines prout exercent alii milites Episcopatus Vercellensis jurisdictioni Comunis ejusdem Civitatis subpositi.

Bis. t. I, *f.* 27.

1229 — 3 *Aprilis*

Investitura per annum unum, et sub fictu solidorum quadraginta quatuor papiensium quaque hebdomada facta per Comune Vercellense Ioanni Zambæ de molendinis, pista, et paratorio Tridini.

Bis. t. I, *f.* 381 — t. IV, *f.* 436.

1229 — 4 *Maii*

Præceptum d. Potestatis Vercellensis Signorino de Iulis Notario factum de authenticando, et in publicam formam redigendo bannum illorum de Casaligualono prout sequitur 1225, 23 novembris.

Brs. t. I, *f.* 347 — t. IV, *f.* 392.

1229 — 10 *Maii*

Investitura per Comune Vercellense facta Guilielmo de Hiporegia de molendino S. Agnetis in eadem Civitate, in quo existunt quatuor molæ, et unus axinus, et alia utensilia, sub fictu stariorum trium sicalis, et eminarum trium frumenti quaque hebdomada, sub consuetudine ejusdem molendini prout fruebantur ejus prædecessores.

Bis. t. I, *f.* 380 — t. IV, *f.* 435.

1229 — 19 *Maii*

Denunciatio parte Comunis Vercellensis Comiti Petro de Maxino facta,

quatenus juxta formam conventionum, sacramenta per suos homines erga ipsum Comune renovari curet.

Bis. t. I, *f.* 171 — t. IV, *f.* 147.

1219 — 19 *Maii*

Renovatio in Credentia, et Concilio Comunis Vercellensis ad instantiam Comitis Petri de Maxino facta, de conventionibus, et pactis inter ipsas partes alias initis.

Bis. t. I, *f.* 173 — t. IV, *f.* 149. — Perg.

1229 — 20 *Maii*

Procuratorum electio parte Comunis Vercellensis ad recipiendum juramenta ab hominibus Terræ Comitis Petri de Maxino juxta formam pactorum cum ipso Comite initorum.

Bis. t. I, *f.* 175 — t. IV, *f.* 146.

1229 — 25 *Maii*

Renovatio juramenti erga Comune Vercellense facta per sexaginta octo homines Maxini, viginti septem Caravini, triginta Cossani, triginta octo Vestignate, undecim Septimi, centum et duo Burgi Maxini, et sexaginta quatuor Malioni, juxta formam pactorum, et conventionum Comitis Petri de Maxino cum ipsa civitate.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 47.

1229 — 31 *Maii*

Datum et investitura facta per Comune Vercellense filiis q. Viviani de Pectenatis de quadam via existente inter Ioannem de Pancerio, et ipsos fratres, sicut est clausa, sub annuo fictu denariorum duodecim papiensium.

Bis. t. I, *f.* 339 — t. IV, *f.* 440.

1229 — 8 *Iulii*

Investitura per Comune Vercellense renovata Comiti Ardicioni de S. Martino f. q. d. Payni de S. Martino in feudum rectum etc. de tota ea parte quam ipsi, et prædecessores sui tenuerant in Castelieto, et Giflenga, eorumque Castris, et territoriis, et locis circumstantibus: salvo honore, et jure in ipsis eidem Comuni spectantibus: eumdem in vassallum, et fidelem recipiendo, prout fidelitatem juravit.

Bis. t. IV, *f.* 441. — Perg.

1229 — 2 *Decembris*

Constitutio Nunciorum per Comune Vercellense ad eundum, et peten-

dum a d. Guarnerio de Castelliono Potestate electo pro anno futuro, ut præstet juramentum, et veniat ad regimen ipsius Potestariæ.

Bis. t. II, *f.* 83 -- t. III, *f.* 183.

1229 — 2 *Decembris*

Alia constitutio, seu commissio Nunciis Comunis Vercellensis ad hoc ut denuncient d. Guarnerio de Castelliono Potestati electo pro anno futuro, ut juret juxta formam alterius instrumenti ei exhibiti; et in casu refutationis protestentur ipsi, culpæ Comunis non futurum, si aliquod impedimentum in ingressu regiminis sui factum fuerit.

Bis. t. II, *f.* 83.

1230 — 8 *Ianuarii*

Diploma Federici Romanorum Imperatoris, Ierusalem, et Siciliæ Regis, Ligurum rebellium triumphatoris, quo ad supplicationem Vercellensium in ejus indignationem incursorum, remittit omnes pœnas, et in suam gratiam recipit. Confirmando ulterius Comuni ejusdem Civitatis omnes bonas consuetudines, et omnia ea, quæ possidebat tempore Progenitorum Imperatorum suorum tam in Civitate, quam in Episcopatu, et extra, juxtis titulis: salva Imperiali justitia. Datum Papiæ anno imperii ejus XIX.

Bis. t. I, *f.* 90.

1230 — 9 *Martii*

Protestatio ex parte Comunis Vercellensis erga Comune Mediolani emissa, paratum esse justitiam facere d. Ugoni Prealoni in omni eo, quod prætendere possit ab ipso Comuni Vercellarum specialiter pro emendis ejus equis.

Bis. t. II, *f.* 81 -- t. III, *f.* 181.

1230 — 15 *Martii*

Recambium per Iudices Mediolanenses deputatos ad recipiendas quærelas, et concedenda recambia illis, qui jus petunt juxta consuetudinem Regni, et Longobardiæ concessum Beltramo Bonhomio de Burgo Galarate, accipiendi, et retinendi tot de rebus Comunis, et hominum Vercellensium, et districtualium usque ad satisfactionem, et compensationem rerum ibidem descriptarum, et ablatarum Alberto ejus filio, occiso in Episcopatu Vercellensi.

Bis. t. II, *f.* 89 — t. III, *f.* 191 sub anno 1232.

1230 — 20 *Maii*

Donatio facta per quosdam dominos Bulgari, et Saluzoliæ, Comuni

Vercellensi de omni eorum jure, et actione quam habent in illa argentaria seu mena argenti, auri, azurri, et omni eo quod inveniri possit in Monte Assolate, et Alpibus ejusdem Montis: salvis sibi fictu, et pasculis, quæ habent in ipso Monte, et Alpe.

Bis. t. II, *f.* 173 -- t. III, *f.* 168.

1230 — 10-11-21 *Iunii* — 2-8 *Iulii* — 14 *Augusti*

Condemnationes contra infrascriptos per d. Potestatem Vercellensem nomine Comunis ad dimittenda prædia alias sibi concessa ad certum tempus, et sub quodam fictu: et hoc vigore Statuti de recuperandis Comunibus tam cultis quam incultis, zerbis, pascuis, nemoribus ad fictum concessis in Curia Vercellensi, salvo quod si probaverint ipsos vel eorum auctores habuisse aliquod scannum commune, ipsis dimittat tantum quantum extimabitur scannum. Videlicet — Henricum Agathiam, Bertolinum, et Michaelem de Burlettariis, Hospitale sive Ecclesiam S. Spiritus, Ecclesiam Vezolani, Ardicionem Villanum, Simonem de Porcha, Iacobum Alzatum, Fratres de Carraria, Michaelem Scutarium, Iacobum de Mercato, Oliverium Neguzantem, Albertum Tetaveglam, Hospitale S. Spiritus, Aychinum de Carisiana, Martinum Buttigium, et consortes, Petrum de Guidono, Hæredes q. Iulii de Blandrate, Petrum Hogerium, et Ottobonum de Benedictis, Henricum de Donato, Jordanum de Camice, et hæredes q. Grattoni de Tizonibus.

Bis. t. II, *f.* 129 ad 131 -- t. III, *f.* 243 ad 246.

1230 — 21 *Octobris*

Investituræ per Comune Vercellense concessæ de quibusdam sediminibus in Villa Casalis Gualoni, sub annuo fictu caponorum duorum per annos quinque, scilicet: Vercellino de Carezana, Martino de Ubiato, Uldricono Schene.

Bis. t. I, *f.* 380 -- t. IV, *f.* 434-435.

1230 — 21 *Octobris*

Convocatum Credentiæ Comunis Vercellensis super facto deliberandi argentarias et alia metalla si quæ sunt in jurisdictione Civitatis Vercellensis, specialiter in monte Quadro, et Montaggio, et Assollata, de quibus illi de Brixia, idest Imbertus de Patrico et socii petebant se investiri per annos 20. — Ideoque ipsos investiverunt sub pactis, et conditionibus appositis, et cum concessione pasculi super ipsos Montes pro equis, ac mercato, acquis, fusinis etc.

Bis. t. II, *f.* 75 -- t. III, *f.* 171.

1230 — 22 *Octobris*

Investitura concessa per Comune Vercellense præfato Imberto de Patrico, et sociis de Brixia de argentariis prædictis, obbligando se Comunitas providere eis ligna de carbone, et pascula pro equis, et dare mercatum, et stratas, nec exigere ab eis fodrum, et aquam, ac stallum ubi voluerint construere fucinas, usque ad expensam librarum centum papiensium. Ipsi autem investiti debeant dare Comuni marcam unam de decem argenti quod percipient ex ipsa argentaria: et quod alia metalla dabunt prout concordabitur.

Bis. t. II, *f.* 74 — t. III, *f.* 169.

1230 — 24 *Octobris*

Condemnationes duæ contra Bertoldum Zaparium sive Zocolerium, et Iacobum q. Petri de Raino ad dimittenda modia octo in Lucedio, et sedimen unum in loco Trium Cerrorum.

Bis. t. II, *f.* 141-142 — t. III, *f.* 257-258.

1230 — 3 *Novembris*

Iuramentum præstitum ex ordinatione Clavariorum Comunis Vercellensis per Ulricum q. Alberti de Castelleto custodiendi Castrum Montis S. Laurentii ad utilitatem ipsius Comunis per annum unum cum octo hominibus armatis, mediante feudo librarum quinquaginta papiensium.

Bis. t. III, *f.* 68.

1230 — 22 *Novembris*

Reductio ad manus Comunis Vercellensis per Iacobum Vicecomitem, et Ioannem de Galiciano ad hoc deputatos de quibusdam sediminibus, et possessionibus in loco, et territorio Tridini a directo dominio præfatæ Civitatis, moventium in odium Aichineti, et Giliberti fratrum, filiorumque q. Alberti de Albano, vigore sententiæ latæ per d. Petrum Carolium Iudicem, et Assessorem d. Guarnerii de Castelliono Potestatis Vercellarum.

Perg. — Bis. t. II, *f.* 150 — t. III, *f.* 267.

1230 — 22 *Novembris*

Alia contra Ymeldam, et ejus filios ad dimittendum quoddam sedimen in dicto loco.

Bis. t. III, *f.* 164.

1230 — 22 *Novembris*

Alia condemnatio contra Mainfredum, et Guidonem fratres de Curte

ad dimittendum domum muratam, et cupatam cum area, ædificiis, et curte jacentem juxta platheam Tridini.

Bis. t. II, *f.* 248 — t. III, *f.* 264.

1230 — 26, 27, 28 *Novembris*

Aliæ condemnationes prout supra contra plures homines etc.

Bis. t. II, *f.* 133 ad 150 — t. III, *f.* 257 ad 266. — Perg.

1230 — 4 *Decembris*

Promissio Philippi de Iacobo Campo custodiendi Castrum Vintebii per annum unum ad utilitatem Comunis Vercellensis mediante stipendio librarum viginti trium papiensium.

Bis. t. III, *f.* 67.

1230 — 5 *Decembris*

Intimatio facta a Bonojoanne Traponterio serviente Comunis Vercellensis ex parte ejusdem Comunis, de non intromittendo se amplius in possessionibus adjudicatis dominis Andreoto, et Guilelmo, eorumque nepotibus de Barbavara in finibus Loceni, Triverii, et Quirini.

Perg.

1231 — 27 *Ianuarii*

Concordia inter Comune Vercellense, et Comune Hiporegiense, qua homines Hiporediæ jurant fidelitatem Vercellensibus ad formam veterum pactorum in antiquis cartis contentam, salvo Imperatore, et Episcopo Hiporegiensi. Item quod debeant solvere fodrum, et adjuvare Vercellenses, ut habeant molarium ad libras octo, solidos sex Seguxinorum veterum pro carro grosso: et claudere vias, et prohibere mercandias versus Vallem Augustæ, reservato d. Ugone de Bardo et suis hominibus. Comune vero Vercellense non possit ducere molas nisi per Iporediam et Canepicium, habente Comune Hiporediæ solidos decem Seguxinorum veterum pro carro. Et non facere guerram, ac pacem cum civibus abque consensu alterius, nec ligam vel conventionem. Item quod Comune Vercellense juvabit Hiporegienses ad conservandum jurisdictionem, et districtum acquisitum tam citra, quam ultra Duriam a tempore d. Ruffini de Gonzano tunc Potestatis Hiporediensis, salvis locis Alicis, Meoli, Arelii, Erbarii, Logiæ, Uliaci, Malioni, Toraxii, et Azelii, quæ Comune Vercellense habet in Episcopatu Hiporegiensi. Et salvis locis Paerni, Bagnolii, et Burolii de quibus Hiporedienses se intromittere non possint: et terris d. Petri de Maxino etc. Item quod

Comune Vercellarum debeat concedere Hiporediensibus medietatem jurisdictionis loci Piveroni, seu locorum Vinzaschi, Livicini, Piveroni, et Palatii, ex quibus Piveronum fuit constructum. Et præbere auxilium quod d. Petro de Maxino, et sui homines observent ea ad quæ tenentur, et adstricti sunt ratione fidelitatis erga Comune Hiporegiæ, et restituere eis terras usurpatas. Item quod acquisitiones tam in communi quam particulariter faciendæ in Episcopatu Hiporediensi citra Duriam, vel in Valle Augustana teneantur in communi. Et quod liberæ sint mercadantiæ inter utramque Civitatem. Item quod Comune Hiporediæ coadjuvare debeat Iacobino de Solerio, et ejus parti, Conrado Lungo de Septimo, et ejus filiis contra quoscumque. Et Comune Vercellense juvabit Hiporegienses contra Vicecomitem Augustæ donec dimiserit undecim prexonerios quos tenet. Hiporegienses non recipiant sed restituent bannitos Vercellensium, exceptis Ulrico de Ulriano, Anrioto Gambalivola de Xuliaco, et Iulio de Poncerano. Et quod mercandiæ utriusque Civitatis sint liberæ a pedagio exceptis conditionibus scholarium morantium in Vercellis, si continuabitur studium generale in ipsa Civitate. Quæ concordia renovabitur omni quinquennio.

Perg. -- Bis. t. I, *f.* 40 -- t. II, *f.* 372. -- Acquisit. lib. I, *f.* 108.

1231 — 29 *Ianuarii*

Præceptum ex parte Comunis Vercellensis Cicolæ Notario factum reducendi in publicam formam juramenta, quæ præstabunt homines Hiporediæ juxta formam præmissæ conventionis.

Acquisit. lib. I, *f.* 114.

1231 — 3 *Martii*

Præceptum factum per d. Potestatem Vercellensem Ioanni Guercio Notario authenticandi, et in publicam formam redigendi sequentem. 1225 9 Ianuarii (prout suo loco), de præcepto Guidoni, et Iacobo de Casaligualono.

Bis. t. I, *f.* 347 — t. IV, *f.* 392.

1231 — 3 *Martii*

Aliud præceptum Potestatis ejusdem Notario Ferraroto authenticandi Bannum datum Guilielmo, et filiis de Casaligualono in lib. quinquecentum Papiensibus, si intra quindecim dies se non constituent in ipsa Civitate pro parendo jussionibus fiendis eis, prout se submiserant.

Bis. t. I, *f.* 251 — t. IV, *f.* 397.

1231 — 12 *Aprilis*

Exemplatio litterarum d. Ioannis Abbatis S. Ianuarii Apostolici delegati una cum d. Guidone Præposito Sanctæ Agatæ directarum Præpositis Novariæ, S. Albini de Mortaria, et S. Iacobi de Gambolate, quod die 18 ejusdem mensis convenient in eo loco Rodobii ad cognoscendum una cum ipsis, quæ ex litteris d. Papæ exequi deberent in causa Abbatis Romagnani cum Comuni Vercellensi.

Cum exemplatione responsionum ejusdem dici.

Perg.

12.....

Cedula Petri de Benguis Procuratoris, et Sindici Comunis Vercellensis nomine ejusdem Civitatis exhibita super nullitate excomunicationis contra illud fulminatæ per Abbatem S. Iuliani Comensis, ex eo quod et ipse tunc excomunicatus esset a d. Præposito Novariæ, in causa contra Abbatem Romagnani.

Perg.

1231 — 12 *Aprilis*

Præceptum per d. Potestatem Vercellensem Cicolæ Notario factum exemplandi quoddam Statutum Credentiæ Comunis, in libro Statutorum positum: scilicet: quod Potestas jurare deberet custodiri faciendi Castra ejusdem Comunis. Item quod Castra, munitiones, et jura quæ sunt in confinibus jurisdictionis ejusdem Civitatis, et per quatuor milliaria ab illis, pervenire non possint aliquo modo, nec per alienationem, nec per pignus in personam, quæ non sit de districtu Vercellensi.

Bis. t. I, *f.* 368 — t. IV, *f.* 420.

1231 — 14 *Iunii*

Mandatum speciale d. Obizonis Caciæ Potestatis Vercellensis existentis in exercitu in obsidione loci Clavaxii, ubi subtus ejus tentorium erat convocata Credentia Comunis Vercellensis, factum Guilielmo Ferrario, protestandi d. Gualæ Episcopo Brixiensi, et cuicumque personæ ecclesiasticæ quidquid ei videbitur ad utilitatem Civitatis: et ad appellandum ad d. Papam cum ipse Episcopus non haberet aliquam Potestatem ordinariam nec delegatam præcipiendi quidquid eisdem Potestati, et Comuni.

Perg.

1231 — 14 *Iunii*

Appellatio cum protestatione ut supra facta per dictum Guilielmum

de Ferrario d. Gualæ Episcopo Brixiensi existenti in Castro Salugiæ, prope scalas Palatii d. Ugucionis Episcopi Vercellensis.

Perg. præcedenti.

1231 — 30 *Septembris*

Denunciatio ex parte Potestatis Vercellensis Comuni Mediolani quatenus prout tenebatur deberet dare 200 milites pro guerra facienda Comitibus, et Castellanis in Canepicio per totum medium mensem Octobris, et declarare illos bannitos.

Bis. t. II, *f.* 76 -- t. III, *f.* 172.

1231 — 3 *Novembris*

Intimatio d. Obizii Caziæ Potestatis Vercellensis, ac dominorum Uberti de Salugiis, Robaldi de Crevacorio, Alberti Tetaveglæ, et Guilielmi de Ferrario Ambaxatorum Comunis Vercellarum, in pleno Consilio Civitatis Mediolani, domino Uberto de Stricta Potestati Mediolani, quatenus ratione juramenti quo Comune Mediolanense erga Vercellense tenetur, deberet ipsa die ponere in bannum Comites, Castellanos, et homines Canapicii, et bannitos tenere: ac per totam diem dominicam mittere Vercellis milites 200 bene paratos, causa eundi in Canepicio.

Perg. — Bis. t. II, *f.* 84 — t. III, *f.* 184.

1231 — 13 *Decembris*

Cessio ex parte Comunis Mediolani, favore Comunis Vercellensis, Iacobo de Calvis ejusdem Nuncio recipiente, de medietate pro indiviso Castri, loci, territorii, et jurisdictionis Clavaxii: sub pacto quod totum locum ipsum Comune Vercellense teneatur custodire propriis expensis, nec alienare illud valeat infeudare.

Perg. — Bis. t. II, *f.* 59 — t. III, *f.* 145.

1231 — 13 *Decembris*

Intimatio ex parte Potestatis, et Comunis Mediolani Comuni Novariæ facta, quatenus observare deberet sententiam latam olim per d. Pacem de Minervino, nunc Potestatem Mediolani super questionibus inter ipsum Comune, et Vercellense.

Scilicet a dominis Anzelerio de Dairago, et Aloisio de Lampugnano Nunciis Comunis, et Potestatis Mediolani, d. Thadeo Azario Potestati, et Consilio Novariæ in palatio congregato.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 265 — t. IV, *f.* 282.

1232 — 8 *Ianuarii*

Instantia facta per dominos Ubertum de Salugia, et Petrum de Blandrate Nuncios, et a parte Comunis Vercellensis d. Uberto de Stricto Potestati Mediolanensi in pleno Consilio ejusdem Civitatis, quatenus deberet infra 15 dies ponere in bannum homines terræ Canapicii, prout et fecerat Comune Vercellarum vigore reciprocæ civilitatis, et pactorum inter ipsas Civitates: et dare homines 200 ad defensionem Vercellensium, et offensionem illorum de Canapicio qui faciebant guerram cum Vercellensibus.

Perg. — Bis. t. II, *f.* 83 -- t. III, *f.* 183.

1232 — 18 *Martii*

Investitura per Comune Vercellense data Armanno de Rubeis Mediolanensi de domo una in vicinia S. Michaelis pro se, et descendentibus suis masculis in feudum.

Bis. t. I, *f.* 210 -- t. IV, *f.* 200.

1232 — 18 *Martii*

Venditio facta Comuni Vercellensi per Guilielmum f. q. Vercellini de Vicino de domo una in vicinia S. Michaelis pretio librarum 16 Papiensium in alodium.

Bis. t. I, *f.* 211 — t. IV, *f.* 201.

1232 — 1 *Aprilis*

Submissio, seu promissio d. Guilielmi q. d. Guidonis Comitis de Gualperga erga Comune Vercellense, quod veniet in eadem pace inita inter ipsum Comune, et illud Hiporegiæ: et stabit capitulis faciendis per d. Aymonem de Bondonno, eodem modo quo steterat d. Conradus frater ejusdem Comitis sub pœna librarum 100 Seguxinorum.

Perg.

1232 — 6 *Maii*

Protestatio erga Ambaxatores Comunis Mediolani facta per Potestatem Clavaxii nomine Comunis Vercellensis ibidem existente a parte d. Papæ, ac Rectorum Longobardiæ, et ejusdem Comunis, quia etiamsi se opposuerint ne violentias in ipso loco, et Castro facerent, nec Marchionem Montisferrati introducerent, attamen fractis januis, homines 300 ipsius Marchionis ibi posuerant.

Bis. t. II, *f.* 58 — t. III, *f.* 143.

1232 — 6 *Maii*

Protestatio alia ex parte Comunis Mediolani adversus Comune Vercellense, seu contra Potestatem Clavaxii, quatenus defendere deberent locum ipsum, et Castrum a Marchione Montisferrati, et hominibus suis, ac ab illis de Canapicio, qui illum invadere intendebant.

Bis. t. II, *f.* 58 — t. III, *f.* 144.

1232 — 6 *Maii*

Oppositio Potestatis loci de Clavaxio pro Comuni Vercellensi Ambaxiatoribus Mediolani facta, ex eo quod volebant consignare in manibus Bonifacii Marchionis Montisferrati Castrum ipsius loci.

Bis. t. II, *f.* 59 -- t III, *f.* 144.

1232 — 7 *Iunii*

Sententia lata per d. Gregorium Papam IX inter Fredericum Imperatorem, Siciliæ, et Hyerusalem Regem pro eo interveniente ven.° Hermano magistro Hospitalis S. Mariæ Teuthonicorum de Hyerusalem ejus Nuncio, ac Societatem Lombardiæ, Marchiæ, et Romandiolæ, qua, præmisso compromisso diei 13 maii facto cum Cardinalibus Prænestino, et Odono S. Nicolai Apostolicis Legatis, et intervenientibus pro parte Societatis Nunciis Civitatum Mediolani, Brixiæ, Placentiæ, Patavii, Faventiæ, Ferrariæ, et Mantuæ, super variis capitulis, et differentiis, inter quas Imperator conquerebatur quod impedierant Civitates, suam Curiam quam Ravennæ indixerat pro succursu Terræ Sanctæ, et pro dispositione Imperii, item obstaverant descensioni in Italiam per stratas Imperiales Principi Alamanorum ejus filii. Et e contra Civitates, dicebant hoc fecisse ob timorem quod eis inferre malum vellet. Pronuntiavit ideo Imperatorem debere remittere omnia banna, et condemnationes propter hæc, ac recipere in gratiam Marchionem Montisferrati, Mediolanum, et alias Civitates prædictas, et alia loca, ac personas Societatis, et ratificari facere per ejus filium: Societas autem debeat tribuere ei ad expensas Societatis milites quinquecentum in subsidium Terræ Sanctæ, per annos duos, et in dispositione Romanæ Ecclesiæ. Data Laterani, anno Pontificatus ejus septimo.

Bis. t. I, *f.* 277.

1232 — 15 *Iunii*

Capitula pacis super novissimis jurgiis inter Vercellenses, et Novarienses, eorumque adhærentes pronunciata per d. Petrum de Vento Potestatem Mediolani arbitrum electum.

Perg.

1232 — 5 *Augusti*

Ordinamentum Credentiæ Mediolanensis super facto discordiæ inter Novarienses, et Vercellenses, quo promissum fuit ut Potestas cum Ambaxiatoribus Mediolani iret ad illorum exercitum ad eis intimandum observantiam pacis ipsis ordinatæ, et præscriptæ, ac in specie quod Vercellenses debeant coadjuvare illos de Iporedia, contra illos de Canepicio, et quod non intelligatur fieri contra ipsa capitula, si aliquis de Canapicio se reddiderit civem Vercellensem, aut vendiderit ipsi Civitati aliquam suam rem: et etiam faciendi quod domini de Casaligualono, specialiter Guido et Iacobus, non habeant aliquam fortiam in Castro, Turri, et domigione ipsius loci, nec ibi sint sine licentia Comunis Vercellarum.

Bis. t. II, *f.* 49 — t. III, *f.* 129.

1232 — 9 *Augusti*

Declaratio Capitulorum præfatorum super pace inter Vercellenses, et Novarienses prout hic supra.

Perg.

1232 — 9 *Augusti*

Statutum factum per Comune Mediolani, quod tam præsens quam futuri Potestates ejusdem Civitatis debeant observari facere inviolabiliter capitula, et pacta pacis inter Novarienses, et Vercellenses cum interpretationibus, et declarationibus super ipsis factis per d. Petrum Ventum Potestatem ejusdem Civitatis.

Perg.

1232 — 6 *Septembris*

Præceptum d. Potestatis Mediolani in ejus hospicio, in contrata Curtis bordellæ, factum Rodulfo de Moneta Notario Comunis Mediolani exemplandi ex libro Statutorum Comunis infrascripta statuta, et sunt: præscripta Capitula Pacis, et adjectiones 15 Iunii, 9 Augusti: cum confirmatione veterum 1202, et 1223 super Blandrate, et 1218 de Comitibus Blandrate; et generaliter omnia alia circa Vallem Sicidæ, Ossulæ, et Romanianum.

Bis. t. II, *f.* 104. -- Perg.

1232 — 6 *Septembris*

Procura per Comune Mediolani facta ad exigendum a Comuni Mediolani id, et quantum dare debet pro custodiis. pensionibus, logiis, sparacuris, et maletoltis, pro facto Canapicii, et Palatii.

Bis. t. II, *f.* 43.

1232 — 15 *Septembris*

Quitatio per Comune Mediolani Comuni Vercellarum facta de libris quinquaginta quinque Brixiensibus pro expensis in confectione Instrumentorum pacis, et concordiæ ordinatæ per ipsum Comune Mediolani inter Vercellenses, et Novarienses.

Bis. t. II, *f.* 84.

1232 — 4 *Octobris*

Restitutio in pristinum cum remissione damnorum per Comune Vercellense favore Guidonis, et Iacobi filiorum q. Guilielmi de Casaligualono, eorumque filiorum, ab omnibus bannis eos absolvendo: salvo omni acquistu per Comune ab eorum antecessoribus facto, et conventionibus initis. Item quod nullum fortalicium possint facere, nec habitare in ipso loco sine licentia ipsius Comunis.

Bis. t. I, *f.* 352 — t. IV, *f.* 398.

1232 — 6 *Novembris*

Procura per Comune Vercellense facta ad intimandum Petro de Maxino, quatenus vigore Pactorum, et juramenti ad quæ tenetur, debeat post octo dies facere guerram vivam hominibus de Canapicio, et ipsis prohibere stratam, et mercandias per omnem suam terram.

Bis. t. I, *f.* 172 — t. IV, *f.* 148.

1232 — 6 *Novembris*

Alia ad intimandum eidem Petro de Maxino quatenus restituere debeat hominibus Burgi-maxini res ablatas per Palantonum de Liburno, et ejus socios.

Bis. t. I, *f.* 172 — t. IV, *f.* 148.

1232 — 7 *Novembris*

Executiones duæ per Procuratorem præfatum de Commissionibus præmissis.

Bis. t. I, *f.* 172 — t. IV, *f.* 147-148.

1233 — 4 *Ianuarii*

Præceptum factum per d. Mainfredum Præpositum Taurinensem, et Othonem Præpositum S. Dalmatii subdelegatos d. Episcopi Taurinensis Apostolici Delegati in causa Comunis Vercellensis, et Monasterii Romagnani, Abbati S. Silvani de Romagnano, quatenus se preparare debeat ad standum in jure infra terminos designatos.

Bis. t. I, *f.* 318 — t. IV, *f.* 352.

1233 — 8 *Iunii*

Concordia inter Capitulum S. Eusebii, et Comune Caresanæ per quam Capitulum constituit ipsum locum, homines, et eorum sedimina liberum, et francum, eorumque possessiones immunes ab oneribus: concedendo ipsis hominibus facultatem operandi apud Potestatem, et Comune Vercellense ut reddant eos liberos prout sunt cæteri cives de locis franchis de jurisdictione Vercellensi. Et viceversa ipsi homines Caresanæ promittunt tradere Capitulo annualiter pro quoque modio terræ cultæ, et incultæ, boschivæ, prativæ, vineatæ, spinetæ, vel zerbidæ, quæ aruncari possit, et dominis Canonicis, et Clericis S. Eusebii pertinentibus, starium unum frumenti pro medietate, et pro medietate siliginis ad mensuram Vercellensem conductum Vercellis: et ita etiam de sediminibus intra fossata, et aquam loci existentibus, reservatis airale Canonicorum, furnis, et Castro dabunt pro quoque sestario a plathea usque ad domum Anselmi de Dayna, et ad sedimen, quod tenet Anselmus Turrius, sol. 6 papienses, et tres bonos caponos, vel sol. 3 pap. ad electionem dominorum ipsorum: de aliis vero sediminibus sol. 5, et caponos duos, vel sol. 2 pro sextario. Item omnes qui habebunt mansum unum terræ dabunt annualiter carrum unum paleæ, et unum raparum si debebunt, et tria carigia a Caresana, seu ejus curia usque Vercellis, vel alibi per ægualem distantiam, vel sold. 3 papienses pro quoque carrigio ad electionem ut supra. Item quod ipsi homines debeant ita tenere omnes possessiones Capituli, salvis omnibus terris Gazii, et quæ dicuntur esse terræ Gazii, vel assignatæ hominibus Gazii, ab abeveratore Carpaneta, et Fontaneta deversus Gazium, usque ad poderium Villanovæ et specialiter reservatis terris, quas Comune Caresanæ concessit tempore Mainfredi Cagnolii, vel ejus uxoris, Alberto Iordana, Dionisio, et Hostachio, et aliis personis, ac reservatis tribus mansis terræ cultæ, et prati, quos Capitulum retinuit ad opus laborerii sui airalis: et salvo nemore ultra Marcovam: retinendo etiam in se Canonici omnia jura aquarum, pescarias, gorreta, et caneta existentia a molendino superius. Item reservatis vineis, et terris Sacerdotum, et Clericorum Carisianæ. Item quod Comune Caresanæ non possit ædificare molendina, pistas, follas, et furna, sed debeant homines ire ad illa Capituli. Quod homines succedere possint sibi usque ad tertium gradum, ab inde vero succedat Capitulum. Et quod jurare debeant fidelitatem erga Capitulum prout continetur in Instrumento Concordiæ factæ per d. Iacobum de Carixio q. Episcopum Taurinensem; nec recipere possint ad habitandum in ipso loco aliquem hominem de Gazio, et alios homines Capituli absque ejus licentia; nec molestabunt ipsos de Gazio

in eorum possessionibus ultra abeveratorium, et hoc reponatur in Statuto Caresanæ, nec possint mutare hoc, et alia Statuta absque consensu ipsius Capituli, nec aliquod fieri possit in ejus præjudicium. Et si contrafecerint, puniri possint per d. Præpositum. Item debeant Capitulo pro quoquo delicto homicidii, furti pacis ruptæ etc. solidos sexaginta papiensium, et pro fodro regali, quando Imperator vel Rex Romanorum intrabit Lombardiam, denarios 12 pro quoque sedimine. Item quod facta nova divisione terrarum, et sediminum inter homines ab experto electo per Præpositum renovari debeant investituræ renovandæ, item semper quando mutabitur possessor solvendo denarios 22. Et qui recusabit privetur ab ipsis, et a Comunibus Villæ. Et quod Capitulum possit imponere bannum, et pignorare res non solventibus vel contrafacientibus. Nec alienare possint quin semostam Capitulo faciant. Et si ipsum Capitulum acquisiverit aliquas possessiones in ipso loco teneatur, Rector compellere colonos, ad reddendum fructus. Divisio autem possessionum fiat per Potestatem loci, et duos peritos eligendos. Si autem Comune Vercellense revocaverit immunitatem, et franchisiam ipsis hominibus, revocata pariter hæc intelligantur.

Bis. t. I, *f.* 421 — t. II, *f.* 8.

1233 — 20 *Augusti*

Petitio Brixiæ facta per Antianos, et Rectores Societatis Lombardiæ, Marchiæ, et Romaniæ Ambaxiatoribus Comunis Vercellensis, si ipsum Comune intendebat observare sententiam latam per d. Gregorium Papam inter d. Fridericum, et Lombardos: cui responsum dedit velle ipsam habere ratam prout habebunt Rectores Mediolani, salvo quod non intendit mittere milites ultra mare, nec se submittere alicui expensæ pro ipsa missione.

Bis. t. I, *f.* 279 — t. IV, *f.* 301.

1233 — 10 *Octobris*

Acceptatio per Yporinum Canonicum Liburni requisitum a parte Comunis Vercellensis Officii procurandi in Curia Romana pro ipsa Civitate, mediante stipendio librarum viginti quinque papiensium annualiter. — Actum in Olonia in domo habitationis d. Bartholomei vice cancellarii Curiæ Romanæ.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 230 — t. IV, *f.* 231.

1233 — 17 *Novembris*

Compromissum ex parte Comunis Vercellensis, ex parte Comunis

Novariæ, d. Guilielmo ejus cive interveniente, standi arbitramentis, et eo quod per sententiam pronunciatum fuerit super facto carceratorum, bestiarum, et rerum ablatarum ab hominibus utriusque Civitatis: prout etiam super incisione lignaminum per illos de Burgo Mondello facta, quæ homines Blandrate asserebant esse sua.

Bis. t. II, *f.* 50 — t. III, *f.* 130.

1233 — 13 *Decembris*

Sententia d. Ugonis Iudicis, d. Ruffini de Guasco Potestatis Vercellensis inter Comune Vercellense, et Capitulum S. Eusebii, pro eo intervenientibus Canonicis Matheo Carosio, et Friderico de Villano ac secum ipsis Comune Montonarii, qua condemnatur Comune ad dimittendum quasdam possessiones ibidem, salvo ei jure pascolandi.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 345 — t. IV, *f.* 389.

1234 — 10 *Martii*

Protestatio facta per Ambaxiatores Comunis Vercellarum transeuntes versus Mediolanum pontem veterem Tizini adversus Pedagerium ibi pro Comuni Novariæ, quod non tenebantur solvere nisi mezanos duos prout solvebant illi de aliis Civitatibus, et non quatuor prout exegerat.

Bis. t. I, *f.* 394 — t. IV, *f.* 454.

1234 — 11 *Martii*

Declaratio Ambaxiatorum Comunis Vercellensis erga Comune Mediolani paratos esse Vercellenses facere justitiam sub Potestate, et Consulibus Iustitiæ Vercellarum, super restitutione fienda pro equis qui dicebantur magagnati tempore regiminis d. Ugonis Prealoni Mediolani, tunc Potestatis Vercellarum.

Bis. t. I, *f.* 395 — t. IV, *f.* 454.

1234 — 7 *Aprilis*

Venditio facta per Ubertum de Rusilio q. Ardicionis favore Comunis Vercellensis de domo una cum terra vacua, caneva, et porticu in eadem Civitate in vicinia S. Salvatoris de strata, pretio librarum quinquaginta papiensium.

Bis. t. I, *f.* 209 — t. IV, *f.* 199.

1234 — 13 *Aprilis*

Ratificatio ejusdem venditionis facta per dominam Arueriam uxorem ejusdem Uberti Rusilii.

Bis. t. I, *f.* 201.

1234 — 9 *Maii*

Renovatio pactorum juramenti, et Concordiæ inter Comune Vercellense, et Comitem Petrum de Maxino, ejusque homines.

Bis. t. I, *f.* 165 — t. IV, *f.* 138.

1235 — 15 *Februarii*

Absolutio per d. Fridericum Imperatorem a banno concessa Ardicioni Trapho Vercellensi, data Trojæ.

Bis. t. I, *f.* 253.

1235 — 9 *Maii*

Instantia facta per Procuratores Comunis Vercellensis in Curia Romana erga d. magistrum Guercium Auditorem contestationum in ipsa Curia, ad hoc ut impediret cursum quarumdam litterarum Commissionis Episcopo, et Archidiacono Novariensi, faciendo observare solemniter sententiam excomunicationis prolatam per Episcopum Vercellensem contra ipsum Comune ex mandato d. Gregorii Papæ, ex eo quod quidam Cives, et Consules Iustitiæ, ac Societatis contra debitum fidelitatis, et honoris erga ipsam Ecclesiam, et contra ordinamenta nuperrime per fratrem Henricum ex Ordine Minorum, consensu ejusdem Comunis promulgata, libertatem Ecclesiasticam respicientia ediderant quædam Statuta iniqua Clero, et Ecclesiæ læsiva, et subtrahentia homines a jurisdictione ipsius, non obstante quod Episcopus Potestatem, et Cives admonuisset, unde ad excomunicationis sententiam prædictam datam Perusii deventum erat.

Bis. t. I, *f.* 428 — t. III, *f.* 17.

1235 — 20 *Maii*

Diploma Friderici II Imperatoris Romanorum, et Siciliæ Regis Comiti Guidoni de Blandrate, quo ei et successoribus suis masculis, et fæminis confirmat in feudum Civitatem, et Comitatum Iporegiæ cum omnibus juribus in ipso Comitatu, Capitaneis, Valvassoribus, hominibus, et rebus, villis, possessionibus, theloneis, angariis etc., nec non villam Erasti cum omni jure, prout genitor ejus Henricus Imperator dederat Comiti Rainerio patri ejusdem Guidonis, in compensationem terræ q. Marchionis Henrici, quam ipse Comes Rainerius possidebat in Thuscia. Datum anno ejus Regni Romani VIII, et Siciliæ II.

Bis. t. I, *f.* 53.

1235 — 19 *Decembris*

Acquistum nomine Civitatis Vercellensis de domo una in vicinia

S. Bernardi, pretio librarum quadraginta quatuor papiensium per Comitem Ruffinum de Lomello Potestatem ejusdem Civitatis a Petro, et Martino fratribus de Fornasariis, quæ domus solvebat fictum solidorum quatuor annuatim Ecclesiæ S. Bernardi.

Perg.

1236 — 2 *Ianuarii*

Emptio alia per d. Potestatem nomine Comunis de una domo in vicinia S. Bernardi in via textorum, livellaria ejusdem Ecclesiæ ab Ymilia vidua q. Guilielmi Fornasarii pretio librarum XXI papiensium.

Perg.

1236 — 15 *Ianuarii*

Alia emptio domus per d. Ayroldum de Bonato Iudicem d. Comitis Ruffini Potestatis nomine Comunis a Gothofredo de Iudice pretio librarum XV papiensium, existens ipsa domus in vicinia S. Salvatoris de Strata.

Perg.

1236 — 15 *Ianuarii*

Concordia inter Comune Vercellense, et nonnullos de Casali S. Evasii, per quam ipsi se reddunt Cives Vercellenses subponendo se jurisdictioni ejusdem Civitatis, et dando fodrum de libris mille pap. pro poderio quod habent in loco, et territorio Casalis: et dando tantam terram Comuni Vercellensi in ipso loco pro construendo palatium unum, et turrim specialiter in Castro, aut super fossata deversus Padum, vel in plathea, aut versus Cuniolium. Viceversa Comune Vercellense promittit eis quod si d. Guilielmus de Lampugnano, aut alius Rector Comunis Casalis præsens vel futurus, aut Episcopus Vercellensis imponerent eis aliquod bannum, aut condemnationem pro facto hujus Concordiæ, ipsos tenebit indemnes: salva in omnibus ratione d. Episcopi Vercellensis.

Bis. t. I, *f.* 325 — t. IV, *f.* 361.

1236 — 15 *Ianuarii*

Concordia altera per alios homines Casalis S. Evasii cum Comuni Vercellensi, qua promittunt pro observantia Citadinatici emere domum unam in ipsa Civitate ad valorem librarum centum in ipsa Civitate, et dare sedimen unum in Casali apud Portam versus pontem Padi pro ædificando palatium unum cum turre. Comune autem promittit eis

adjuvandi ipsos in eorum guerris, et conservandi eos in suis juribus in Casali, et extra, et dare libras centum in adjutorium constructionis unius turris jam inceptæ in Castro Casalis: et prohibere cæteris, qui non venerint in hanc conventionem, faciendi aliquam fortiam in ipso loco, vel districtu.

Bis. t. I, *f.* 339 - t. IV, *f.* 380.

1236 — 16 *Februarii*

Emptio unius domus cum curte, viridario, et vitibus in vicinia S. Iacobi de Albareto facta per Comitem Ruffinum de Lomello Potestatem et nomine Comunis Vercellensis a Iacobo de Alberico, pretio librarum centum sexaginta novem.

Perg.

1236 — 4 *Martii*

Procura Comunis Vercellensis ad denunciandum Comuni Casalis S. Evasii quatenus debeat observare concordias, nec imponere bannum, vel offendere cives Vercellenses habitantes in Casali, specialiter illos de Curia, et de Grassis. Item ad intimandum Potestati Paciliani renovandi juramenta, et pacta Comunis illius loci erga Vercellenses, ac requirendi dominos Torcelli, et Cuniolii ut reddant Comuni Vercellensi turres, et fortias ipsorum Castrorum juxta concordias initas.

Bis. t. I, *f.* 313 — t. IV, *f.* 344.

1236 — 15 *Martii*

Præceptum factum per dominos Anricum de Mortario, et Nicolaum Carrariam Procuratores, et nomine d. Comitis Ruffini de Lomello Potestatis Vercellensis, Arimbaldo Pagano, Bonifacio Pagano, Gualæ Pagano, Aycardo de Gervaxio, Robaldo Iudici, Florio filio d. Guirlandi, Iacobo Garbellæ, Gualæ de Pulia, Guidoto de Curiis, Anrico de Pulia, Salando Guilielmo, et Pagano fratribus de Curiis, Guidoto, et Ubertino ejus filiis de Curiis, Guilielmo Pagano, Guilielmo Tagliaferro, omnibus de Curiis de Casali S. Evasii pro se, et aliis eorum consortibus, quatenus se die sequenti præsentare debeant Vercellis coram dicto domino Potestate arbitro electo in eorum discordiis, et guerris cum illis de Grassis etiam de Casali: injungendo eis observandi tregnam per octo dies: et quod faciant uti illi ex eorum consortibus qui adhuc non juraverant civilitatem, jurare debeant. Quæ præcepta item fecerant Bonojoanni de Casali, Ardicioni de Canibus, Bonifacio, et Obizoni de Grassis fratribus, Gualefredo Cuni, Ardizono Mozo, et Ioanni de Turri de Grassis nomine etiam eorum consortum.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 317 — t. IV, *f.* 350.

1236 — 16 *Martii*

Aliud præceptum per suprascriptos Nuncios Vercellenses Potestati Casalis ad hoc ut restituere debeat in Credentia illos qui juraverunt citadinaticum Civitatis Vercellensis, specialiter illos, de Curiis, et de Grassis, et non auferendi fodrum ab illis de Mortario, et de Ponte, qui nunquam fodrum solverant: aliter Comune Vercellense assumet defensionem. Quibus responsum datum fuit non dissentire quoad acceptationem ipsorum in Consilio, quoad autem fodrum non posse aliter facere.

Bis. t. I, *f.* 324 — t. IV, *f.* 359.

1236 — 16 *Martii*

Præsentatio intimationis factæ per Nuncios Comunis Vercellensis Comuni Casalis S. Evasii, de observandis concordiis alias factis (sub 7 Septembris 1198), et non exigendi fodrum ab illis qui juraverunt citadinaticum erga Civitatem Vercellensem, specialiter illis de Curia, et de Grassis sub 14 Martii 1236.

Bis. t. I, *f.* 337 — t. IV, *f.* 377.

1236 — 21 *Martii*

Commissio d. Mainfredi Præpositi Taurinensis d. Ugoni Episcopo ejusdem Civitatis, ut vices suas faceret in causa coram ipsis, et d. Othone Præposito S. Dalmatii vertente inter Comune Vercellense, et d. Abbatem de Romagnano.

Bis. t. I, *f.* 315 — t. IV, *f.* 348.

1236 — 19 *Augusti*

Venditio facta per d. Brixianum q. Conradi de Advocatis aliquibus hominibus de Casali S. Evasii de casamento, in curte regia cum medietate brolii, quod pro indiviso cum aliis de Advocatis habet inter duos muros Civitatis Vercellensis, pretio librarum 225 papiensium. Qui de ipsa domo acceperant possessionem.

Bis. t. I, *f.* 324 — t. IV, *f.* 360.

1236 — 10.....

Iuramentum fidelitatis præstitæ per d. Ardicium de Crevacorio domino Iacobo Electo Vercellensi, et suis successoribus catholice intrantibus: qui d. Episcopus illum investivit de toto eo, quod tenebat ab Ecclesia Vercellensi in Castro, et Villa Crepacorii, salvo id quod tenet in Flexia.

Bis. t. I, *f.* 191 — t. IV, *f.* 307.

1236 — 21 *Decembris*

Emptio domus in vicinia S. Thomæ cohærentis alteri, ubi habitant scholares per d. Ayroldum de Bonato Iudicem Comitis Ruffini de Lomello Potestatis Vercellensis, nomine Comunis a Guilielmo, et Laurentio fratribus de Ferrariis pretio librarum centum papiensium.

Perg.

1237 — 13 *Aprilis*

Testimoniales refutationis factæ per Abbatem S. Silvani de Romagnano, de litteris citatoriis laxatis per d. Iordanum Canonicum Taurinensem Delegatum Apostolicum in causa contra Comune Vercellarum.

Perg.

1237 — 3 *Septembris*

Bullæ Gregorii IX Papæ Episcopo Novariensi directæ, confirmandi interdictum, et censuras contra Civitatem Vercellensem, si et quatenus infra tres menses non revocarentur statuta facta contra libertatem, et immunitatem Ecclesiasticam.

Perg.

1237 — 28 *Decembris*

Quitationes tres Comuni Vercellensi factæ per d. Gabrielem fratrem d. Guidonis, et dominum Guizardum filium d. Pagani, ac Gabrielem fratrem ejusdem d. Pagani de Petra Sancta de Mediolano, de summa librarum mille trecentum duodecim pro capitali, et librarum quatuorcentum quinquaginta, denariorum quadraginta unius pro interesse, et usuris a die 25 Martii 1233.

Perg.

1238 — 15 *Februarii*

Declaratio Iudicum magnæ Curiæ Imperialis, data Paduæ anno Imperii d. Friderici XIX, qua restituunt in tempore Comune Vercellense ad producendos testes, et jura contra Fiscum Imperialem, non obstante sententiâ lata favore d. Friderici Imperatoris super jurisdictione, et fodris, ac bannis Alicis, quæ per Procuratorem Cameræ asserebantur spectare ad Imperatorem.

Bis. t. I, *f.* 256 — t. IV, *f.* 270. —

1238 — .... *Martii*

Diploma Friderici Imperatoris favore Abbatiæ Lucedii quo confirmat alia diplomata præcedentia.

Perg.

1239 — 10 *Ianuarii*

Protestatio facta per Iudicem, et Assessorem d. Bordilionem, Imperiali auctoritate, Potestatem Vercellarum, nomine Comunis ejusdem Civitatis erga d. Episcopum, quod ipsum Comune paratum erat rationem facere eidem Episcopo, vel ejus Nunciis, et cuicumque personæ de jurisdictione Vercellensi, et specialiter Advocatis, quandocumque dabunt quærelam: protestando quod si excomunicaverit Potestatem, Iudices, aut homines Vercellenses de appellando ad S. Sedem.

Bis. t. I, *f.* 83.

1239 — 11 *Ianuarii*

Protestatio per Ambaxiatores d. Iacobi Bordilionis ex imperiali jussione Potestatis Vercellensis super eo quod intellexerant deberi die crastina interdici Civitas ipsa, cum semper parata fuisset ministrare justitiam cuique petenti: cui ex parte Capituli, et Canonicorum Ecclesiæ S. Eusebii (coram quibus protestatio fiebat) responsum est, verum esse habuisse hoc in mandatis a d. Episcopo per litteras propter injuriam ei illatam per Potestatem, et quosdam homines ejusdem Civitatis pro detentione in carceribus quorumdam hominum Bugellæ apud Mazaziam.

Bis. t. I, *f.* 81.

1239 — 13 *Februarii*

Litteræ Innocentii Papæ IV, quibus committit Archiepiscopo Mediolani sumendi informationes super differentiis inter Comune Vercellense, et Aycardum de Burolio Canonicum Hyporegiæ super possessione ejusdem Castri: ex eo quod cum per litteras Episcopi Vercellensis accepisset, habuisse Vercellenses dictum castrum ab eodem Aycardo sub pacto ipsum restituendi: quod non fecerant, ideoque per Episcopum Papiensem delegatum excomunicatione innodati forent: quæ omnia si ei constabunt, et Comune Vercellense causas dicere vellet, remittat ipsas Curiæ juxta consuetudinem terræ. Datum Romæ anno Pontificatus ejus VII.

Bis. t. I, *f.* 457 — t. III, *f.* 59. —

1239 — 1 *Aprilis*

Conventio inter quosdam de Monteformoso, et Rovaxenda mediatione d. Friderici de Cremona Iudicis, et Consulis Iustitiæ Vercell.

Perg.

1239 — 15 *Maii*

Præceptum per Bertholinum de Veruca Notarium Vercellensem nomine d. Marchionis Lanceæ Vicarii Imperialis Consulibus, et Comuni S. Agathæ, quatenus sub pœna centum marcarum argenti mittere deberent homines Episcopi bene armatos, et statim ad exercitum qui parabatur contra Civitatem Alexandriæ.

Perg.

1239 — 26 *Maii*

Aliud iterato factum dicto Comuni per Nicolaum de Bugella Nuncium Comunis Vercellarum.

Perg.

1239 — 27-28 *Maii*

Aliud Consulibus, et Comuni Bugellæ, et omnibus hominibus de jurisdictione Episcopi Vercellarum in ipso loco, et in locis Andurni, Clavaxiæ, Poloni, et Pettinengi — per Bertholinum de Veruca. — Item iterato prædictis. — Item Consulibus, et hominibus Andurni. — Et iterum eisdem de Andurno per Nicolaum de Bugella.

Item Comuni, et hominibus Montiscaprelli per Bertholinum, et iterato eidem per Nicolaum.

Perg.

1239 — 5 *Iunii*

Præceptum Bertholini Notarii de Veruca a parte d. Imperatoris, et Marchionis de Lanceis S. R. Imperii Vicarii a Papia superius factum hominibus Montiscaprelli ad hoc ut congregent Credentiam pro audiendis, et exequendis præceptis, scilicet quod sine mora debeant ipsi ire cum exercitu contra Alexandrinos.

Eademque die ipse retulit hanc intimationem fecisse.

Bis. t. I, f. 83.

1239 — 6 *Iunii*

Aliud præceptum ut retro Credentiæ, et hominibus Bugellæ quatenus ipsa, et sui homines jurisdictioni Episcopi Vercellensis subjecti in ipso loco, et in Andurno, Clavaxia, Polono, et Pettinengo eant statim ad exercitum contra Alexandrinos.

Bis. t. I, *f.* 84.

1232 — 6 *Iunii*

Aliud simile Comuni, et hominibus Andurni.

Bis. t. I, *f.* 84.

1239 — 7 *Iulii*

Aliud Comuni, et hominibus S. Agatæ jurisdictionis Episcopi.

Bis. t. I, *f.* 83.

1239 — 17 *Decembris*

Præceptum d. Marchionis Mainfredi Lanceæ sacri Imperii Vicarii Generalis a Papia superius, ex parte d. Imperatoris factum Potestati Vercellensi, quatenus cassare et irritum facere deberet statutum conditum per Othonem de Mandello tunc Potestatem Vercellensem super homines Trium Cerrorum, et super factum d. Iacobi de Bulgaro, et omnia banna removere.

Bis. t. I, *f.* 82.

1239 — 23 *Decembris*

Protestatio dominorum Iacobi de Baioaria, et Iacobi Pettenarii de Gondoinis Iudicum d. Iacobi Burdilionis Imperialis Potestatis Vercellensis, facta Iacobo de Rado Procuratori d. Episcopi Vercellensis, se paratos esse reddere justitiam eidem Episcopo contra quoscumque de jurisdictione Vercellensi, et specialiter Advocatos: et nihilominus appellant ad summum Pontificem casu quo d. Episcopus vellet excomunicare Potestatem, Iudices, et Comune.

Perg.

1240 — 5 *Ianuarii*

Protestatio alia per dictum Potestatem nomine Comunis d. Episcopo facta, quod si vellet proponere aliquam quærelam super facto Advocatorum, se paratum esse audire, et justitiam ministrare.

Bis. t. I, *f.* 83.

1240 — 6 *Ianuarii*

Alia Protestatio in Canonica S. Eusebii erga Canonicos, et Capitulum, esse paratos ad faciendam justitiam Episcopo, et Ecclesiæ Vercellensi, eorumdemque hominibus conquerentibus tam de Advocatis Vercellensibus, quam de aliis personis de jurisdictione Comunis Vercellarum.

Bis. t. I, *f.* 81.

1240 — 7 *Ianuarii*

Notificatio Notarii d. Potestatis ad hujusmet instantiam se recepisse, et rogatum fuisse de instrumento uno, negotiis d. Potestatis, et d. Episcopi Vercellensis spectante.

Bis. t. I, *f.* 81.

1240 — 9 *Ianuarii*

Relatio unius Servitoris Comunis Vercellensis præcepisse Iacobo de Montaldo de nihil innovando circa Castrum Donati, ex eo quod ipsum fortificare inceperat, compariturus interim coram d. Potestate ad proponendum jura sua in dicto castro, qui responsum dedit se nihil habere in illo castro.

Bis. t. I, *f.* 231 — t. IV, *f.* 456.

1240 — 7 *Martii*

Præceptum Marchionis Mainfredi Lanceæ Vicarii generalis Sacri Imperii a Papia superius factum Potestati Imperiali Vercellensi, levandi saleriam per ipsum constitutam ad beneficium Comunis Vercellensis, ac permittendi venditionem, et emptionem prout solebat fieri: cum hoc sit de consensu Credentiæ, et Credendariorum S. Stephani ac S. Eusebii prout in reformatione continebatur: item solvere faceret Ferrario legum doctori libras quinquaginta pap. de suo salario annuali, et facere cartas æqualianciæ pro quibusdam equis per Comune retentis.

Bis. t. I, *f.* 381 — t. IV, *f.* 436.

1240 — 28 *Martii*

Decretum dominorum Odonis Baganzolæ, et Alberti Galioti Iudicum, et Vicariorum d. Gilioli Lombardi Imperialis Potestatis Vercellarum, cum consilio aliorum Iudicum, et Sapientum ejusdem Civitatis, quod vastari debeant bona immobilia illorum qui sunt in banno Civitatis, mobilia autem assignari eorum creditoribus.

Perg.

1240 — 5 *Aprilis*

Consilium diversorum Iudicum datum ad requisitionem Iudicum, et Vicariorum Potestatis Vercellarum quod stabilia bannitorum Comunis devastentur, mobilia in solutum creditoribus eorum dentur.

Bis. t. I, *f* 80.

1240 — 6 *Aprilis*

Requisitio ad invicem facta Comiti Petro de Masino per Comune Vercellense de renovandis juramentis, et pactis in concordia contentis, ex eo quod transierat quinquennium in ipsa statutum pro renovatione: prout faciunt.

Bis. t. I, *f.* 174 — t. IV, *f.* 151.

1240 — 8 *Aprilis*

Descriptio hominum Comitis Masini, qui vigore dictæ instantiæ, juraverunt observantiam concordiæ.

Bis. t. I, *f.* 166 — t. IV, *f.* 139.

1240 — 11 *Aprilis*

Remissio per d. Ioannem de Advocatis Petro, et Martino de Mola Consulibus loci Messerani, de Castro ejusdem loci custodiendo per ipsos, ad utilitatem Comunis Vercellensis, et hæc ex jussione d. Gilioli Guiberti Potestatis Vercellensis Imperialis.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 80.

1240 — 13 *Aprilis*

Restitutio per Consules Messerani de Castro ejusdem loci, ac rerum ibi existentium, in manibus Nuncii Comunis Vercellensis ex jussione ejusdem Comunis pro juribus, quæ spectabant d. Episcopo ejusdem Civitatis.

Bis. t. II, *f.* 14 — t. III, *f.* 68.

1240 — 13 *Aprilis*

Testimoniales restitutionis factæ per Comune Vercellense de Castro, clavibus, et rebus in ipso loco Messerani in manibus Nuncii d. Episcopi Vercellensis.

Bis. t. II, *f.* 14 — t. III, *f.* 68.

1240 — 10 *Maii*

Emptio per clavarium nomine Comunis Vercellensis de casamento cum ædificiis, et brolio in vicinia S. Laurentii a Ianoto f. q. Iulii de Ugucione pretio librarum sexcentum pap.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 212 — t. IV, *f.* 203.

1240 — 4 *Augusti*

Investitura per Comune Vercellense facta Mainfredo Marchioni Lanceæ de domo una in vicinia S. Laurentii pro se, et suis descendentibus, immuni ab omni onere, ita ut sint in perpetuo cives Vercellenses.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 211 — t. IV, *f.* 202.

1240 — 3 *Decembris*

Investitura per d. Ugonem Episcopum, consensu Canonicorum S. Eusebii, et S. Mariæ facta Comuni Vercellensi in feudum honorificum

de Tridino veteri, et omni jure ipsi Tridino spectanti. Quod Tridinum, Marchio Guilielmus Montisferrati renuntiaverat in manibus ejusdem Episcopi: ita quod Comune nullam novam fidelitatem facere debeat, sed remaneat in illa fidelitate in qua jam est.

Bis. t. III, *f.* 2.

1240 — 5 *Decembris*

Declaratio deputatorum Comunis Vercellensis super inquisitione, et recuperatione cristarum, fossatorum ejusdem Civitatis, quod quædam crista juxta Ecclesiam S. Andreæ donata fuerat d. Cardinali Gualæ Bicherio, constante instrumento 21 feb. 1219, et ideo adjudicatum esse eidem Ecclesiæ, cum facultate ipsam claudendi salvo jure Comuni, et civibus eundi, et transeundi.

Bis. t. II, *f.* 19 — t. III, *f.* 77.

1240 — 26 *Decembris*

Protestatio cum juramento facta per Robbam de Sessa Notarium Vercellensem, se non recepisse, nec rogatum fuisse de aliquo instrumento, nec scripturam ullam fecisse circa ea quæ tractaverat d. Iacobus de Bordilione Imperialis Potestas Vercellensis domino Iacobo Scutario Vicario, et d. Ioanni de Rado Nuncio d. Episcopi Vercellensis.

Perg.

1240 — 28 *Decembris*

Interpellatio cum protestatione facta per d. Iacobum Bordilionem Imperialem Potestatem Vercellensem, suo et nomine Comunis ejusdem Civitatis Ioanni de Rado Procuratori d. Episcopi Vercellensis, quod si nomine ejusdem proponere aliquid volebat super facto Advocatorum, paratus erat ipsum audire, eique justitiam prout jus requirit ministrare.

Perg. sub 23 x.bris 1239.

1240....

Consignamentum factum tempore regiminis d. Gilioli de Guibertis Lombardi de Parma, per d. Petrum Bicherium, de omnibus suis rebus in Tronzano superiori, et de medietate Castri Azelii, cum medietate honorantiarum, et decimarum, ac de aliis bonis etc.

Perg. — Bis. t. II, *f.* 250 — t. III, *f.* 266.

1240....

Pax inita inter dominos Bicherios, ac de Bondonis, cum Civitate Vercellarum.

Perg.

1240....

Consignamentum factum ab hominibus loci Piveroni de eorum poderiis, et sediminibus, ac fodris, quæ pro iis solvunt erga Comune Vercellense.

Bis t. II, *f.* 320 et *f.* 376.

1241 — 11 *Iunii*

Receptio facta per d. Ubertum de Porta Albera Iudicem, et Vicarium d. Vitalis de Beccaria Imperialis Potestatis Vercellensis nomine Comunis, de quibusdam hominibus S. Agatæ, et Palazolii in civibus Vercellensibus cum exemptione a fodris, et aliis. Item cum privilegio tenendi mercata in ipsis locis S. Agatæ, et Palazolii.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 182 — t. IV, *f.* 162 — Acquisit. lib I, *f.* 12.

1242 — 30 *Maii*

Erectio locorum Crescentini, et Gatinaræ in Burgis franchis cum eisdem honoribus, et franchisiis quibus fruebatur Burgum Tridini, per d. Ioannem de Archidiacono Imperialem Potestatem Vercellensem nomine Comunis ejusdem Civitatis.

Perg.

1242 — 26 *Octobris*

Sententia Martini q. Tedixii de Blandrate arbitri electi per et inter Comites Guidonem q. Rainerii, Ubertum q. Othonis, Guilielmum, Ruffinum, Oddonem, et Gothofredum fratres fiiliosque Gozii ex una parte ac Consules et Credendiarios Blandrate congregatos pro ipso Comuni Blandrati, et Casalis Beltrami, Vicilongi, et aliis locis ex altera: qua pronunciatum fuit debere ipsi Comites investire Comune Blandrate nomine recti gentilis paterni, et aviti feudi de omni eorum jure in justitiis illius loci Vicilongi, Casalis Beltrami etc. a porta Plebis Burgi veteris, et novi, usque ad portam Casalis, et Biscareti, et aliis, salvis iis quæ sunt ultra rugiam Novariensem. De quibus Comune faciet eis fidelitatem, et faciet ipsis exercitum bis in annum, salvis juribus quæ habent Comune Novariæ, et Comune Vercellarum in ipsis hominibus. Et quod Comune solvere debeat Comitibus occasione incoronationis Imperatoris Romani libras triginta imperialium: et salva sint Comitibus jura successionum, dationis tutorum, et duelli, pascuorum, aquarum, Comune autem possit libere eligere Potestates, et Rectores, Statuta condere, ac de causis civilibus, et criminalibus cognoscere: appellationum vero causæ cognoscantur in ipso loco Blandrate. Et pro hac investitura dabit ipsis Comitibus libras 300 imp.

Bis. t. I, 287 — t. IV, *f.* 310.

1243....

Instructio quædam per Comune Vercellense suis Oratoribus pro negotiis cum d. Gregorio de Montelongo Legato Ecclesiæ Romanæ, et aliis contra Petrum Bicherium Abbatem S. Andreæ, et Abbatem Sancti Stephani rebelles Ecclesiæ Romanæ.

Perg.

1243 — 8 *Martii*

Præceptum per dominos Ruffinum de Advocatis, et Ardicionem de Blandrate, vel de Guasco Potestates Comunis Vercellensis factum Petro de Albano Notario authenticandi, seu in publicam formam redigendi litteras ipsis Potestatibus, Consulibus Societatum Sancti Eusebii, et Sancti Stephani, ac Consilio Vercellensi directas a parte d. Gregorii de Montelongo Apostolicæ Sedis legati, quibus committit fidem dare Abbati S. Ianuarii super eo, quod proponet de facto jurisdictionis Episcopatus Vercellensis, et aliis rebus.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 88.

1243 — 8 *Martii*

Aliud præceptum ut supra pro authenticatione aliarum duarum dicti Legati epistolarum credentialium Comuni Vercellensi, fidem præstandi religiosis viris Abbati Sancti Ianuarii, et Abbati S. Stephani, ac Leoni Præposito Faventiæ Capellano suo super his, quæ ex sua parte proponet super jurisdictione Episcopatus Vercellensis.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 88.

1243 — 8 *Martii*

Promissio in plena Credentia Comunis Vercellensis facta per Abbates S. Ianuarii, et S. Stephani, Nunciis d. Legati Gregorii de Montelongo, quod ita facient ut ipse servet, et faciat erga ipsum Comune quidquid continebatur in quodam scripto manu Bichini de Guerra per eumdem Comune petitum: salvo circa juramentum ab ipso Legato emitti petitum.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 89.

1243 — 10 *Martii*

Ratificatio Consilii Comunis Vercellensis responsionum factarum per ejus oratores d. Gregorio Legato Apostolico: scilicet quod ipse facere debeat ut Capitulum Ecclesiæ Vercellensis cedat Comunitati jurisdictionem omnem Episcopatus, quæ donatio approbetur per d. Archiepiscopum Mediolani, et electo Episcopo Vercellensi, faciant per ipsum eamdem

ratificari: et sic Ecclesia Romana, et d. Papa ipsam approbare debeat: nec facere pacem possit cum Imperatore quin includat ipsam Civitatem sub conditionibus Mediolani, et aliarum Civitatum Lombardiæ. Quod Civitas Mediolani debeat adjuvare Vercellenses de 500 militibus in omni casu molestiæ ab inimicis. Quæ omnia si d. Legatus erit in dispositione concordandi, accederet equidem ad Civitatem ipsam, aliter se abstineret.

Perg.

1243 — 15 *Martii*

Responsio d. Legati, ac Castellani, et Nunciorum Mediolani data dominis Guilielmo Ferrario, Anrico de Maxino, Petro de Blandrate, Anrico Advocato, Sanguinisagno Alzati, et Vercellino de Vassallis, Nunciis Comunis Vercellarum super propositiones ei exhibitas, scriptas manu Ruffini Fasolini: præstando se eisdem, et ideo velle una cum Oratoribus accedere Vercellensibus, quod eidem Oratores Vercellenses annuunt. — Actum in Angleria.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 91.

1243 — 27 *Martii*

Procura facta per d. Gregorium de Montelongo Legatum Apostolicum in personam d. Archipresbiteri de Cava Patavii, et Odonis Præpositi Faventiæ ejus Capellanorum, ad hoc ut absolverent Comune Vercellense a vinculo excomunicationis incursæ propter adhæsionem Friderico Imperatori dicto ejusque sequacibus: recepto prius juramento fidelitatis Ecclesiæ Romanæ. Promittendo ratificationem. Actum in campis Arborii.

Perg. — Bis. t. II, *f.* 89 -- t. III, *f.* 192.

1243 — 28 *Martii*

Procura Comunis Vercellensis in d. Ubertum Arientum ad jurandum ut supra, cum successivo juramento standi mandatis Ecclesiæ Romanæ et d. Legati, ac absolutioni per præfatos Præpositum, et Archipresbiterum factæ ab excomunicatione incursa pro facto Imperatoris Friderici, et Abbatis Romagnani.

Perg.

1243 — 6 *Aprilis*

Consensus Capituli Ecclesiæ Vercellensis requisitione d. Gregorii Legati præstitus petitionibus Comunis ejusdem Civitatis super aliena-

tione jurisdictionis hominum Ecclesiæ, et Episcopatus, calamitatibus temporum, et utilitate Ecclesiæ Catholicæ, reservatis locis Casalis, et Verucæ, ac omnibus juribus ultra Padum, et mediante congrua compensatione.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 92.

1243 — 21 *Aprilis*

Absolutio Civitatis Vercellensis a juramento fidelitatis quo abstricta esset erga Fridericum dictum Imperatorem, et Conradum ejus filium, pleno in Consilio per d. Gregorium de Montelongo facta, præsente d. Leone Archiepiscopo Mediolani.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 85-87 — Acquisit. lib. II, *f.* 95.

1243 — 21 *Aprilis*

Promissio in Consilio Civitatis Vercellensis per dictum Legatum quod procurabit Bullam apud S. Sedem, ut deinceps Civitas excomunicari non possit nisi legittima, et cognita per sapientes causa.

Perg. — t. I, *f.* 89 — Acquisit. lib. II, *f* 94.

1243 — 21 *Aprilis*

Promissio altera de alia Bulla a Sede Apostolica obtinenda quod deinceps nullus civis Vercellarum possit per litteras Apostolicas trahi extra districtum Vercellensem, tam per sæculares, quam ecclesiasticas personas occasione justitiæ.

Perg. — Bis t. I, *f.* 86. — Acquisit. lib. II, *f.* 95.

1243 — 21 *Aprilis*

Alia promissio quod procurabit ut Abbas S. Sillani de Romagnano veniat ad finalem concordiam cum ipso Comuni, super quæstione pro quibusdam damnis per ipsum Monasterium passis, mediante solutione librarum tercentum.

Perg. — Bis. t. I, f. 85 91 — Acquisit. lib. II, *f.* 96.

1243 — 21 *Aprilis*

Absolutio per eumdem Gregorium Legatum, Comuni Vercellensi a juramento fidelitatis erga dictum Fridericum Imperatorem, et a vinculo excomunicationis incursæ.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 87.

1243 — 21 *Aprilis*

Protectorium Ecclesiæ Romanæ promissum, et concessum Comuni,

hominibus, et Civitati Vercellarum, per d. Gregorium Legatum Apostolicum, cum promissione quod faciet ut d. Papa aliquam pacem, vel concordiam non faciet cum Imperatore vel ejus parte, quin ipsam Civitatem, si maluerit ipsamet, includat.

Perg. -- Bis. t. I, *f.* 87-90. -- Acquisit. lib. II, *f.* 94.

1243 — 21 *Aprilis*

Præsentatio in Concilio Comunis Vercellensis facta per d. Gregorium de Montelongo de litteris Apostolicis suæ Legationis in Longobardia. Ibidem insertis sub die 6 Augusti 1238.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 69.

1243 — 21 *Aprilis*

Renovatio concordiæ, et reciprocæ civilitatis inter Civitates Mediolani, et Vercellarum: in qua d. Gregorius de Montelongo Apostolicæ Sedis Legatus proposuit quod Comune Vercellense debeat emere ædificia, et melioramenta facta in domo habitata per Canevarios in Civitate Mediolani, a tempore quo idem Comune stetit præceptis Imperatoris.

Bis. t. II, *f.* 90 — t. III, *f.* 193.

1243 — 21 *Aprilis*

Præsentatio in Consilio Comunis Vercellarum per d. Gregorium de Montelongo Legatum Apostolicum de litteris suis commendatitiis, quibus d. N. Gregorius Papa scribens Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Potestatibus, Consulibus, Rectoribus, et Comunibus Civitatum, et locorum per Lombardiam, Romandiolam, et Marchiam Tarvisinam consistentium, quod cum pro sedandis discordiis. ac reformationibus pacis, et concordiis faciendis prout utile Ecclesiæ foret, suum, et Ecclesiæ Romanæ Nuncium constituerit Gregorium de Montelongo, cum facultate ædificandi, et destruendi, ideo jubet credi, et parere eidem etc. Datum Anagniæ 6 Augusti anno ejus Pontificatus XII.

Bis. t. I, *f.* 68.

1243 — 22 *Aprilis*

Venditio facta per d. Gregorium de Montelongo Legatum Apostolicum nomine Ecclesiæ Romanæ, et Episcopatus Vercellensis, Leone Archiepiscopo Mediolanensi electo consentiente favore Comunis Vercellensis, mediante pretio librarum novem mille papiensium de tota jurisdictione quam habebat Ecclesia Vercellensis in suis locis, et hominibus, tam citra quam ultra Padum in loco, curte, et territorio Casalis S. Evasii: promittendo ratificationem capituli etc.

Bis. t. I, *f.* 93.

1243 — 29 *Aprilis*

Procura Comunis Vercellarum in nonnullos ad apprehendendam possessionem jurisdictionis, et jurium in hominibus, et locis Ecclesiæ Vercellensis spectantibus, scilicet Montiscaprelli, S. Agathæ, Ciliani, Miraldæ, Salugiæ, Palazolii, Auxiliani, Fregariæ, Uliaci, Casalis Aquarti.

Acquisit. lib. II, *f.* 80.

1243 — 29 *Aprilis*

Alia de locis, et hominibus Bugellæ, Palatii, Sandiliani, Ponderani, Galianici, Oclepi inferioris, et superioris, Camburzani, Graliæ, Muzani, Sordevoli, Poloni, et aliorum citra Sarvum.

Acquisit. lib. II, *f.* 80.

1243 — 29 *Aprilis*

Alia Procura pro possessione locorum Messerani, Quirini, Biolii, Moxii, Cozulæ, Vallis Crevacorii, Andurni, Clavaxiæ, Zumaliæ, Feleti, Guardabussoni, et generaliter aliorum locorum ultra Sarvum, usque ad Sicidam.

Acquisit. lib. II, *f.* 80.

1243 — 1 *Maii*

Mandatum speciale d. Gregorii de Montelongo Legati ut supra in personam Ottolini de Ravagnano ejus Notarii, ad immittendum in possessionem locorum, et jurisdictionum Ecclesiæ Vercellensis per ipsum venditorum Comuni Vercellensi, ejusdem Procuratores, scilicet Guilielmum de Fabiano, et Honoratum de Blandrate.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 70 — Acquisit. lib. II, *f.* 69.

1243 — 3 *Maii* — 4-8-9 10

Immissio in possessionem jussu præfati Legati favore Comunis Vercellensis de locis, ac jurisdictione infrascriptis, sub jussione hominibus illorum, recognoscendi Comune Vercellense in fodris, bannis, carrigiis, et aliis ad jurisdictionem pertinentibus scilicet, Messerani, Mortigliani, Quirini, Crepacorii, Flecchiæ, Mozii, Biolii, Andurni, Clavaxiæ, Runchi, et Zumaliæ.

Bis. t. I, *f.* 71 ad 77. — Acquisit. lib. II, *f.* 81 ad 88.

1243 — 7 *Maii*

Ratificatio facta per diversos Canonicos Capituli Ecclesiæ Vercellensis nomine ejusdem Ecclesiæ de venditione per Legatum Apostolicum fa-

vore Comunis Vercellensis jurisdictionis locorum Episcopatui Vercellensi spectantium tam citra quam ultra Padum in loco, curte, et territorio Casalis S. Evasii, cum fodris, bannis, exercitibus, cavalcatis etc.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 72-78-79.

1243 — 10 *Iulii*

Extractum ex libris bannorum impositorum tempore rēgiminis d. Guilielmi de Surexina Potestatis Vercellarum de banno librarum quinquecentum imposito Petro de Bicheriis, propter inobedientiam eidem Potestati, nolendo ire Mediolanum pro Comuni ad Ambasciatam cum Ruffino Advocato, Guilielmo de Arborio, et Nicolao Alzato.

Perg.

1243 — 10 *Iulii*

Bannum pronunciatum per dictum Potestatem contra Petrum Bicherium in corpore, et in libris decem mille papiensibus, cum liberatione omnium ejus hominum ab obedientia nec non cum vastatione ejus domuum intus et extra Civitatem ac in Castris S. Germani, Alicis, Viveroni, Ropuli, et Azelii existentium, ex eo quod ipsa Castra muniverat in damnum Civitatis, recusando ipsa dimittere Comuni, imo procurando adventum Regis, et Marchionis Lanceæ in damnum ejusdem, cum quibus, conjunctis suis armatis, loco jurisdictionis Vercellensis, incendio, et guastis vastaverat.

Perg.

1243 — 24 *Iulii*

Ordinamentum Consulum Conflentiæ, quo vigore amicitiæ erga Comune Vercellense, et aliarum Civitatum, et locorum circumstantium, statuitur ipsas non offendendi, nec hostes, ac prædas Comunis Vercellarum receptandi, nec exploratores, litteras, ac falsos perquisitores protegendi.

Bis. t. II, *f.* 250 — t. III, *f.* 365.

1243 — 12 *Novembris*

Litteræ Potestatis Mediolani Potestati Vercellarum directæ suadendi ut restituat Castrum Ripularum Marchioni Montisferrati, ac Comune Vercellense se submittat de libris decem mille casu quo Mediolanenses non servassent ei pacta inita. Interim vero idem Comune Vercellense ponat ibi Castellanum idoneum, qui sit gratus Marchioni.

Perg. — Bis. t. II, *f.* 96 — t. III, *f.* 201.

1243 — 13 *Novembris*

Promissio Potestatis, et Comunis Mediolani defendendi seu cautum habendi Comune Vercellense, super eo quod promiserat Marchioni Montisferrati in tractatu cum Legato Apostolico, et pro pignore dato eidem Marchioni de locis Casalis Gualoni, et Montiscaprelli.

Perg. — Bis. t. II, *f.* 85-86 — t. III, *f.* 186.

1243 — 22 *Novembris*

Præceptum factum per d. Potestatem Vercellensem Notario de Albano authenticandi in publicam formam præmissas epistolas Comunis Mediolanensis.

Bis. t. II, *f.* 86 — t. III, *f.* 187.

1243 — 22 *Novembris*

Præceptum ut supra factum authenticandi Rescriptum seu Bullam d. Innocentii Papæ, directam legato Apostolico Gregorio de Montelongo, qua ei significat Principem misisse ad eum pro pace tractanda, ne princeps occasionem sumeret infamandi Ecclesiam more solito: ideo committit ei confirmare fideles de Lombardia quod non reformabitur pax nisi cum utilitate ipsorum, et Ecclesiæ. Datum Agnaniæ 25 Octobris anno Pontificatus ejus primo.

Bis. t. II, *f.* 90 — t. III, *f.* 192.

1244 — 8 *Februarii*

Procura facta per Comune Vercellense in d. Guilielmum de Sorexina Potestatem, et alios ad compromittendum super conventiones, ac obligationes contractas apud Pontem Sturiæ cum d. Bonifacio Marchione Montisferrati in arbitramentum dominorum Legati Apostolici, ac Marchionis Salutiarum.

Bis. t. II, *f.* 92-93 — t. III, *f.* 196-197.

1244 — 8 *Februarii*

Deliberatio Consilii Comunis Vercellensis ad requisistionem Vicarii d. Potestatis de compromittendo omnes differentias cum d. Bonifacio Marchione Montisferrati, in dominos Legatum Apostolicum, et Marchionem Salutiarum.

Bis. t. II, *f.* 93 — t. III, *f.* 197.

1244 — 4 *Novembris*

Promissio ex parte Comunis Vercellensis erga Thomam de Tolco de

summa librarum duodecim papiensium pro salario unius equi dati eidem Comuni ad serviendum pro anno uno.

Perg.

1245 — 12 *Maii*

Cessio per Comune Vercellense Mainfredo de Asta nova, de domo una destructa cum suis muraciis, et curte usque ad rugiam molendinorum, et stario uno brolii simultenentibus, pro pretio librarum septuaginta papiensium pro quadam causa ibi expressa.

Bis. t. II, *f.* 54 — t. III, *f.* 137.

1246 — 17 *Martii*

Quitatio Comuni Vercellensi per d. Guilielmum de Sorexina jam Potestatem ejusdem Civitatis de toto eo quod petere poterat pro suo salario, et aliis de causis.

Bis. t. II, *f.* 88-97 — t. III, *f.* 190-203. — Pact. *f.* 260.

1246 — 29 *Martii*

Ordinamenta quædam per d. Henricum de Advocatis Potestatem Vercellensem ad instantiam Oratorum Civitatum Vercellarum, et Novariæ edita.

Perg.

1246 — 13 *Aprilis*

Concordia inter Comune Mediolani mandato d. Henrici Advocati Potestatis convocata per Societates Capitaneorum, Valvassorum, et Motæ Credentiæ S. Ambroxii ex una parte, et Nuncios Comunium Vercellarum, et Novariæ, scilicet quod Mediolanenses nulla possint construere Castra, fortalicia, vel mœnia, aut portus, nec a quibuscumque construi permittere in Civitate, vel districtu Vercellarum.

Bis. t. II, *f.* 100 — t. III, *f.* 208.

1246 — 16 *Aprilis*

Alia concordia per Credentiam ut supra, qua Mediolanenses promittunt numquam retenturos aliquos Vercellenses in obsides, nec illos de sua Civitate extracturos: a qua promissione absolvi se unquam, nec ab ipso Papa vel Legato procurabunt.

Bis. t. II, *f.* 101 — t. III, *f.* 209.

1246 — 24 *Aprilis*

Promissio sub juramento facta per Potestatem Novariæ nomine Co-

munis ejusdem Civitatis, de non retinendo obsides aliquos Vercellenses, nec ab eorum Civitate extrahendo causa missionis, nec exercitum facere absque consensu Comunis Vercellensis, et similiter nec Castrum, vel fortilitia retinendo: et hæc salvo juramento, et conventionibus quas habent Novarienses cum Comuni Mediolani.

Bis. t. II, *f.* 99 — t. III, *f.* 205.

1246 — 28 *Aprilis*

Renovatio per Comune Vercellense ad instantiam Oratorum Comunis Mediolanensis pactorum civilitatis, et aliorum juramentorum hic retro erga Civitatem Mediolani emissorum, specialiter tempore Potestatum Guilielmi de Pusterla, et d. de Modœcia.

Bis. t. II, *f.* 98 — t. III, *f.* 204.

1246 — 17 *Maii*

Quitatio, et finalis renunciatio favore Comunis Vercellarum, vacante officio Potestariæ, facta per d. Guilielmum de Surexina tunc ejusdem Civitatis Potestatem de toto eo, quod prætendere posset pro suo salario, ac pro ejus electione ejusdem anni, liberando a promissionibus nonnullos cives, ibi nominatos, quos in obsides e Civitate eduxerat: sub promissione quod ratificare hoc faciet per Bonacursium de Surexina eius filium.

Perg.

1246 — 24 *Maii*

Iuramentum fidelitatis præstitum per dominos Camussam de Crepacorio, et Nicolaum ejus nepotem f. q. Ardicionis, ac Rolandum de Burontio in manibus d. Martini electi Episcopi, et Comitis Vercellensis pro toto eo feudo, quod tenebant ab Ecclesia Vercellensi.

Bis. t. II, *f.* 191 — t. III *f.* 307.

1247 — 19 *Aprilis*

Protestatio Comunis Vercellensis per Oratores facta Comuni Novariæ de se non intromittendo circa Comites Blandrate, et ipsorum loca, ex eo quod ipsi, et eorum homines erant cives Vercellenses, et habitaculum Civitatis juraverant, eique submiserant Castra Montis Orionis, ac Robialli cum Sella Cremoxina, Muzanum, Surixium, et omnia jura ibidem, quæ in feudum recognoscebant a Comuni Vercellensi sub prohibitione alienandi: item promiserunt ipsi Comites non alienandi Vallem Sicidæ in Novarienses, cujus Vallis, et hominum ibidem habitantium jurisdictionem cesserant Vercellensibus.

Bis. t. I, *f.* 242 — t. IV, *f.* 250.

1247 — 21 *Aprilis*

Instantia facta ex parte Comunis Vercellensis d. Uberto Comiti Blandrati de reddendo Castrum Robialli, prout ex pactis, et conventionibus tenebatur: quod ipse annuit, et juramentum præstitit, sub conditione quod et Comune pro parte sua eidem pacta servaret.

Bis. t. I, *f.* 254 — t. IV, *f.* 267.

1247 — 15 *Iulii*

Permutatio per fratres de Rapicia de Blandrate de domo una in vicinia S. Donati cum fratribus de Pectenatis Vercellensibus de domo alia in vicinia S. Stephani: sub conditione quod remanere deberent nihilhominus obbligatæ erga Comune ipsius Civitatis pro observantia habitaculi.

Bis. t. I, *f.* 247-256 — t. IV, *f.* 275-272.

1247 — 2 *Septembris*

Ratificatio ex parte Comunis Vercellarum per Potestatem de præfato contractu cambii, cum adjectione statuti quod deinceps nullus qui habitaculum Civitatis juraverit, privilegio habitatorum fruatur, nisi pro tempore quo steterit in Civitate: et qui habitaverint in villis concurrere debeant in oneribus rusticanis. Et in his exceptis habitatoribus Blandrate, qui habeantur ac si moram traxerint in Civitate.

Bis. t. I, *f.* 248 — t. IV, *f.* 259.

1248 — 10 *Februarii*

Præceptum factum per d. Potestatem Vercellensem Raymondo Notario exemplandi in publicam formam privilegium per d. Innocentium Papam concessum Comuni Vercellensi, quod nullus delegatus vel subdelegatus Sedis Apostolicæ pro quacumque causa possit excomunicare ipsum Comune, et cives absque speciali Commissione de hoc privilegio mentionem faciente. — Datum Lugduni 6 Maij ejus Pontificatus anno quarto.

Acquisit. lib. I, *f.* 96.

1248 — 10 *Martii*

Nominatio arbitratorum facta per d. Abbatem, et Monachum S. Sillani de Romagnano, in personam Potestatis Vercellensis, non uti Potestas, et in aliquos alios Cives Vercellenses ad hoc ut arbitrarentur super omnes quæstiones cum Comuni ejusdem Civitatis vertentes: sub promissione standi eorum arbitrio, ac judicio.

Bis. t. I, *f.* 301 — t. IV, *f.* 329.

1248 — 19 *Martii*

Pax, et finis facta per Comitem Petrum de Maxino favore Comunis Vercellensis de omni jure, et ratione contra factum occasione captionis Iacobini ejus filii, aut aliorum jurium.

Bis. t. I, *f.* 174 — t. IV, *f.* 150.

1248 — 27 *Martii*

Arbitramentalis sententia pronunciata per d. Potestatem, et alios electos inter Comune Vercellense, et Monasterium S. Sillani de Romagnano in causa appellationis vertente coram dominis Abbate S. Iuliani, et Henrico Brucho Canonico Cumano delegatis Summi Pontificis, una cum Priore Vulturni ex litteris datis Perusiæ 17 Ianuarii anno ejus Pontificatus secundo, a quadam sententia scilicet lata per Lanterium Scacabarotium Ordinarium Ecclesiæ Mediolanensis in concordia, et per consilium Archipresbiteri Decumanorum Mediolani, et Præpositi de Rondenaria ejusdem Pontificis per litteras datas Laterani xv kal. Martii anno ejus Pontificatus xi, delegatis lata sub 3 octobris 1228, qua condemnabatur Comune Vercellense in libris mille pro damnis, et incendiis, ac vastationibus vinearum, et in libris centum quinquaginta pro aliis damnis erga Monasterium præfatum. Item et appellationis ab alia sententia lata per d. Guilielmum Archidiaconum Ecclesiæ Mediolanensis, d. Guidonem Abbatem S. Vincentii, et Magistrum Azonem Canonicum S. Ambroxii Mediolani Subdelegatorum vices fungentium Cantoris Astensis delegati Summi Pontificis Honorii III ex litteris datis Laterani 9 Ianuarii anno Pontificatus ejus nono, lata die 20 Martii 1226 de libris mille tercentum imperialium pro aliis damnis datis: quæ pariter erat in appellationem ab alia sententia lata sub 4 Septembris 1224 per d. Falconem Episcopum Papiensem de consensu, et cum præsentia Legatorum Summi Pontificis ex litteris datis Laterani primo Septembris anno ejus Pontificatus septimo. Ex quibus sententiis ortum habuit alia per r. d. S. Laurentii in Lucina Presbiterum Cardinalem ex delegatione d. n. Gregorii Papæ per litteras datas Perusiæ 27 Septembris anno ejus Pontificatus nono, lata 25 Iulii 1235, qua jubetur mandari executioni præfatas sententias. Occasione quarum etiam impetratæ fuerant litteræ d. Gregorii Papæ datæ Laterani 9 Martii anno Pontificatus ejus quinto, Delegationis in Præpositum Novariæ, S. Albini de Mortario, et S. Eusebii de Gambolate Papiensis, et Novariensis Diœcesum, ad hoc ut ipsas sententias executioni mitterent: item et alias ejusdem Pontificis datas Laterani 25 Februarii anno ejus decimo Abbati S. Celsi Mediolanensis pro confirmatione sententiæ latæ per d. Cardinalem: et aliam

Præposito de Dulcingo Diœcesis Novariensis ad hoc ut per viam juris in ipso negotio procederet. Item et occasione aliarum petitionum præfati Abbatis, et Monasterii contra Comune Vercellense pro quibusdam terris, et possessionibus in territorio Vercellarum citra Sicidam ubi dicitur ad Sanctum Benedictum in burgo Plebis, et in territorio Gatinariæ, Arborii, Radi, Locatelli, et in aliis locis districtus Vercellensis citra Sicidam sibi restituendis. Opponente Comuni Vercellensi non esse adjudicandam dictam summam quia judicium erat contra ordinem, et in male judicatum: nec possessiones restituere debere: quia ipsas ex variis et justis titulis possidebat, scilicet ex datione in pagamentum per instrumenta 16 Septembris 1238, 13 Novembris 1235, et 29 Octobris 1239 vigore quorum ipsum Comune fuit positum in possessionem omnium terrarum Abbatis Romagnani quæ erant citra et intra Sicidam, et Costam Caramaciæ, media persona Simonis de Faxana actoris d. Iordani Canonici Taurinensis Pontificii delegati, cum ejusdem confirmatione 21 Septembris 1239, super quibus omnibus domini arbitri, visis instrumentis, et juribus, pronuntiaverunt quod Comune traderet Monasterio dictas summas pecuniarum, possessiones vero esse deberent ejusdem Comunis: nec non quod Abbas S. Sillani vendere teneatur Comuni Vercellensi aut hominibus Burgi Gatinariæ in electione Potestatis Vercellensis terras quas habet ejus Monasterium infra fossata Burgi, et Plebis Gatinariæ pretio librarum quinque papiensium pro quaque bubulconia. Comune autem ei restituat omnia instrumenta, et bullas ibidem designatas.

Bis. t. I, *f.* 335 et 306.

1248 — 30 *Iunii*

Revocatio bannorum datorum tempore d. Guilielmi de Surexina Potestatis Vercellensis in banno 10 Iulii 1243 facta per dominos Nicolaum Alzatum, Nicolaum de Cararia, Ardizonem de Ivace, et Antonium Passardum Rectores Civitatis Vercellarum.

Perg.

1248 — 30 *Iulii*

Revocatio banni librarum quinquecentum papiensium favore d. Petri de Bicheriis, facta per præfatos Rectores Civitatis Vercellensis, ex eo quod juraverat stare arbitrio ipsorum Rectorum, prout in instrumento pacis inter ipsum Petrum, et Comites Cabaliate, et sequaces ipsarum partium continebatur.

Perg.

1248 — 1 *Iulii*

Præsentatio facta per Abbatem S. Sillani de Romagnano, erga Sindicum Comunis Vercellensis diversorum Instrumentorum, et Sententiarum, quas vigore arbitramenti reddere eidem Comuni tenebatur.

Bis. t. I, *f.* 302 — t. IV, *f.* 330.

1249 — 16 *Martii*

Venditio per Comune Vercellense aliquibus civibus facta de Molendinis in vicinia S. Laurentii, et S. Agnetis cum juribus aquarum, et aquæductus, et sub obligatione faciendi ipsos expurgari per homines Vercellenses ut retro: cum exactione etiam Curadiæ, pensæ, et molariæ ac proventuum pedagii, pro pretio librarum 2000. Et ad evitandas fraudes subnectitur nota sive datum exactionis fiendæ dictæ Curadiæ.

Bis. t. II, *f.* 71 — t. III, *f.* 165.

1250-1253

Registra illorum adhuc debentium fodrum sive mutuum impositum per Comune Vercellense, inter quos legitur Rainerius de Burolio pro variis residuis.

Bis. t. II, *f.* 326 — t. III, *f.* 27-28.

1254 — 24 *Ianuarii*

Iuramentum babitaculi Civitatis Vercellensis emissum per Ubertum Rementinum de Papia receptum in civem, et sub protectione Civitatis, cum exemptione a fodro pro se, et familia per annos viginti: prout ex dispositione Statutorum, et privilegiis illorum qui cum sint extra jurisdictionem Vercellensem veniunt ad habitandum in ipsa Civitate, vel in ejus Burgis franchis, prout sunt loca Tridini, Trium Cerrorum, Burgi Crescentis, Villanovæ, Burgi Petri, Casalisgualoni, Piveroni, et aliorum.

Bis. t. II, *f.* 4 — t. III, *f.* 69.

1254 — 3 *Iunii*

Extractum ex libro bannorum tempore regiminis d. Roglerii de Georgiis Potestatis Vercellensis in quo legebantur loca Azelii, Castrinovi, et Herbarii, condemnata in libris quinquaginta papiensium si homines illorum intra certum tempus non accedebant ad jurandam fidelitatem in manibus ejusdem Potestatis.

Perg.

1254 — 8 *Iunii*

Arbitramentum d. Bernalii, Sacri Palatii Vicarii generalis a Papia su-

perius, inter Comune Vercellense, et dominos Rodobii, ac Palestri super eo quod Comune Vercellense prætendebat quod sequelam, et securitatem facerent prout alii Cives fecerant, ac solverent fodrum, et mutuum impositum per ipsum Comune: item et banna eis imposita ab hinc retro propter inobedientiam præceptis ipsius Comunis, prout tenebantur ex veteri concordia 25 aprilis 1215. Quæ e contra ipsi negabant debere præstare vigore privilegii Imperatoris Friderici, ex tenore cujus exempti erant a subjectione Civitatis Vercellensis. Et pronunciatum fuit quod Comune remittere deberet eis omnia banna, mutua, et alia onera imposita ab hinc retro: ipsi vero se subjectos Civitati Vercellensi recognoscere, ac domum in ipsa Civitate emere pro observantia fodrorum.

Bis. t. I, f. 22.

1254 — 15 *Augusti*

Præceptum d. Potestatis Vercellensis Leonardo Notario factum authenticandi Instrumentum concordiæ inter Comune Vercellense, ac Comune, et homines Morani.

Bis. t. IV, *f.* 173.

1254 — 4 *Septembris*

Franchitatio per Comune Vercellense concessa, sive erectio in Burgum francum loci Castelleti ad supplicationem habitantium ejusdem cum omnibus privilegiis, et exemptionibus concessis Burgo Gatinariæ, reservatis tamen privilegiis d. Camosino f. q. Ardicionis Comitis S. Martini, habitatori ejusdem loci, nec non Monasterio, ac dominis Ulrico, et Bixio de Castello ejusdem loci.

Ibidem adsunt per extensum etiam Franchitationes Crescentini, et Gatinariæ sub 30 Maii 1242, nec non et Franchitatio Tridini.

Perg.

1254 — 7 *Septembris*

Instantia facta per Camoxinum q. Ardicionis Comitis S. Martini erga Comune Vercellense de servandis ei pactis cum ejus antecessoribus initis, offerendo se paratum facere erga Comune id ad quod tenetur ratione feudi Castelleti, villæ, et territorii: ratum habendo pactum factum inter ipsum Comune, et homines ejusdem loci Castelleti.

Bis. t. I, *f.* 384 — t. IV, *f.* 440.

1254 — 7 *Septembris*

Iuramentum fidelitatis præstitum per dictum Camoxinum Comuni

Vercellensi, ratione Castri, et loci Castelleti quod ab ipso Comuni in feudum tenet, et sui prædecessores tenuerunt per varias investituras, prima quarum erat sub 19 Iunii 1180.

Bis. t. I, *f.* 384 — t. IV, *f.* 340.

1254 — 5 *Decembris*

Statuta facta per Capitulum Ecclesiæ Vercellensis circa residentiam Canonicorum, scilicet quod percipere non possint nisi libras decem papiensium de sua præbenda, si non fecerint residentiam per menses sex, nisi fuerint in servitiis Romanæ Ecclesiæ, vel in itinere peregrinationis; cum facultate Capitulo dimittendi si ejus absentis præbenda fuerit minor. Item et pro observantia ordinamentorum factorum per d. Gualam Cardinalem Sedis Apostolicæ Legatum, confirmatorum per d. Honorium Papam. Et quod nullus admittatur in Canonicum quin juraverit prout fratres ipsius Ecclesiæ jurare soliti sunt, et juxta formulam quæ subnectitur.

Bis. t. II, *f.* 427.

1255 — 10 *Februarii*

Bullæ Innocentii Papæ directæ Episcopo Taurinensi Abbati Tilieti, et Cimiliarchæ Ecclesiæ Mediolanensis: ac Præposito Vezolani: quibus ad expositionem Guilielmi Marchionis Montisferrati, alias patrem suum pro quadam summa pecuniarum habita a Comuni Vercellensi dedisse ad quinquennium loca Tridini, et Pontisturiæ, fraudolenter inde per ipsum confirmari obtentam: committit ut constituta fraude restitutionem fieri faciant.

Bis. t. IV, *f.* 238.

1256 — 15 *Februarii*

Deliberatio Credentiæ Comunis Vercellensis ad postulationem hominum Tronzani superioris, et inferioris, nec non dominorum consortum eorumdem locorum, ac aliorum hominum ibi habitantium extra jurisdictionem Vercellarum, scilicet quod construi possit Burgum unum inter ipsa duo loca circa Ecclesiam S. Martini, qui ita sit francum ut sunt Burgum Tridini, ac Burgum Plebis: ita quod universitas ipsius Burgi has duas ex tribus partibus Comunium, et domini aliam tertiam, et portiones Comunitatis non possint alienari, nisi usque ad bubulconiam unam pro celoria, cum dimidia unicuique manualium, et sub aliis pactis.

Bis. t. I, *f.* 195-430 — t. III, *f.* 20 — t. IV, *f.* 180.

1256 — 12 *Decembris*

Concordia inter Comune Vercellense, et dominos Odonem, ac Iacobum f. q. Petri Comitis Maxini, qua hi promittunt facere guerram statim ac requisiti fuerint infra 15 dies de tota eorum familia, ac omnibus Castris, et villis eorum contra quoscumque inimicos Comunis Vercellensis salvo quod non sint obbligati ire cum exercitu contra Episcopum Hiporegiensem, ejusque castra, et villas restrictive, ita ut non intelligantur Civitas Hiporediæ, et Vassalli citra, et ultra Duriam, et Padum: nec contra Imperatorem, Episcopum Taurinensem, Gothofredum de Blandrate, ac suos heredes Comites Valpergæ, et Episcopum Vercellensem, suosque districtuales tantum, ita quod non intelligantur Vassalli, ac Factores Ecclesiæ, et Episcopatus Vercellarum: nec dare stratam, ac mercatum inimicis Civitatis Vercellensis, ac alia exceptis pactis pro loco Magloni, et ejus fidelitate nuper facta. Comune autem Vercellense promittit ipsos, et suas res defendere, nec imponere eis aliquod fodrum vel bannum, nec exercere jurisdictionem aliquam in eorum locis Maxini, Burgi, Magloni, Cravini, Septimi, et Coxani, nec facere in iis aliquam fortiam, ac transitum eorum mercandiarum, ac victualium per districtum Vercellensem concedere.

Bis. t. I, *f.* 153 — t. IV, *f.* 126.

1256 — 12 *Decembris*

Investitura concessa per Comune Vercellense præfatis dominis de Maxino, pro Castro, villa, et curte Magloni nomine feudi qui juraverunt fidelitatem.

Bis. t. I, *f.* 175 — t. III, *f.* 152. —

1257 — 14 *Iulii*

Iuramentum præstitum in pleno Consilio Comunis Vercellensis per dominos de Blandrate, de servandis antiquis pactis, et conventionibus, constituendo se de novo Cives, et habitatores Vercellarum, ita tamen quod sint immunes ab omnibus oneribus, promittendo facere guerram ad nutum ejusdem Comunis de eorum Castris, et locis, specialiter Vezoni, et Rochæ contra quoscumque. Et Comune Vercellense promittit ipsos defendere, et manutenere in eorum locis, et Castris Montis Orioni, et aliis de quibus olim submissionem fecerant Comuni, et investiti fuerant sub 27 Novembris 1217 rogito Bonivolio Notario. Item et ipsos adjuvare ad recuperandum omnia eorum loca Vallis Sicidæ, tam citra quam ultra a Venzono superius contra eorum homines. Qua promissione attenta, ipsi Comites faciunt donationem Comuni prædicto de mero et mixto imperio, ac jurisdictione quam habent, et habere debent in

hominibus Vallis Sicidæ, et specialiter Mastaloni, Salmatiæ, Peschoni, Calmaschi, et Vallis Uzæ, promittentes ipsa non alienandi etc.

Bis. t. I, *f.* 283 — t. IV, *f.* 306. —

1257 — 29 *Octobris*

Promissio ex parte Comunis Papiensis d. Alberto de Turrixella Potestati Vercellensi facta manutenendi ac defendendi Castrum, sive recetum cum turri ad pontem Padi versus Cuniolium a Marchione Lanceæ, et Casalensibus. — Actum in campis juxta Pontem Padi.

Perg.

1257 — 15 *Decembris*

Præceptum factum per d. Potestatem Vercellensem Nuncio ipsius Comunis, ad hoc ut poneret Comitem Robertum de Cabaliaca, ita petentem in possessionem quarumdam terrarum, sediminum, et jurium in territoriis Cabaliacæ, Castrinovi, et Ropoli consistentium, ab aliis Comitibus indebite occupatarum.

Bis. t. I, *f.* 401 — t. IV, *f.* 462.

1257 — 19 *Decembris*

Intimatio per Stephanum servitorem Comunis Vercellensis facta Petro de Putheo Castaldo, et hominibus qui tenent laborerium dominorum Petri, et Philippi ejus filiorum Comitum Cabaliate de reddendo fictus, quartum, et tertium debitum in territoriis locorum Cabaliate, et Ropoli Comiti Roberto, et ejus fratribus pariter de Cabaliate.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 401 -- t. IV, *f.* 462.

1257 — 19 *Decembris*

Immissio in possessionem ex parte d. Potestatis Vercellensis de terris, et sediminibus detentis per dominos Petrum, et Philippum patrem, et filium ex Comitibus Cabialiate favore d. Roberti, et fratrum pariter Comitum Cabaliate.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 402 — t. IV, *f.* 463.

1258 — 10 *Ianuarii*

Citatio contra omnes habere jus prætendentes in bonis Petri, et Philipponi de Barletariis, ad quam comparuit d. Robertus ex Comitibus Cabaliate pro juribus suis.

Bis. t. I, *f.* 401 — t. IV, *f.* 463.

1258 — 22 *Ianuarii*

Confirmatio in vim statuti facta per Comune Vercellense de credito librarum octuaginta papiensium in bonis sitis in territoriis Ropoli, Castrinovi, et Cabaliate, spectantibus dominis Petro, et Philippone patre, et filio de Castro novo, quod creditum proveniebat ex represaliis factis per ipsos Petrum, et Philpponem de trentonariis quatuor pecudum Comitis Uberti f. q. Comitis Henrici de Cabaliate tempore discordiarum inter Civitatem, et ipsos Petrum, et Philipponem facultatem dando eidem Comiti super fructibus dictorum bonorum.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 402 — t. IV, *f.* 464.

1258 — 30 *Ianuarii*

Publicatio bonorum prædictorum Petri, et Philipponis pro creditoribus eorum.

Bis. t. I, *f.* 402 — t. IV, *f.* 463.

1258 — 7 *Februarii*

Præceptum d. Potestatis Vercellensis Antonio de Pancherio Notario authenticandi, et in publicam formam redigendi Instrumentum fidelitatis diei 6 Aprilis 1218.

Bis. t. II, *f.* 61 — t. III, *f.* 148.

1258 — 8 *Februarii*

Aliud præceptum ut supra authenticandi juramenta fidelitatis præstita per diversos homines Fraxenelli erga Comunia Alexandriæ, et Vercellarum diei 6 Aprilis 1218, et operam dandi ut ipsa concordia servetur.

Bis. t. II, *f.* 61 — t. III, *f.* 147.

1258 — 10 *Februarii*

Protestatio cum interpellantia facta per dominos Ioannem de Tizonibus, et Petrum Maunzanum Sindicos, et Nuncios Comunis Vercellensis d. Martino de Scaphinatis Iudici, et Assessori domini Montonarii Porcæ Potestatis Casalis S. Evasii in plena Credentia ejusdem loci de observandis antiquis conventionibus, et pactis quæ Casalenses tam in communi, quam in particulari habent cum Civitate Vercellensi, et manutenendi jura, quæ habet Ecclesia S. Eusebii, Ecclesia S. Stephani, et Hospitale Scotorum in ipso loco: cui responsum datum fuit quod si Civitas habebat aliquas conventiones, servaret equidem sibi, nam Comune Casalis nihil habebat cum ipsa Civitate, coram eodem Iudice

comparitura, si aliquid juris ostendere volebat: ita et Ecclesia, ac hospitale.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 335 — t. IV, *f.* 375.

1258 — 11 *Februarii*

Præceptum factum ex parte Comunis Vercellensis hominibus d. Ioannis de Sala habitantibus in Sancto Georgio, ut juramentum fidelitatis Comuni Vercellensi præstarent: cui responsum dederant velle prius alloqui suis dominis, et vicinis suis.

Bis. t. II, *f.* 60 — t. III, *f.* 146.

1258 — 11 *Februarii*

Aliud præceptum ut supra factum dominis Bonifacio Cute, et Iacobo Advocato ad hoc ut una cum eorum Consortibus facere fidelitatem deberent Comuni Vercellensi pro locis Ruxignani, Sellarum, et Fraxinelli cui consenserunt, dummodo Comune erga ipsos faciat, et observet id ad quod tenebatur.

Bis. t. II, *f.* 60 — t. III, *f.* 147.

1258 — .... *Martii*

Testimoniales transumpti ex libro Clavariæ Comunis Vercellensis ejusdem anni, solutam fuisse per ipsum Comune d. Nicolino Chararia Potestati Piveroni pro ipso Comuni summam librarum quatuor Papiensium in compensationem pro duobus servientibus missis per Comune Piveroni, in servitiis Civitatis ad Bastitam Castrinovi.

Perg. — Bis.

1258 — 29 *Novembris*

Renovatio juramenti Societatis, et Fraternitatis per Comune Papiense in manibus dominorum Ioannis de Tizonibus, et Petri de Maunzano, Sindicis, et Nunciis Comunis Vercellensis.

Perg.

1258 — 10 *Decembris*

Deliberatio Consilii Comunis Vercellensis super permutatione facienda cum Monasterio Mulegii pro facienda quadam via nova in quibusdam possessionibus ejusdem Monasterii, loco dicto ad muraciam, loco alterius viæ periculosæ itinerantibus propter innundationes aquæ Corneliæ: quam veterem viam cum jure ipsius aquæ cedit Comune Monasterio præfato, prout conclusum fuit, et per Potestatem jussum Germano de Freapanis decretum authenticandi.

Bis. t. II, *f.* 15 — t. III, *f.* 72.

1258 — 27 *Decembris*

Relatio Stephani servitoris Comunis Vercellensis, posuisse Comitem Robertum de Cabaliate in possessionem fructuum, prædiorum super finibus Ropoli, Cabaliate, et Castrinovi existentium, et possessorum per dominos Petrum, et Philipponem patrem, et filium Comites Cabaliate usque ad integram solutionem debiti librarum octuaginta papiensium, de quibus ipse Comes Robertus erat creditor. Quam deinde sub 31 Decembris approbavit d. Albertus de Turixella Potestas Civitatis Vercellensis, per instantiam sub 15 Decembris 1257 factam ab ipso Comite Roberto de d. Arneria de Cabaliate, suo, et nomine fratrum suorum.

Perg. — Bis. t. II, *f.* 401 — t. IV, *f.* 462.

1250 — 29 *Martii*

Conventio, et ordinamenta facta inter Comune Vercellense, et Comune Novariæ de servanda pace inter utrumque Comune, salvis concordiis inter Comune Papiense, et Comune Vercellense, ac inter Comune Mediolanense, et Comune Novariense, jam initis pro pace tenenda.

Bis. t. I, *f.* 245 — t. IV, *f.* 251.

1259 — 29 *Martii*

Concordia inter Comune Vercellense, et Comune Novariæ occasione hominum Blandrate communium inter ipsas Civitates: qua conveniunt dividere ejus territorium æqualiter inter se, cum omni honore, jurisdictione etc.. ita tamen quod homines fruantur suis possessionibus, prout actualiter fruebantur; nec licitum sit cuique ex ipsis Comunibus in eorum parte ædificare fortalitium aliquod.

Bis. t. I, *f.* 280 — t. IV, *f.* 301. — Pact. *f.* 90.

1259 — 31 *Martii*

Deputatio Procuratorum per Comune Vercellense ad recipiendum a Comuni Novariæ ratificationem divisionis territorii, et hominum Blandrate, ac ratihabitionem pacis factæ apud Papiam sub 29 Martii 1259 prout in instrumento recepto per Rodulphum Notarium.

Bis. t. I, *f.* 242 — t. IV, *f.* 249.

1260 — 21 *Aprilis*

Consignamentum factum per homines Crepacorii domino Brunaxio de Crepacorio possessionum quas ipsi tenent in territorio ejusdem loci, et Postuæ.

Bis. t. II, *f.* 203 — t. III, *f.* 218.

1260 — 17 *Iulii*

Acceptatio per Credentiam Vercellensem in Cives, et pro habitatoribus de persona Henrici Guercii de Confaloneriis, aliorumque ejus fratrum de Villata, qui juraverunt Citadinaticum, et emere domum de libris 100 in ipsa Civitate pro observantia, ac facere guerram pro Comuni Vercellensi; salvo contra Imperatorem, et Civitatem Papiæ, ac districtuales ejusdem.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 28-311 — t. IV, *f.* 842.

1260 — 24 *Iulii*

Mandatum speciale Comitis Ruffini de Blandrate in personam d. Guideti ejus filii, ad tractandum, et conveniendum cum Comuni Vercellensi circa eorum terras, et jurisdictionem Vallis Sesiæ, prout convenerunt alii Comites Blandrate.

Perg. — Bis t. I, *f.* 251 — t. IV, *f.* 263.

1260 — 25 *Iulii*

Aliud mandatum d. Comitis Uberti f. q. Comitis Othonis de Blandrate in personam Comitis Guilielmi q. Comitis Guidonis, et Guidetum filium d. Comitis Ruffini ad tractandum ut supra.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 251 — t. IV, *f.* 264.

1260 — 6 *Augusti*

Renovatio juramenti pactorum, et conventionum initorum de anno 1231 27 Ianuarii, inter Comune Vercellense, et Comune Iporediæ cum quibusdam adjectionibus.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 30.

1260 — 6 *Augusti*

Iuramentum fidelitatis præstitum per Comune, et homines Hiporegiæ Comuni, et hominibus Vercellarum prout tenebantur ex antiquis pactis, et specialiter ex instrumento 13 Decembris 1181 ibidem extenso, salva fidelitate Imperio, et Episcopo, ac Ecclesiæ Hiporediensi, et deinde Comune Vercellense ipsos investivit de Castro S. Urbani, et Bolengi.

Bis. t. I, *f.* 28 et 32 — t. II, *f.* 368-390.

1260 — 7 *Augusti*

Renovatio conventionum inter Civitatem Vercellensem, et Comites Guilielmum q. Comitis Guidonis etiam Comitis Guideti ejus fratris, Guidonem filium Comitis Ruffini nomine patris sui, et ambo uti pro-

curatores Comitis Uberti f. q. Othonis omnes de Blandrate, prout alias initæ fuerunt cum Comitibus Gocio, Othone, Guidone, et Obizone de Blandrate anno 1217, Octobris 28, renovando ipsi eorum civilitatem, et habitaculum, ac subponendo se fodro librarum quinquecentum papiensium cum omnibus eorum hominibus Vallis Sicidæ, qui solvent fodrum de libris mille papiensium sub obligatione remittendi in fortiis ipsius Comunis ad omnem requisitionem eorum Castra Robialli, Venzoni, et Rochæ, nec ponendi Rectorem in Valle Sicida, nisi sit civis Vercellensis.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 251 — t. IV, *f.* 264.

1260 — 7 *Augusti*

Remissio fodri librarum quinque centum per annum unum facta per Comune Vercellense præfatis Comitibus, et eorum hominibus Vallis Sicidæ, eo pacto quod solvent stipendia decem servientibus, quos Comune intendebat ponere in Castro Robialli incipiendo statim ac ponat Castellanum in ipso Castro.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 153 — t. IV, *f.* 266.

1260 — 21 *Augusti*

Præceptum per d. Henricum de Cerreto Comitem Palatinum Lumelli, Potestatem Vercellensem, Notario Roglerio factum authenticandi instrumentum 1 Maii 1218.

Bis. t. IV, *f.* 365.

1260 — 31 *Augusti*

Aliud præceptum authenticandi instrumentum 25 Aprilis 1218.

Bis. t. IV, *f.* 364.

1260 — 28 *Novembris*

Aliud Raimondo Notario factum authenticandi consignamentum factum per d. Albertum Comitem S. Martini, de poderio, quod tenet a Comuni Vercellensi in feudum in loco, et territorio Castelleti.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 391 — t. IV. *f.* 430.

1260 — 28 *Novembris*

Investitura per Comune Vercellense concessa d. Comiti Alberto d. S. Martino de Canepicio de loco, curte, et territorio Castelleti in feudum prout tenebant sui antecessores: ita tamen, quod hæc non præjudicet franchigiæ, et privilegiis concessis Burgo franco ejusdem Castelleti.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 385 — t. IV, *f.* 442.

1261 — 17 *Maii*

Procura per Iacobum, Nicolaum, Ioannetum, et Silenum, omnes de Siliis eorum nomine, et cæterorum de parentela in personam d. Zavatarii de Strata, Potestatis Vercellensis, uti civis Papiensis, ad tractandum, et arbitrandum super quæstione, quam habent cum Comuni Vercellensi ratione cujusdam crediti librarum quinque milium sexcentum viginti quinque papiensium.

Die 20 Maii aliud mandatum ad eamdem causam per Consiliarios Comunis Vercellensis in eumdem Zavatarium.

Dein 26 Maii sententia lata per dictum arbitrum, qua condemnat Comune ad solvendum præfatam summam, scilicet libras quinque centum per annum usque ad complementum, compensatis tamen fodris debitis per ipsos de Siliis, uti cives Vercellenses.

Perg.

1261 — 6 *Octobris*

Conventio inter Comune Vercellense, et d. Guilielmum Marchionem Montisferrati, nomine etiam ejus hominum de Monferrato, et dominorum de S. Sebastiano ejus seguacium, exclusis Comitibus Canepicii qui in hanc concordiam non venerunt ad evitandas rapinas hinc inde evenientes.

Acquisit. lib. I, *f.* 186.

1261 — 12 *Novembris*

Compromissum factum in Palatio novo Civitatis Papiensis in Consilio mille Credendariorum convocatorum, parte Salvii de Ottonibus, et Brunonis de Scaldasole, Misclono de Garlasco, Oliverio, et Engilerio fratribus de Ysembardis, Iordano, Alberico, et Ugone fratribus de S. Mauritio omnibus civibus, et districtualibus Papiæ in personam d. Zavatarii de Strata Potestatis Vercellensis, uti privatæ personæ, et Civis Papiensis ad componendas omnes differentias cum Comuni Vercellensi.

Perg.

1261

Particula fodri denariorum undecim pro libra impositi per Comune Vercellense, et adhuc exigendi a nobilibus de Parte Pusternæ inter quos numerantur Comites de Langosco.

Bis.

1262 — 16 *Februarii*

Investitura concessa per Comune Vercellense Rainerio f. q. Ottobo-

nis de Burolio juxta tenorem alterius concessa olim sub 28 Decembris 1223 dicto q. Ottoboni f. q. Benedicti de Benedictis, et q. Henrico ibidem relatæ de locis Burolii, Bolengi, Poerni, Sesani, Bagnolii, turris, domigioni, sediminum etc.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 438 — t. II, *f.* 307-387 — t. III, *f.* 32.

1262 — 12 *Maii*

Protestatio Rainerii f. q. Ottoboni q. de Benedicto de Burolio erga Comune Vercellense, quod non intendit se, et suos homines locorum prædictorum subtrahere a jurisdictione ejusdem Civitatis tam in fodris, dacitis, cavalcatis, quam in aliis ad jurisdictionem spectantibus, sed juxta dispositum in investitura 28 Decembris 1223 stare velle.

Bis. t. I, *f.* 435 — t. II, *f.* 326-389 — t. III, *f.* 27.

1262 — 22 *Septembris*

Venditio Comuni Vercellensi facta per quosdam dominos Rodobii, et Palestri de omni jurisdictione, honore, districtu, et juribus omnibus, in Castro, loco, et territorio Conflentiæ, et in curtibus, et locis S. Mariæ de Lanzello, et S. Ursi cum terris, vineis, pascuis, paludibus, et sediminibus ibidem descriptis, quæ omnia sunt quarta pars jurisdictionis, et contilis ipsius loci Conflentiæ, et dictarum Ecclesiarum, eorumque curtium, pretio librarum viginti papiensium, sub pacto quod per hanc venditionem præjudicari non intelligatur conventionibus inter ipsas partes jam initis.

Bis. t. I, *f.* 14.

1262 — 23 *Septembris*

Missio in possessionem favore Comunis Vercellensis de præfatis juribus, et rebus in Conflentia, et territoriis Ecclesiarum S. Mariæ de Lanzano, et Ursi ei venditis.

Bis. t. I, *f.* 16.

1263 — 17 *Ianuarii*

Responsio Rainerii de Burolio, virtute præcepti per d. Potestatem Vercellensem ei facti, se esse hæredem patris sui in feudalibus tantum, non in allodialibus.

Bis. t. I, *f.* 434 — t. III, *f.* 26.

1263 — 14 *Februarii*

Procura dominorum Comitum, et Castellanorum Canapicii, eorumque

hominum, locorum existentium sub Potestaria d. Guilielmi de S. Georgio Potestatis Canapicii, ipso approbante, scilicet dominorum Rainerii de Mazadio et..... in personam dominorum Comitum Bonifacio de S. Georgio, Ioannis, et Henrici de Riparolio, et Petri de Valperga, ad tractandum cum consilio d. Friderici Comitis S. Martini, et conveniendum cum Comunibus Vercellarum, Papiæ, et Yporediæ, pro conservatione ipsorum Comitum Canapicii, et pro ejiciendis Barneriis de eorum ditione Castris, et terris, quæ sunt Mazadium, Caluxium, Candia etc. singillatim nominata.

Perg.

1263 — 11 *Martii*

Capitula conventionum inter Comune Vercellarum nomine etiam Papiensis, et Hiporegiensis ubi jurare voluerint ipsorum observantiam, et præfatos Nuncios Comitum, hominum, et Universitatis Canapicii subjectos Potestariæ d. Comitis Guilielmi de S. Georgio.

Perg.

1263 — 24 *Aprilis*

Iuramentum præstitum pro observantia præfatorum Capitulorum, per infrascriptos subjectos Potestariæ dicti Comitis, ut supra congregatos in Ecclesia S. Georgii: qui sunt domini Guilielmus de S. Georgio Potestas Canapicii, Odo ejus frater, Bonusjoannes de Tronte, Rainerius de Mazadio, Gothofredus eius nepos, Philippus de Strambino, Guilelmus de S. Martino, Henricus de S. Martino, Reolphus de Orio, Bastardus de Valperga, Iordanus de Rocha, Petrus de Strambinello, Manfredus de Aliate, et Raimondus de Montalenghe. Die 30 Aprilis in loco S. Martini, testibus d. Friderico de Tronte, et Iacobo de Raimondo juraverunt 54 homines Petrosæ, et Merani de Castellania S. Martini; item 34 homines Gualfredus de eadem Castellania, et domini Gualfredus, et Iacobus fratres, Fridericus filius ejusdem d. Gualfredi, Martinus, et Robaldus fratres, Guilelmus, et Henricus fratres ex dominis de Romano, et 48 homines ejusdem loci Romani.

Item 27 Aprilis 111 homines Mazadii, et die 1 Maii 37 homines loci Baivi: nec non domini Hubertus, et Petrus fratres, et d. Peroninus ejusdem loci Baivi; ac 123 homines Castrimontis, et domini Hubertus de Brezio, Raimundus de Arate, Bonifacius de Felixio.

Item 32 homines Olzeniæ: 31 Turris: et dominus Hubertus de eodem loco. — Item 13 homines Baldiserii; 100 Cucilii, 22 Cichami: 26 Baroni: 70 S. Georgii: 40 Luxiliaci: 22 Calziate: 13 Chalenghis de Castellania Gualpergæ.

Die 4 Maii juraverunt 73 homines loci Cormiane: 49 Valpergæ: 233 Riparolii: 196 Caluxii: 25 Mazaelli: 158 Scaramagnæ: 191 Strambini: 48 Marzanasci: 30 de Aliate.

Item die 5 Maii juraverunt domini Guido de Valperga, Thomas de Turri, Hubertus de Castronovo, Manfredus de Brozio, Manfredus de Montalengo, Bonifacius de Castronovo, Ardicio de Castromonte, Henricus de Castromonte, et Petrus de Camania.

Item 34 homines Trontis: 122 Candiæ: 44 Montalengi: 17 Musolii: 56 Orii.

Perg.

1263 — 1 *Maii*

Quitatio Comitis Guilielmi de Blandrate erga Comunitatem Vercellarum de libris quadraginta papiensium ei datis pro compensatione quarumdam rerum deperditarum in Castro Venzoni, et per ipsum Comitem Castellano consignatarum.

Bis. t. II, *f.* 42 — t. III, *f.* 116.

1263 — 23 *Maii*

Sententia lata per d. Leonardum de Ostiolo Iudicem, et Consulem Iustitiæ Vercellarum in favorem Comunis contra Abbatem S. Stephani prætendentem sibi spectare Turrim Portæ S. Stephani.

Perg.

1263 — 31 *Augusti*

Investitura concessa per Comune Vercellense d. Henrico f. q. Alberti Comitis de S. Martino de Canapicio, in feudum de castro, loco, et jurisdictione Castelleti: pro qua juravit fidelitatem in manibus d. Guidonis Scassi Potestatis ejusdem civitatis: pacto apposito quod hæc præjudicare non debeant constitutioni Burgi Castelleti in Burgum francum per Comune Vercellense factæ.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 383 — t. IV, *f.* 439.

1263 — 11 *Octobris*

Quitatio favore Comunis Vercellarum ex eo quod solverat totum id quod ordinaverant domini Thomas de Gorzano Potestas Papiæ, et Buzinus de Titionibus, Potestas populi Vercellensis: arbitri in quæstionibus inter ipsam Civitatem, et dominos Giroldum, et Ugocionem fratres de Cruxinallo nomine etiam Aymerioti eorum Nepotis f. q. domini Aymerici pro Castro Auxiliani.

Perg.

1263 — 15 *Octobris*

Liberatio facta per d. Thomam de Gorzano Potestatem Papiæ de Nicoloto filio d. Uberti Longurii de Bondono, Gualino f. d. Iacobi de Tizonibus, et Gulielmoto f. d. Tixii de Arborio detentis in Civitate Papiæ, pro obsidibus Civitatis Vercellensis occasione quæstionis Auxiliani.

Perg.

1263 — 19 *Decembris*

Prorogatio concessa per d. Potestatem Vercellensem Rainerio de Burolio ad solvendum fodrum Civitati debitum.

Bis. t. I, *f.* 434 — t. III, *f.* 26.

1264 — 7 *Aprilis*

Investitura per Comune Vercellense facta dominæ Richæ Rectrici, et Ministræ sororum Pœnitentiæ de medietate unius domus, orti, canevæ, et porticus.

Bis. t. I, *f.* 204 — t. IV, 192.

1264 — 1 *Iunii*

Consignamentum Potestati Vercellensi factum per nonnullos de Crepacorio, et Postua de possessionibus quas tenebant in curia dicti loci Postuæ.

Bis. t. II, *f.* 205 — t. III, *f.* 320.

1264 — 21 *Septembris*

Emptio domus in vicinia S. Gratiani per Petrum de Miralda nomine Comunis Vercellensis, a Nicolao de Auxiliano, et Iacobo ejus Nepote pretio librarum quinquaginta quinque papiensium.

Perg.

1264 — 17 *Octobris*

Promissio jurata Guilielmi de Monte Astructo observandi conventiones, et pacta erga Comune Vercellense emissa per ipsum, et patrem suum.

Bis. t. II, *f.* 267 — t. III, *f.* 158.

1264 — 2 *Decembris*

Permutatio facta inter Comune Vercellense, et Monasterium Mulegii in executionem Ordinati sub 10 Decembris 1258.

Bis. t. II, *f.* 16 — t. III, *f.* 72.

1265 — 21 *Februarii*

Receptio in Cives per Comune Vercellense facta favore fratrum de Ripis hoc postulantibus: se ipsos submittendo fodris, et oneribus, aliis Civibus imponendis: salvo quod nihil solvere debeant pro rebus suis extra jurisdictionem Vercellensem existentibus: nec molestari possint pro debitis præteritis.

Bis. t. I, *f.* 411 — t. IV, *f.* 475.

1265 — 12 *Aprilis*

Sententia interlocutoria lata per Potestatem Vercellensem in contestatione exactionis fodri Vercellensis contra Girardinum Cazulum de Auxiliano excipientem se non teneri ad solvendum ipsum ex eo quod esset homo Episcopi: qua pronuntiatur debere informationes sumi de qualitate ejus possessionum.

Bis. t. I, *f.* 399 — t. IV, *f.* 460.

1265 — 20 *Iulii*

Præceptum Potestatis Vercellensis Ruffino Notario factum, authenticandi confessionem emissam per Girardinum de Cazulo se tenere varia sedimina, et terras in finibus Pertengi, Auxiliani, et Saletæ, ac in curia Vercellensi sub cohærentiis prout designantur.

Bis. t. I, *f.* 400 — t. IV, *f.* 461.

1265 — 7 *Augusti*

Procura Abbatis, et Monasterii Lucedii ad transigendum prout in ipsa.

Bis. t. I, *f.* 397 — t. IV, *f.* 457.

1265 — 29 *Augusti*

Citadinaticum concessum per Comune Vercellense Ioanni de Brixia, qui se subposuit fodro, et aliis oneribus solitis solvi per alios cives.

Bis. t. I, *f.* 398.

1265 — 12 *Septembris*

Sententia lata per Potestatem Vercellensem contra quosdam homines Peronaschæ prætendentes se immunes a fodro civitatis ex asserto privilegio vigore statuti 8 Martii 1265 ejusdem Comunis, quo condemnantur solvere debere excepto pro quinque annis eisdem concessis per privilegium.

Bis. t. I, *f.* 410 — t. IV, *f.* 473.

Alia sententia contra quosdam alios de eodem loco propter eamdem causam.

Bis. t. I, *f.* 410 — t. IV, *f.* 473.

1265 — 23 *Novembris*

Deliberatio Credentiæ Comunis Vercellarum super requisitione facta per d. Philippinum de Monteforte, suo, et nomine Ecclesiæ Romanæ, ac Caroli regis Apuliæ, scilicet quod Potestas, et Comune deberent facere idem sacramentum quod fecerat Comune Mediolanense erga dictam Ecclesiam Romanam, et Regem Siciliæ: et similiter facere deberent erga Comune Mediolani, et Novariæ, prout et iidem facient. Item super eo quod Potestas cum consilio Episcopi, et sapientum posset mittere Oratores ad Civitatem Mediolani, et alibi pro utilitate ejusdem Comunis. Super quibus conclusum fuit concurrere debere in societate, et fraternitate Ecclesiæ Romanæ, et Regis Siciliæ sub diversis conditionibus, inter quas hanc adjecit d. Ioannes de Advocatis quod dictus Philippus debeat instare apud Regem ut mittat Milites, et balistrerios in servitio Comunis Vercellensis.

Bis. t. I, *f.* 398 — t. IV, *f.* 458.

1266 — 7 *Februarii*

Conventio inter Comune Vercellense, et d. Bonsignorium de Arborio qua ipse constituit se Civem Vercellensem pro se, et hæredibus suis: et Comune ei promittit absolvere eum ab omnibus oneribus civium, salvo in cavalcatis: et si aliqua guerra foret contra Comune Novariæ, non erit obligatus guerram facere, nec suum castrum, seu recetum in regione Cerreti remittere Comuni Vercellensi. Et si ipsæ Civitates devenerint ad divisionem Blandrate, vel ad alia pacta, quod habitatores dicti receti obligari non possint ad habitandum in aliquo Burgo facto, vel fiendo, sed debeant remanere in eodem statu prout sunt.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 494 — t. IV, *f.* 453.

1266 — 10 *Februarii*

Pronunciatio d. Episcopi Vercellensis ex facultate ei concessa per Credentiam Comunis ibidem in Palatio Episcopali coadunatam, super differentiis inter d. Philippum q. Petri de Castronovo, ac Comune Cabaliate pro facto quarumdam terrarum, et honorantiarum, quas petebat ab ipsis hominibus: super quo ordinavit debere ipsum Comitem Philippum de Cabaliate habere possessiones, et honorantias prout fruebatur

q. pater suus ante constructionem Burgi Cabaliate: salva franchisia ipsi Burgo per Comune Vercellense concessa.

Bis. t. II, *f.* 70 — t. III, *f.* 162.

1266 — 12 *Februarii*

Ordinatum Comunis Vercellensis restituendi valorem rerum, et mobilium ammissorum per Potestatem, et ejus familiam, quando Papienses de mense Ianuarii intraverant Civitatem Vercellensem.

Bis. t. I, *f.* 409 — t. IV, *f.* 472.

1266 — 21 *Februarii*

Conventio ex interpositione d. Martini Episcopi, et Comitis inter Comune Vercellense, et pro eo dominos Alcherium de Conchorezio, Iacobum Poronzonum, Antonium de Pariotico, et Ubertum Cacatoxicum Rectores Civitatis, cum interventu etiam d. Guilielmi de Advocatis Potestatis Populi, et d. Guidoni de Rodobio Potestatis societatis ex una parte, et d. Philippum f. q. domini Petri Comitem Cabaliate, qua liberatur ab omnibus debitis præteritis, et ad honorem, et jus Civitatis restituitur, cum exemptione a fodris per annos decem, et sub promissione solvendi ei, pro certis damnis, libras mille quinquecentum papiensium in tribus annis.

Perg. -- Bis. t. II, *f.* 70 -- t. III, *f.* 163.

1266 — 27 *Februarii*

Procura facta in Curia Mediolani per Iacominum de Saxina ad quitandum Comune Vercellense de toto eo, quod amiserat in ingressu Papiensium in eadem Civitate nuper secuto.

Bis. t. I, *f.* 298 — t. IV, *f.* 258.

1266 — 5 *Martii*

Alia quitatio ut supra per diversos, ex qua arguitur occupationem Vercellarum per Papienses factam fuisse die Veneris 29 Ianuarii hujusmet anni.

Bis. t. I, *f.* 396 — t. IV, *f.* 456.

1266 — 10 *Martii*

Concessio facta per d. Iacobum de Carisio, et Ionzelinum Notarium Deputatos per Comune Vercellense ad dandum nomine ejusdem Civitatis terras, et bona de Malezardis, de possessionibus, quæ erant d. Iacobi de Titionibus, sive Buzini ejus fratris, pluribus particularibus ibi

designatis, ad fictum dandum per singula instrumenta; in unica tamen carta.

Perg.

1266 — 13 *Martii*

Conventio ad honorem S. Romanæ Ecclesiæ, Caroli Regis Siciliæ, et Guilielmi Marchionis Montisferrati, ac eorum partis, nec non Civitatum Mediolani, Vercellarum, et Novariæ, eorumque partis, inita inter ipsum Marchionem Montisferrati nomine ejus partis, ac d. Neapoleonem pro se, et domo sua, ac populo Civitatis Mediolani, nec non pro Comuni Vercellarum, et Comuni Novariæ, eorumque parte: ex forma cujus, ipse Neapoleo Potestas Mediolanensis promittit defendere terram ejusdem Marchionis quam habet, et acquisierit ultra Padum, et Duriam in provincia Longobardia, et specialiter in Alexandria, et Terdona, salvis juribus Ecclesiæ, et Archiepiscopi, ac aliarum Ecclesiarum Mediolani, ac Ecclesiæ, et Episcopi Vercellensis, et juribus Mediolanensis in eorum debitoribus de Alexandria, et Terdona. Item quod ipsæ Civitates dabunt ei milites ducentum cum equis duobus pro singula, per menses duos quolibet anno ad ejus nutum: et facient guerram contra ejus inimicos. Viceversa d. Marchio promittit custodire, et defendere ipsas Civitates, et quidquid acquisierint in provincia Lombardia citra Padum, et Duriam ab Iporedia infra, ita tamen quod ultra ipsos limites nihil acquirere possint, excepto Castro Montis Astructi. Item promittit dare negotiatoribus stratam securam veniendo a Civitate Genua et alibi; dummodo solvant pedagia antiqua: et illam prohibebit Papiensibus.

Et hæc omnia salvis concordiis inter dominos de la Turre et ipsas Civitates, ac concordiis inter ipsum Marchionem, et Regem Siciliæ, et Comitem Provinciæ. — Actum in Ecclesia S. Andreæ Vercellarum.

Bis. t. I, *f.* 100 105.

1266 — 14 *Martii*

Quitatio favore Philippi de Montonario Sindici Comunis Vercellarum facta per d. Guilielmum Marchionem Montisferrati de libris quinquecentum papiensium ad computum librarum 3000 ei promissarum per Comunia Mediolani, Novariæ, et Vercellarum.

Perg.

1266 — 19 *Maii*

Appellatio interposita per Roglerium Ferrarium a sententia lata in favorem Comunis Vercellensis, in causa cujusdam fictus prati positi in curte Vercellensi ad Plobetum.

Bis. t. I, *f.* 468 — t. IV, *f.* 471.

1266 — 5 *Iunii*

Procura facta ab uxore q. Paganini Potestatis Vercellensis ad exigendum salarium ei debitum per Comune ipsius Civitatis.

Bis. t. I, *f.* 400 — t. IV, *f.* 461.

1266 — 25 *Augusti*

Confessio facta per Roglerium de Ferrariis se recepisse a Comuni Vercellensi fictum cujusdam prati in Curte Vercellina de quo lis fuerat, et a sententia appellaverat.

Bis. t. I, *f.* 407 — t. IV, *f.* 469.

1266 — 3 *Septembris*

Quitatio nomine Monasterii S. Mariæ de Lucedio favore Comunis Vercellensis de quadam summa pecuniarum.

Bis. t. I, *f.* 408 — t. IV, *f.* 470.

1267 — 6 *Martii*

Appellatio ad summum Pontificem per Comune Vercellense interposita a quadam sententia excomunicationis lata per d. Henricum Præpositum Derthonæ, ac Priorem S. Bubonis Vigneriæ contra quosdam Cives ejusdem Civitatis pro facto Comunis.

Perg.

1267 — 30 *Aprilis*

Concordia inter Comune Vercellense, et dominos Oddonem, et Iacobum f. q. Petri de Maxino, qua isti promittunt facere guerram pro se, et eorum hominibus, et terris, ac exercitum ad omnem requisitionem Vercellensium contra quoscumque tam citra, quam ultra Duriam, et Padum, salvo Episcopo Iporegiensi tantum, et excepto contra Imperatorem, Episcopum Taurinensem, Goffredum de Blandrate, et Comites Valpergiæ, nec non contra Episcopum Vercellensem, et districtuales tantum, ita ut non intelligantur Vassalli, et Agentes Ecclesiæ Vercellensis. Et salvis conventionibus, et juramento fidelitatis erga Comune Vercellense contentis in carta 12 Decembris 1256.

Bis. t. I, *f.* 176 — t. IV, *f.* 153.

1267 — 12 *Maii*

Facultas data per Comune hominum Salaschi Petro de Caxinario de eodem loco detrahendi superfluum ultra libras trecentum extimi ipsis hominibus impositi per Comune Vercellense.

Bis. t. II, *f.* 41 — t. III, *f.* 113.

1267 — 12 *Septembris*

Procura Comunis Vercellensis in personam Roglerii Piscis ad agendum coram d. Archidiacono Taurinensi Sedis Apostolicæ delegato in causa appellationis a sententia excomunicationis lata contra Consilium ejusdem Civitatis per Præpositum Ecclesiæ Derthonensis, et Priorem S. Bubonis de Vigneria.

Perg.

1267 — 22.....

Alia procura prout supra.

Perg. aliquantulum corrosa.

1267 — 14 *Decembris*

Quitatio fodri de libris quinquecentum impositi ad rationem solidorum trium pro libra per Comune Vercellense, soluti a d. Philippo de Castronovo f. q. d. Petri Comitis de Cabaliate vigore conventionis initæ sub 21 Februarii 1266.

Perg.

1268 — 12 *Augusti*

Investitura cuiusdam domus in vicinia S. Michaelis per Rectorem ejusdem Ecclesiæ favore d. Iacobi de Miralda facta sub annuo canone solidorum sexaginta papiensium.

Perg.

1268 — 20 *Octobris*

Liberatio per Comune Vercellense facta de quibusdam hominibus Casalis, et Conzani carceratis in Castro Riparum.

Bis. t. I, *f.* 21.

1268 — 1 *Novembris*

Protestatio Comunis Vercellensis erga Arbitros constitutos inter Marchionem Guillelmum Montisferrati, et Comune Iporediæ, ac Comites S. Martini pro facto eorum discordiarum, quod nihil arbitrare vel pronunciare debeat quod sit in diminutionem jurium Comunis Vercellensis in ipsa Civitate, et hominibus Iporegiæ.

Bis. t. I, *f.* 135 — t. IV, *f.* 113.

1268 — 2 *Novembris*

Submissio diversorum hominum Tronzani de stando sub jurisdictione in fodris, et bannis Civitatis Vercellensis prout erant homines Sanctæ

Agathæ, promittendo venire ad habitandum in ipso loco Sanctæ Agathæ. Ideoque Comune præcipit poni in extimo cum mobilibus ejusdem loci, et eos absolvi a pœnis incursis ex eo quod se substraxerant a jurisdictione Vercellensi.

Bis. t. I, *f.* 406 — t. IV, *f.* 468.

1268 — 5 *Novembris*

Submissio ut supra præstita per nonnullos homines S. Agatæ jam subpositos jurisdictioni Ecclesiæ, et Episcopi Vercellensis.

Bis. t. I, *f.* 403 — t. IV, *f.* 464.

1268 — 5-7-23-24 *Novembris*

Submissiones ut supra cum iisdem obligationibus habitaculi præstitæ per Guietum Sartum Fornaxarium, Martinum Trotum, Lanfrancum Fracterium, Aimonem Grisetum, et Ambrosium de Aro.

Bis. t. I, *f.* 403-407-467 — t. IV, *f.* 465 ad 469.

1268 — 23 *Novembris*

Pax, et finis facta a Brunaxio de Crepacorio erga dominos Gualam de Advocatis Quinti Canonicum Vercellensem, et Guilielmum de Albano, eorum nomine, et d. Rainerii de Advocatis Pezanæ Electi Vercellensis, ac fratris Philippi de Advocatis Quareniæ, et d. Philippi de Albano Canonici Vercellensis fidecommissariorum q. d. Martini de Advocatis Quareniæ, de toto eo quod petere posset pro damnis habitis a d. q. Martino Episcopo Vercellensi. Salvo quod in hac remissione non intelligantur Castrum, honores, jura, et possessiones quas tenet ab Ecclesia Vercellensi.

Bis. t. II, *f.* 198 — t. III, *f.* 313.

1268 — 5 *Decembris*

Tregua inita inter Comune, et homines Vercellenses, ac districtuales, et se reducentes in ejus districtu, una cum Mediolanensibus, et Novariensibus se reducentibus in dicto districtu ex una parte, ac Comune, homines, et districtuales Casalis S. Evasii ex altera, una cum Papiensibus, et illis de Monteferrato promittentes se ad invicem non offendere in eorum districtibus, et restituendi carceratos: cum comprehensione ex parte Vercellensium, Laudæ, Bergami, et Terdonæ, ex parte Casalensium, Astæ, Alexandriæ, et Valentiæ.

Bis. t. I, *f.* 336 — t. IV, *f.* 375.

1268 — 9 *Decembris*

Submissio Petri Pastoris de Magnano, Uberti de Biolio, Ioannis Trufaredi habitantium in S. Agatha sub jurisdictione Ecclesiæ Vercellensis, erga Civitatem Vercellarum, in fodris, et bannis.

Bis. t. I, *f.* 403-406 — t. III, *f.* 144 — t. IV, *f.* 465-468.

1268 — 13 *Decembris*

Declaratio cujusdam particulæ apertæ in Instrumento venditionis factæ per dominos Rodobii, et Palestri erga Comune Vercellense de anno 1262, 22 Septembris, scilicet quod intelligatur ipsos habere debere jurisdictionem eamdem in ipsis locis prout habent in Conflentia, et in Curte S. Mariæ de Locello, et Ecclesia S. Ursi, et juxta tenorem veteris concordiæ.

Bis. t. I, f. 21.

1268 — 15 *Decembris*

Submissio Ioannis de Guambello habitatoris in S. Agatha super jurisdictione Ecclesiæ, et Episcopi Vercellarum, jurisdictioni, et fodris Comunis ejusdem Civitatis cum remissione pœnarum propter desertionem commissam.

Bis. t. I, *f.* 404 — t. IV, *f.* 466.

1270 — 12 *Maii*

Deliberatio Credentiæ Comunis Vercellensis super constitutione Burgi franci concessa hominibus Alicis, Meoli, Arelii, Herbarii, et Clivoli: cum eadem franchigia Burgi Tridini: ita ut possint habitare ibidem liberi ab omnibus oneribus dominorum earumdem Villarum, cum pascuis, et nemoribus libere: et sub aliis pactis ibidem expressis: ita quod Comunia ipsarum Villarum constituant unum territorium: sub onere præstandi omni anno Civitati Vercellensi balistras duas de duobus pedibus de Stambuco valoris librarum decem papiensium: et quod non possint alienare sedimina, nisi in habitantibus ejusdem Burgi.

Bis. t. I, *f.* 425 — t. III, *f.* 15.

1270 — 21 *Maii*

Reformatio Consilii Comunis Vercellensis super propositione ædificationis Burgi Clivoli, Alicis, Arelii, Meoli, et Herbarii, et super electione loci ubi ponendi erant ad habitandum homines Azelii: cui provisum fuit quod quatuor ex Sapientibus ire deberent ad decernendum ipsum locum.

Perg.

1270....

Reformatio altera super eo quod proposuerat d. Ioannes de Marcho Castellanus Castri Azelii se non posse ipsum custodire cum quadraginta hominibus tantum, cum muri essent debiles, et bucati in pluribus locis: cui provisum fuit quod d. Vicarius una cum Rectoribus Societatem facerent circa ipsum Castrum, et ejus muramentum, quidquid melius videbitur.

Perg. ut supra.

1270....

Extractum ex libro Consiliorum secretiorum, tempore regiminis d. Neapoleonis de la Turre Potestatis Vercellarum de reformatione super constructione novi Burgi Azelii ultra aquam Tinæ ubi erat designatus, qua ordinatum fuit constringi debere homines Azelii ad ibi ædificandum, et habitandum cum pœnis, et bannis contra illos qui habitarent locum veterem Azelii providendi ei lignamina necessaria in nemore d. Ugonis de Azelio, et ejus uxoris.

Perg. ut supra.

1270 — 8 *Augusti*

Concordia inter Comunia Mediolani, et Vercellarum: qua Mediolanenses promittunt non exigere pedagium in transitu Ticini a Vercellensibus, nec ad Pontem pro medietate ipsis spectante, nec curadiam per totam eorum terram, de qua ipsos Vercellenses investiverunt pro observantia concordiæ nuper initæ, quando Civitas Mediolani restituta fuit, in qua promissum fuerat pacem non faciendi cum Marchione Montisferrati, Comitibus Blandrate, et Cabaliate, ac Papiensibus absque consensu Comunis Vercellensis, et defendendi Episcopum, et Episcopatum Vercellensem, nec recipiendi in Societatem Casalis S. Evasii, nisi cum voluntate Episcopi, et Comunis Vercellarum. Quod et etiam promisit Comune Vercellense.

Bis. t. II, *f.* 78 — I. III, *f.* 176.

1270 — 21 *Augusti*

Quitatio favore Comunis Vercellensis librarum quinquecentum viginti duarum Papiensum per Robertum de Moxo civem ejusdem Civitatis, causam habentem a Ioanneto f. q. d. Iacobi de Sylo ex instrumento fieri rogato per Iacobum Minorem de Carezana 17 Augusti 1269.

Perg.

1271....

Extractus ex libro fodrorum impositorum usque ad sextum annum, regiminis d. Neapoleonis de la Turre Potestatis Vercellarum, finientem hoc anno: in quo est descripta, et in extimo librarum quatuorcentum posita d. Agnes f. q. d. Petri de Bicheriis pro ejus possessionibus in Azelio et alibi.

Perg.

1271 — 2 *Ianuarii*

Statutum Comunis Vercellensis super alienatione bonorum non fienda alienigenis, seu non subditis jurisdictioni ejusdem Civitatis, exceptis locis piis.

Perg.

1271 — 19 *Augusti*

Procura d. Ardicionis f. q. d. Iacobi de Valexia in d. Franciscum ejus fratrem ad conveniendum, et transigendum, quitandum, et pacem faciendam Comuni, et Civibus Vercellensibus.

Perg.

1271 — .... *Augusti*

Alia Procura dominorum Iacobi, et Arderici f. q. d. Guilielmi de Valexia in dominum Ardicionem eorum fratrem ad conveniendum ut supra.

Perg.

1271 — 12 *Septembris*

Ratificatio Petri de Castro-Ponti S. Martini de eo quod tractaverat Percivalius ejus frater cum Comuni, et hominibus de jurisdictione Vercellensi, ac cum Capitulo, Episcopo electo, et hominibus Ecclesiæ Vercellensis.

Perg.

1271 — 12 *Septembris*

Procura specialis dominorum Ardicionis, Guilielmi, Iacobi, Arderici, et Francisci ex dominis Vallexiæ, Percivalli, et Petri de Ponte S. Martini in personam d. Iacobi de domino Aichino Bugellensi ad acceptandam, et ratificandam pacem, et concordiam conclusam pro ipsis cum dominis Petro de Baradello Vicario d. Neapoleonis de Turri Potestatis Vercellarum, Philippo de Colobiano, Iacobo Teta de Arborio, Petro

Pertica, et Ioanne de Porca Ambasciatoribus Comunis Vercellensis, nec non domino Rainerio Electo, et Capitulo Vercellensi, et hominibus ejusdem Ecclesiæ.

Perg.

1272 — 24 *Aprilis*

Investitura concessa per d. Camoxinum q. Ardicionis de Crepacorio, Iacobino Bruxeto de quibusdam peciis terrarum in finibus Crepacorii.

Bis. t. II, *f.* 213 — t. III, *f.* 328.

1272 — 13 *Maii*

Procura Comitis Othonis de Maxino in personam ejus fratris ad renovandum pacta, et conventiones cum Comuni Vercellensi.

Bis. t. I, *f.* 178 — t. IV, *f.* 156.

1272 — 14 *Maii*

Concordia inter Comune Vercellense, et d. Iacobum q. d. Petri de Maxino, qua paciscuntur in totum prout in alia 18 Maii 1224.

Bis. t. I, *f.* 160 — t. IV, *f.* 132.

1272 — 19 *Septembris*

Venditio facta per dominam Agnetem f. q. d. Brexani de Advocatis, et uxorem q. d. Gilii de Mortario Comuni Vercellensi de omni jure ei spectanti in terra, et muro denominato, murum Civitatis cui cohæret Rainerius de Advocatis de Valdengo.

Bis. t. I, *f.* 413 — t. IV, *f.* 476.

1272 — 15 *Novembris*

Extractus ex libro Consiliorum generalium Comunis Vercellensis factorum tempore regiminis d. Neapoleonis de Turri Potestatis ejusdem Civitatis super deliberatione quod homines Azelii ire deberent ad habitandum ultra Tinam ex eo quod d. Abbas S. Andreæ se opponebat, minando etiam excomunicationes, quia locum designatum erat de possessionibus ejusdem Monasterii: cum deliberatione quod d. Vicarius, et Rectores Societatum facerent id quod eis melius videbitur: eo pacto tamen quod locus Azelii remanere debeat destructum.

Perg. 30 Ian. 1340.

1273 — 23 *Martii*

Præceptum Potestatis Vercellensis factum Notario Gastaldo, authen-

ticandi instrumentum 24 Aprilis 1247. Concordia inter Comites Guidonem, et Ubertum de Blandrate ex una, et Comites Ruffinum, et Gothofredum de Blandrate, qua sibi invicem offensas remittendo, promittunt se, et sequaces suos in Valle Sicidæ defendere, et facere guerram specialiter contra Novarienses, et homines Varalis, et alios rebelles Vallis Sicidæ. Item nec alienare res suas inter agnatos, et retinere eorum castra, scilicet Ubertus Castrum Rubialli, Guido Castrum Venzoni, Ruffinus, Guilielmus, et Gothofredus Castrum Rochæ, durante bello cum imperio, Comuni Novariæ, et hominibus Vallis Sicidæ; et componere discordias, quas habent cum Comuni Vercellensi. Et hæc omnia salvis pactis, et concordiis, ac fidelitate Imperio, Ecclesiæ Romanæ, Comuni Vercellensi, et Mediolanensi, et omnibus aliis de eorum agnatione respective.

Bis. t. I, *f.* 289 — t. IV, *f.* 313.

1273 — 22 *Octobris*

Procura d. Nicolai f. q. d. Ioannis de Sylo civis Taurinensis in d. Antonium ejus filium ad exigendum ejus partem cujusdam crediti quod habebat erga Comune Civitatis Vercellensis.

Perg.

1273....

Extractus ex primo fodrorum impositorum tempore regiminis d. Neapoleonis de Turri Potestatis Vercellensis, ejus Vicario existente d. Martino de Bellabucha, sicuti in ipso libro inveniebatur posita in extimo librarum ducentum in loco Azelii d. Agnes filia q. d. Petri de Bicheriis.

Perg. 30 Ian. 1340.

1273 — 28 *Februarii*

Locatio per jugales de Girardo favore Comunis Vercellensis facta de quadam domo, quam ipsi tenebant in emphiteusim ab Ecclesia S. Bartolomei, et in qua solebat pensari granum, et farina consignanda per molendinarios: et hæc pro annis duobus cum dimidio sub fictu annuo librarum sex papiensium.

Bis. t. I, *f.* 412 — t. IV, *f.* 475.

1274 — .... *Martii*

Extractus fodri impositi eodem anno, et mense a Porta Pusternæ, tempore regiminis d. Napoleonis de Turri, sicuti inveniebatur

descripta in loco Azelii d. Agnes, f. q. d. Petri de Bicheriis in extimo librarum quatuorcentum.

Perg.

1274 — 14 *Novembris*

Emptio domus in vicinia S. Mariæ Vercellensis in curte regia, precio librarum centum, et triginta octo papiensium per Ioannem de Moncrivello a dominis Henrico f. q. d. Ardicionis de Ivaco, et Alaxia vidua dicti Ardizonis uti matre, et tutrice dicti d. Ioannis ejus filii.

Perg.

1276 — 7 *Februarii*

Investitura de modiis tribus plantati, ex modiis novem, in regione dicta in Vescobiano concessa per Ministrum S. Mariæ de Ponte Sarvi cum consensu fr. Rainerii de Ugucionibus nomine ejusdem Mansionis, Ioanni Gregorio f. Iacobi de Caminata civi Vercellensi, quorum modiorum trium pax, et finis fecerat Pruicarius Calegarius de Pergamo in manibus Rev. viri Ansaldi Ministri Mansionis Pontis Sarvi: quam quidem investituram fecit duraturam per annos viginti novem sub fictu annuo solidorum triginta papiensium solvendorum in festo S. Michaelis.

Perg.

1277 — 17 *Ianuarii*

Concordia inter Comune Hiporegiense nomine etiam Comitum S. Martini, et Castrimontis, ac Castellanorum Canapicii, eorumque sequacium in hanc consentientium, et Comune Vercellense, ejusque sequaces, qua convenerant quod concordiæ jam initæ sub 28 Martii 1276 receptæ per Guilielmum de Reverdino Vercellensem, et Petrum de Herbis Hiporegiensem, Notarios hæc adjiciantur, vel minuantur. Scilicet capitulo loquenti, de auxilio præstando contra Marchionem Montisferrati, et Advocatos, ac sequaces, adjiciuntur Comites Valpergæ, et S. Georgii, qui erant excepti. Quod Comune Vercellense dimittat suam mediam partem Castri Piveroni Hiporegiensibus, qui nihilominus teneantur ad fidelitatem pro feudo quod habent a Civitate Vercellensi. Item quod Comune Vercellense debeat dare libras trecentum imperialium, et plus, prout dixerit d. Tixius de Arborio durante præsenti bello Marchionis Montisferrati, pro guarnimento Castrorum, et fortalitiorum expendendas.

Bis. t. I, *f.* 34.

1279 — 3 *Septembris*

Investitura per viduam q. Brunaxii de Crepacorio una cum filiis suis,

et consensu affinium favore Guidoti de Ripa facta de sedimine uno in Postua, cum quinque peciis terræ, boschi, castagneti, et zerbidi per annos quindecim sub fictu solidorum duodecim papiensium annuatim.

Bis. t. I, *f.* 195 — t. III, *f.* 311.

1279 — 3 *Septembris*

Redemptio venditionis de præfatis rebus facta per viduam Brunaxii de Crepacorio ab ipso Guidoto de Ripa media restitutione librarum sexaginta papiensium infra annos quindecim.

Bis. t. II, *f.* 196 — t. III, *f.* 312.

1280 — 16 *Martii*

Condemnatio per Iudicem Civitatis Hiporediæ Ioannis Molexini in solidos quindecim imperialium erga magistrum Archerium pro causis ibidem expressis.

Bis. t. II, *f.* 371.

1281 — 27 *Maii*

Sententia lata per Iulianum de Cremona, et Ulricum Caspum super controversia vertente inter d. Aymonem Episcopum, et Comitem Vercellensem una cum Comuni, et hominibus Vallis, et Cantonorum Crepacorii ex una, et dominos Crepacorii ex altera: qua adjudicantur ipsis dominis quædam insulæ a riale inferius, per instrumentum 7 Octobris 1244, rog. Eusebio de Trano, et quædam possessiones, ex titulo emptionis per instrumentum 13 Decembris 1264, rog. de Dosso eisdem spectantes, condemnati Episcopus, et homines ad earum dismissionem.

Bis. t. II, *f.* 190 — t. III, *f.* 314.

1282 — 18 *Ianuarii*

Venditio per Comune Vercellense Iacobo de Carexana Notario facta pretio librarum centum papiensium de ea parte juris pensæ Comunis, curadiæ, molariæ, pedagii veteris, pensæ lini, et corbæ gallæ, prout tenuerat d. Guala de Iudicibus.

Perg.

1282 — 21 *Ianuarii*

Venditio facta per d. Ubertum f. q. d. Iacobi de Ticionibus de omni jure quod habebat ex instrumento 30 Martii 1277 super pensa Comunis, Civitatis, curadia, molaria, pedagio veteri, pensa lini, et corbæ gallæ favore Francini de Casali Rubeo: pretio librarum centum papiensium.

Perg.

1282 — 28 *Septembris*

Instantia ex parte Comunis Vercellensis erga Comune Mediolani facta de observandis ei concordia, et pactis civilitatis, et fraternitatis, ac reformationibus tam veteribus, quam novis, contentis in Inst. 21 Maii 1243.

Bis. t. II, *f.* 20 — t. III, *f.* 79.

1282 — 12 *Octobris*

Sententia lata per d. Ansaldum de Anvianis Iudicem, et Assessorem d. Comitis Henrici de Sparoaria Potestatis Vercellensis in odium Comunis ejusdem Civitatis, et favorem Salerini Ferraroti, super refectione de libris triginta pro ejus equo baio, magagnato in servitiis ejusdem Comunis in exercitu facto ad instantiam Marchionis Montisferrati contra Cremam.

Perg.

1283 — 28 *Februarii*

Investitura per Antonium q. Brunaxii de Crepacorio facta Guilielmo Comiti de loco Postuæ de quibusdam peciis terræ, et sediminis in ipso loco.

Bis. t. II, *f.* 192 — t. III, *f.* 308.

1283 — 4 *Iulii*

Denunciatio facta per Petrum de Ast, Rev. Eusebio et fratri Marco fratribus de Bondonis, Rectoribus et Ministris Domus S. Mariæ de Ponte, se velle vendere d. Iacobo de Cocorella pretio librarum decem octo possessionem et domum muratam cum curte in vicinia S. Iacobi de Albareto, obnoxiam erga ipsam domum S. Mariæ de Ponte, fictu annuo solidorum viginti, et caponum duorum, quam habuerat in solutum a Iulio de Berthorota ex Instrumento 1277, 26 Iulii, rog. Albrico de Albricis, petens licentiam quæ ei conceditur, et facta venditione investitur emptor sub obligatione dicti Canonis in festo S. Stephani.

Perg.

1286.....

Datum Curadiæ Civitatis Vercellensis, sive daciti exigi soliti in introitu ejusdem in feriis S. Eusebii, scilicet a die S. Iacobi majoris, usque in octavam S. Eusebii, medietas cujus spectabat Ecclesiæ S. Eusebii.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 186.

. . . . . .

Examen testium, sine principio, super exactionem Curadiæ Vercellensis, ex quo apparet Cives fuisse ab ipsa exemptos.

Perg.

1286 — 15 *Aprilis*

Consignamentum Manfredi de Ripa de loco Postuæ domino Ottino, et fratribus de Crepacorio factum, de possessionibus quas ab ipso tenebat sub jurisdictione Vercellensi.

Bis. t. II, *f.* 199.

1286 — 24 *Aprilis*

Procura facta per Comune Vercellense, præsente d. Guilielmo illustri Marchione Montisferrati Capitaneo ejusdem Civitatis in personam Avondi de Casali, ad dimittendum gubernium Burgi Montisgrandi in manibus d. Aymonis Episcopi Vercellensis, et petitiones, ac instantias quæ fierent eidem Episcopo, ac personis Episcopatus Vercellensis, ac personis, et locis Comitum Valpergæ, Masini, S. Martini, S. Georgii, Castrimontis, et aliis Castellanis Canepicii, et a Comunibus Iporegiæ, Casalis S. Evasii, Tridini etc.

Perg.

1286 — 24 *Aprilis*

Item alia facta per d. Buzinum de Tizonibus, et alios de ejus parte ibi nominatos in personam d. Emiliani de Alice.

Perg.

1286 — 24 *Octobris*

Procura Abbatis, et Capituli Monasterii S. Mariæ de Lucedio ad causas generaliter.

Bis. t. II, *f.* 21 — l. III, *f.* 81.

1288 — 12 *Martii*

Præceptum Assessoris d. Potestatis Vercellensis Lanfranco de Rodulfo Notario factum ad instantiam dominorum Ardicionis, et Ubertini de Crepacorio authenticandi, et in publicam formam redigendi quamdam scripturam repertam in camera turris Comunis Vercellensis, ubi reponuntur libri ipsius Comunis, continentem qualiter de anno 1279 de mense Maio fuerant per ipsum Comune electi quidam ad hoc, ut inquirerent super hominibus, et possessionibus jurisdictionis Vercellensis

Civitatis, existentibus in locis communibus inter Episcopum, et Civitatem: vigore cujus requisiti varii homines de Crepacorio, Postua, et Cozula ad veniendum pro ipso consignamento fiendo, prout venerant, juraverunt consignare jura Comunis Vercellensis, et conservare jura d. Episcopi. Et consignaverunt dominos de Crepacorio tenere Burghetum ipsius loci: item quod Cantonus de Ronchone consuevit reddere ipsis dominis, et spectare Comuni Postuæ quamquam d. Episcopus ipsum locavisset: tamen de auditu, ipse Cantonus, domus, et fossatum erant communia inter dominos Crepacorii, et homines, ac Comune Postuæ, qui colligebant paschatum, capretios et forestarium. Consignantur etiam nonnulli qui a jurisdictione Vercellensi se absentaverant. Item quod Cantonus Cozulæ, et homines ibi habitantes erant de jurisdictione Comunis Vercellensis, tamen si capiebatur aliquis Ursus, Episcopus habebat caput, et domini de Crepacorio gambas, et coxas: corpus habebant homines Cozulæ, et qui illum occiderant: domus autem per viginti quatuor annos locabatur nomine Episcopi. Item Comune Flechiæ pro quadam prateria, quæ est de jurisdictione Vercellensi: et quidam Nechus tenet unam baraziam. Item Comune Cozulæ tenet quatuor modia prati, etiamsi q. d. Martinus Episcopus pro suo posse ipsa locavisset. Item homines Crepacorii de jurisdictione Episcopi tenent per vim Costam Lanterii, quæ data erat in cambium pro Valle usque ad alpes Montisbaroni, et quædam molendina juxta Burghetum Crepacorii. Deinde die 13 Maii 1279 proclamatum fuit parte Comunis Vercellensis in loco Crepacorii, quod nemo de jurisdictione Civitatis Vercellensis debeat in aliquid obedire Episcopo vel suo Nuncio, sed jurare fidelitatem Comuni sub banno librarum ducentum si miles, et librarum centum si rusticus, ultra confiscationem bonorum.

Bis. t. II, *f.* 208 — t. III, *f.* 323.

1288 — 12 *Martii*

Consignamentum poderii Lanfranchi de Crepacorio tam in eodem loco, quam in Cozula, Quirino, et Sustegno: consistens in possessionibus cultis, pratis, zerbiis, nemoribus, castagnetis, fraschetis, sediminibus: item decimam tertiam partem decimarum Crepacorii, quintam molendinorum septimam partem de quinque Custodibus, qui veniunt ad Castrum, et vigesimam honorantiarum, et quintam Advocatiæ Castri ejusdem. Item in Postua, et Cozula suam partem venationum, et sextam partem busti Ursorum: et duodecimam ferreriarum. Item Alpes de Cumixella, Ciconaria, Penini, Ascharolii, Calzæ, et Canalis rabiosi: ac sextam partem honorantiarum Postuæ, et Cozulæ.

Bis. t. II, *f.* 209 — t. III, *f.* 325.

1288 — 2 *Aprilis*

Investitura diversis hominibus Postuæ concessa per filios q. d. Nicolini de Crepacorio, de variis possessionibus in finibus dicti loci Postuæ.

Bis. t. II, *f.* 213 — t. III, *f.* 328.

1288 — 13 *Aprilis*

Adjudicatio per Iudicem, et Consulem Iustitiæ Vercellensis favore Iorii de Crepacorio, et in odium Comunis ejusdem loci de quadam pecia prati loco dicto ad insulam Stonæ.

Bis. t. III, *f.* 315.

1288 — 11 *Iulii* — 22 *Augusti* — 29 *Octobris*

Inquisitiones tres, cum sententia adjudicationis factæ per d. Albertinum de Baldachinis de Parma Iudicem ad hoc electum per Credentiam Comunis Vercellensis, cum consilio d. Manfredini Pallavicini Potestatis ejusdem Civitatis, super quibusdam domibus, possessionibus, et tenuturis per diversos indebite possessis, et eidem Comuni ideo caducatis, et adjudicatis.

Perg.

1289 — 13 *Martii*

Investitura per Rectorem Ecclesiæ S. Michaelis facta de viginti novem, in viginti novem annos favore Guilielmi Savii de modiis septem terræ cultæ in finibus Vercellarum ubi dicitur in Lanzolio, sub annuo fictu stariorum sex sicalis.

Perg.

1289 — 2 *Aprilis*

Concordia inter filios q. Nicolini de Crepacorio, et fratres q. Guimberti de Ecclesia de Postua, super quibusdam possessionibus existentibus in plano de Nave de subtus, in territorio Postuæ, quas tenebant ab Ecclesia, et Episcopo S. Eusebii Vercellensis, pro quibus hi se submittunt solvere quartum bladæ.

Bis. II, *f.* 214 — t. III, *f.* 330.

1289 — 27 *Aprilis*

Possessum datum Comuni Vercellensi de domo una in vicinia S. Stephani de Monasterio in eadem Civitate ex conventione inita cum dominis Villatæ.

Bis. t. II, *f.* 248 — t. III, *f.* 364.

1289 — 3 *Maii*

Locatio facta per dominos Guilielmum Borniam, et Simonem de Dexana, Procuratores, et nomine Civitatis Vercellensis de modiis centum viginti quinque terræ prati, insulæ, et zerbii ad annum unum, Dalphino de Tizonibus, suo et nomine Ioannis Bastardini de Porta picta, sub fictu solvendo infra octo dies librarum viginti sex papiensium.

4 *Maii.* Alia d. Iacobo Barlofæ de Tizonibus de modiis novem, stariis duobus prati in Mezano extra Portum Servi pro fictu solvendo infra octo dies librarum duarum.

D. Nigro de Pectenatis de modiis quinquaginta sub fictu ut supra librarum 9.

Dalphino de Tizonibus prædicto de modiis II etc. fictu solid. 50 pap.

Ioannino de Formignana Becario mod. 21 fictu lib. 10.

Guilielmo de Toleo dicto de S. Paulo star. 12, tab. 7, prati, et fictu lib. 3.

Borgerio de Novaria, Alberto Allario, Guilielmo de Viviano, et Iacobo de Vegiis omnibus Becariis Vercellarum mod. 36 prati, fictu lib. 12, solid. 10.

Item eisdem insula et glarea: fictu librarum 3 pap.

6 *id.* Martino Stramenio de modiis 1 terræ cultæ: fictu sol. 50 pap.

10 *id.* Bartolino de Iaudella modiis 15 prati, fictu solid. 50 pap.

11 *id.* Bennono Bono Becario mod. 12 prati, fictu lib. 8 solid. 10.

13 *id.* Ioannono de Formentono Becario in Vercellis mod. 50, fictu lib. 4 pap.

Perg.

1289 — 7 *Iunii*

Emptio unius domus per Roglerium de Sonomonte Procuratorem, et nomine Comunis Vercellensis, jacentis in vicinia S. Iuliani, pretio librarum 275 a Ioannoto dicto Mastino, et Ruffino filiis q. Gualæ de Pelato de Badaloco, qui profitebantur lege vivere Longobardorum.

Perg. — Bis. t. II, *f.* 30 — t. III, *f.* 95.

1289 — 7 *Iunii*

Alia emptio prout supra de domo in vicinia S. Iuliani, precio librarum 80 papiensium a d. Gualterio Priore S. Bernardi.

Perg. — Bis. t. II, *f.* 30 -- t. III, *f.* 96.

1289 — 24 *Iunii*

Procura Capituli Monasterii S. Mariæ de Rocha jussu Priorissæ con-

vocati ad vendendum domum unam in Civitate Vercellarum in vicinia S. Iuliani ubi dicitur ad Laconum, Comuni Civitatis ejusdem.

Bis. t. II, *f.* 22 — t. III, *f.* 82. —

1289 — 19 *Iulii*

Confessio Tortonini de Moxo erga Comune Vercellense, de libris decem, solid. 14 papiensium habitis pro parte pretii modiorum septem, stariorum duorum prati, et insulæ ultra Sarvum, ubi dicitur in Mezano.

Bis. t. II, *f.* 20 — t. III, *f.* 80.

1289 — 19 *Iulii*

Alia d. Gilii de Mortario de libris octo, solidis tribus, denariis duobus papiensium pretii terræ ut supra.

Bis. t. II, *f.* 20 — t. III, *f.* 80.

1289 — 19 *Iulii*

Sententia lata per Assessorem Potestatis Vercellensis in causa inter Comune Vercellense, et Monasterium S. Mariæ Lucedii, qua huic adjudicantur, cum consilio Collegii Iudicum Civitatis Vercellensis, bona hæreditatis q. Gilii Crispi civis Vercellensis media submissione de solvendo pro ipsis fodra, banna, mutua, dacita, et militiam, prout per Comune imponentur.

Bis. t. II, *f.* 22 — t. III, *f.* 82.

1289 — 21 *Iulii*

Quitatio Luchini de Villano favore Comunis Vercellensis de libris viginti septem, solidis octo, denariis decem papiensium pro precio modiorum quindecim silvæ, et insulæ in Mezano Sarvi venditorum Comuni ipsimet.

Bis. t. II, *f.* 21 — t. III, *f.* 80.

1289 — 28 *Iulii*

Procura Capituli, et Monasterii S. Andreæ Vercellarum ad vendendum Comuni ejusdem Civitatis domum unam sitam in vicinia S. Michaelis.

Bis, t. II, *f.* 20 — t. III, *f.* 79.

1289 — 29 *Iulii*

Venditio prædicta celebrata precio librarum centum papiensium inter Ioannotum filium Bonifacii Speciarii nomine Comunis Vercellensis

ementem, et fratrem Francexium Procuratorem Abbatis S. Andreæ vendentem.

Perg. — Bis. t. II, *f.* 31 — t. III, *f.* 97.

1289 — 30 *Iulii*

Venditio altera Comuni Vercellensi ut supra facta de domo una in vicinia S. Michaelis per Alcherium de Galarate, precio librarum octuaginta papiensium: salvo fictu annuali, cui est obnoxia erga Ecclesiam S. Lazari.

Perg. — Bis. t. II, *f.* 31 — t. III, *f.* 98.

1289 — 2 *Augusti*

Alia venditio Comuni facta per d. Gualam de S. Germano Civem Vercellensem de domo una in vicinia S. Iuliani ad Laconum precio librarum sexdecim papiensium.

Perg. — Bis. t. II, *f.* 32 — t. III, *f.* 99.

1289 — 2 *Augusti*

Alia de alia domo in vicinia S. Iuliani precio librarum centum triginta papiensium ipsi Comuni facta per d. Ugonem de Castruzzono Monacum Monasterii Rochæ uti procuratorem Priorissæ, et Monialium ejusdem Monasterii.

Perg. — Bis. t. II, *f.* 32 — t. III, *f.* 99.

1289 — 4 *Augusti*

Venditio altera præfato Ioannoto Speciario nomine Comunis Vercellarum facta per d. Floram viduam q. Guilielmi de Pino de Galianico de alia parte domus, quæ erat pro indiviso cum d. Guala de Sancto Germano in vicinia S. Iuliani precio librarum sexaginta quatuor pap.

Perg. — Bis. t. II, *f.* 33 — t. III, *f.* 100.

1289 — 4 *Augusti*

Alia de sedimine sive campacio in quo alias erat casamentum Bicheriorum in eadem Civitate in vicinia S. Iuliani ubi dicitur ad Laconum, dicto Comuni facta, per dominos Gualam de Advocatis de Quinto, et Francinum de Bulgaro pretio librarum 217 pap.

Perg. — Bis. t. II, *f.*33 — t. III, *f.* 101.

1289 — 20 *Augusti*

Alia de casamento in vicinia S. Mariæ, et S. Michaelis per Guilielmum de Bonello supra dicto, facta precio librarum octuaginta papiensium.

Perg. — Bis. t. II, *f.* 34 — t. III, *f.* 102.

1289 — 20 *Augusti*

Investitura per feudum rectum gentile avitum, et paternum a Comuni Vercellensi nonnullis dominis Maxini concessa de castro, villa, curte, et territorio, ac pertinentiis Malioni: qui ideo juraverunt fidelitatem, et reddendi ipsum Castrum ad voluntatem Comunis, ac tenendi ibi pro Castellano unum Civem Vercellensem, pro præsenti guerra, et alia facere prout in concordia fienda per Petrum Salimbonum Not.

Bis. t. I, *f.* 44.

1289 — 20 *Augusti*

Concordia inter Comune Vercellense, et diversos Comites Maxini, qua ipsi promittunt facere guerram de omni eorum domo, castris, villis, hominibus, et terra, statim ac moniti fuerint, nec facere pacem nisi cum voluntate Comunis ipsius: item facere exercitum, et cavalcatam ad ejus petitionem, retentis tamen tantum de hominibns pro custodienda eorum terra. Salvo tamen Episcópo Iporegiensi, et aliis exceptis in concordia 30 Aprilis 1269, et juxta tenorem cartæ investituræ, ac fidelitatis hujusmet diei: et prout in concordia 12 Decembris 1256.

Bis. t. I, *f.* 45.

1290 — 13 *Aprilis*

Emptio domus per Ioannem de Moxo nomine Comunis Vercellensis facta ab Enrioto f. q. Hubertini de Castellanis de S. Agatha, sive parte dictæ domus jacentis, ubi dicitur ad Laconum, in vicinia S. Iuliani, precio librarum sexaginta papiensium.

Perg. — Bis. t. II, *f.* 22 — t. III, *f.* 83.

1290 — 20 *Aprilis*

Alia de domuncula sita in ora Laconis, in vicinia S. Iuliani, et sub cohærentiis Palatii novi, quod ædificatur pro Comuni Vercellensi, nomine ejusdem per d. Antonium de Freapane Iudicem vendita precio librarum sexaginta papiensium.

Perg. — Bis. t. II, *f.* 23 — t. III, *f.* 8.

1290 — 25 *Maii*

Requisitio per Iudicem Civitatis Vercellarum Bonello de la Ruere de Auxiliano facta, ad hoc, ut solveret fodra debita Comuni ejusdem Civitatis, cui respondendo nil possidere in territoriis Auxiliani, Pertengi, et alibi in jurisdictione Vercellensi fodro subjectum, renunciat ibidem omnibus possessionibus, quæ fodro subjectæ esse probarentur.

Bis. t. II, *f.* 35 — t. IV, *f.* 104.

1290 — 6 *Iunii*

Immissio in possessionem favore Comunis Vercellensis de quibusdam peciis terræ in finibus Pertengi loco dicto ad Vallem de Strata.

Bis. t. III, *f.* 81.

1290 — 6 *Octobris*

Conventio inter Comune Vercellarum, et Comune, et Cantonos Blandrate, qua hi obligantur solvere censum annuum librarum centum in festo Nativitatis Domini, eidem Civitati, et facere guerram ad ejus requisitionem, excepto contra Episcopum Mediolanensem, Episcopum Vercellensem, Comites de Blandrate, et Civitatem Novariæ.

Perg.

1291 — 26 *Iulii*

Concessio in emphiteusim per Iacobum de Mortario Gothofredo de Bondonis facta de domo una in Civitate Vercellensi in ora Curtis regiæ, cum pacto vicissim de offerendo in casu venditionis.

Bis. t. III, *f.* 15 — t. III, *f.* 69.

1292 — 15 *Martii*

Condemnatio per Potestatem Vercellensem Nigrini de Tridino in solidos quinque papiensium, ex eo quod citatus non comparuerit tempore debito ei decreto.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 127.

1292 — 14 *Septembris*

Licentia data per Rectorem Ecclesiæ S. Michaelis Vercellarum Guilielmo Savio, alienandi modia septem terræ plantati in finibus ejusdem civitatis, loco dicto in Lavazolio, de directo dominio ejusdem Ecclesiæ.

Perg.

1292 — 17 *Septembris*

Condemnatio per d. Leonem de Gavantis Iudicem, et Consulem Iustitiæ d. Beltrami de Carchano Potestatis Vercellensis, Ottobonis Drachi de Tridino in libris viginti quinque papiensium, si infra octo dies non præsentaverit se coram eo, vel non concordaverit litem suam cum d. Lanfranco de Mortario, vel d. Ioanne ejus filio. Eodem die condemnatio quia non comparuit.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 127.

1292 — .... *Octobris*

Declaratio quod Burgum Tridini hoc anno solvit Civitati Vercellarum libras tercentum papiensium pro extimo librarum trium millium fodri impositi eodem mense, tempore d. Bertrami de Carchano Potestatis Vercellarum ad rationem librarum 3 pro libra.

Perg. Bis. t, I, *f.* 125.

1292 — 12 *Octobris*

Fodrum impositum de libris tribus pro libra per Comune Vercellense exactum etiam pro subsequentibus annis, et inter cœtera Burgum Piveroni solvit libras quadraginta quinque papiensium pro libris tercentum extimi.

Bis. t. II, f. 324.

1292 — 29 *Octobris*

Alia quod Meliazomes Meliacia de Tridino solutus fuit lecturam banni contra eum positi librarum viginti quinque papiensium antequam ipsum bannum declaratum fuisset, eo quod se concordaverat cum suis creditoribus, ad quorum instantiam datum fuerat.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 127.

1292 — 19 *Decembris*

Absolutio a pœna librarum quinque papiensium ad quam condemnatus erat Ioanninus Galea de Tridino, quia non comparuerat citatus coram Potestate Vercellensi, sed probaverat causas justas suæ absentiæ.

Perg.

1293 — 17 *Februarii*

Sententia absolutionis a condemnatione in libris 25 papiensium jam lata contra Henricum et Marcum de Claria Consules novos Tridini, et libris centum contra Antonium de Camino, et Matheum de Valle Consules veteres, eo quia non comparuerant coram d. Potestate Vercellensi tempore eis decreto in causa, quam habebant cum Alexandro de Stra ejusdem loci.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 127.

1293 — .... *Maii*

Testimoniales quod Burgum Tridini solverat lib. 49, sol. 10 pap. pro extimo librarum 200 de fodro imposito tempore d. Antonii de Manto Potestatis Vercellarum ad rationem denariorum decem pro libra.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 125.

1293.....

Aliæ testimoniales de libris 250 papiensibus pro extimo librarum 2500 fodri impositi ad rationem solidorum duorum pro libra per d. Galeatium Vicecomitem Potestatem Vercellensem.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 125.

1293 — 18 *Augusti*

Adjudicatio possessionis quorumdam prædiorum favore Petri Pastoris in odium Benvenuti Pastoris, vigore cujusdam præstiti librarum novem papiensium pro ipsa summa capitali, et expensarum.

Bis. t. II, *f.* 318.

1293 — 18 *Augusti*

Condemnatio per Potestatem, seu Iudicem Vercellensem contra Iacomonum Malexinum de Piverono versus Macharium Speciarium Iporegiæ impositum in solidos 20.

1293 — 19 *Augusti*

Contra Ardicionem de Piverono erga eumdem pro eius havere.

1293 — 24 *Novembris*

Contra Barberium de Piverono versus Ioannem de Luca ejusdem loci pro sol. 16, den. 2.

Bis. t. II, *f.* 318 319.

1293 — 28 *Novembris*

Investitura per d. Othonem f. q. Nicolini de Crepacorio nomine ejus hæreditatis, facta Zanino Guacia de Postua, de sedimine in ipso loco, in cantono dicto Anquilina, cum terris, castagnetis, et zerbiis eidem annexis sub annuo fictu lib. pap. 18, et quartaroli 1 castanearum ad mensuram Vercellensem, et tertii bladæ annualiter tradendi.

Bis. t. II, *f.* 205 — t. III, *f.* 318.

1294 — 16 *Maii*

Vide sub anno 1342....

1294.....

Extractus ex volumine processuum coram Iudicibus, et Consulibus Iustitiæ Vercellensis de diversis condemnationibus currente anno 1342, 9 Aprilis, et deinceps factis contra varios homines Piveroni, et Palatii

ad comprobandum jurisdictionem Comunis Vercellarum in ipso loco, in causa cum Comuni Civitatis Iporediæ.

Bis. t. II, *f.* 316.

1294 — 6 *Decembris*

Alter ex libro condemnationum tempore Regiminis d. Zuchini de Cribellis Potestatis Vercellensis, sicuti condemnati fuerant Ioannes Buzius in lib. quadraginta pap. et Guilielmus de Luino, et Guilielmus Salaranus in lib. sexaginta pap. pro quolibet, omnes de Piverono.

Perg.

1294 — 26 *Augusti*

Registratio omnium textorum telæ Civitatis facta per Consules ejusdem Societatis.

Perg.

1294.....

Consignamentum factum per dominam Agnetem uxorem q. d. Ugucionis de Azelio extractum ex libro extimi Civitatis Vercellensis, facto tempore Potestariæ d. Prevedi de Burris, in quo extimata erat de libris centum.

Perg. sub 31 Ianuarii 1340.

1294.....

Extractum fodri impositi tempore regiminis d. Prevedi Burri de denariis duodecim pro libra: in quo descripti erant hæredes q. d. Petri Bicherii una cum d. Margarita in extimo librarum quadraginta pro quo solverant solidos quadraginta.

Perg. ut supra.

1294.....

Testimoniales, quod Burgum Tridini solverat Civitati Vercellensi libras centum viginti quinque pap. pro extimo librarum 2500 tempore d. Zuchini de Cribellis Potestatis ejusdem Civitatis ad rationem scilicet de denariis duodecim pro libra.

Perg. sive in actis 12 Iulii 1305. — Bis. t. I, *f.* 125.

1295 — 28 *Ianuarii*

Testimoniales absolutionis a quadam condemnatione librarum centum pap. Gualæ de Ymilia de Tridino per d. Girardum de Margliano Iudicem, et Consulem Iustitiæ d. Zuchini de Cribellis Potestatis Vercellensis,

soluta primum lectura ejusdem pœnæ, eo quod ante tempus ei præscriptum ad comparendum se concordaverat de lite quam habebat cum Nicolino Passardo.

Perg. ut supra. — Bis. t. I, *f.* 127.

1295 — 6 *Septembris*

Liberatio a condemnatione librarum centum pap. Ioannis de Rovello, ejusque sociorum Clavariorum Tridini contra eos lata per d. Ioannem Marcellinum Iudicem, et Consulem Iustitiæ d. Iacomacii de Bossis Potestatis Vercellarum, quia se concordaverant cum Benedicto Ferraroto, actore in causa inter eos: soluta tamen lectura ejusdem banni.

Perg. ut supra. — Bis. t. I, *f.* 127.

1296 — 1 *Februarii*

Alia absolutio favore Robaldoni de Auxiliano habitatoris Tridini a condemnatione librarum decem pap. per d. Lantelmum Marcellinum Iudicem, et Consulem Iustitiæ d. Henrici de Modœcia Potestatis Vercellensis eo quia se concordaverat cum ejus creditore.

Perg. et Bis. ut supra.

1296 — 21 *Augusti*

Alia absolutio favore Facionis de Tridino a condemnatione librarum sexaginta pap. in quibus positus erat per d. Leonardum de Palatio Iudicem, et Consulem Iustitiæ d. Rizardi de Pirovano Potestatis Vercellensis, et quia se concordaverat cum Bertolello de Solumbra de Tridino.

Perg. ut supra. — Bis. t. I, *f.* 128.

1296 . . . . *Septembris*

Testimoniales Burgi Tridini solvisse Comuni Vercellensi libras centum octuaginta, solidos tredecim, denarios quatuor pap. pro extimo librarum 2500 pro fodro imposito eodem mense per d. Rizardum de Pirovano Potestatem ejusdem Civitatis Vercellarum ad rationem solidorum viginti pro libra.

Perg. ut supra. — Bis. t. I, *f.* 125.

1296 — 24 *Novembris*

Submissio præstita erga Comune Vercellense per Gracionum de Cazavella Sindicum Comunis Salæ, defendendi, et custodiendi ad honorem ejusdem Civitatis Turrim novam cum sua bastita in territorio Donati

sub pœna librarum millium pap. exhibendo se fidejussorem d. Simonem de Advocatis Colobiani.

Perg.

1296 — 24 *Novembris*

Alia submissio ut supra per Martinum Bocium Sindicum Comunis Donati sub eadem pœna, fidejussore d. Guala de S. Germano.

Perg. unita præcedenti.

1296 — 24 *Novembris*

Alia ut supra per Ioannem Ferrerium Sindicum Burgi, et Comunis Magnani pro eadem causa, et sub eadem pœna, fidejubente d. Martino de Montonario.

Perg. ut supra.

1296 — 10 *Decembris*

Investitura per d. Georgium q. Nicolini de Crepacorio facta Ioanneto de Ripa de Postua de quibusdam peciis terrarum existentibus in finibus ejusdem loci Postuæ.

Bis. t. II, *f.* 214 — t. III, *f.* 329.

1297 — 17 *Ianuarii*

Investitura per d. Ubertum de Conradis Canonicum S. Mariæ Civitatis Vercellarum, uti ministrum S. Mariæ Pontis Servi, favore Guilielmi de Massilia de parte unius peciæ terræ loco dicto ad Lancatium sub annuo fictu solidorum 30 pap. in festo S. Michaelis sub pœna caducitatis.

Perg.

1297 — 21 *Ianuarii*

Absolutio favore Facii de Novaria habitatoris Tridini, a condemnatione librarum centum pap. contra eum lata per d. Rogerium Pandulfum Iudicem, et Consulem Iustitiæ domini Florii de Castelleto Potestatis Vercellensis, soluta prius lectura ejus: eo quia comparuerat die assignata, et se concordaverat de lite cum Ambrosio Perimo.

Perg. 1305, 12 Iulii. — Bis. t. I, *f.* 128.

1297 — 13 *Martii*

Investitura per Comune Vercellense facta Perino, et fratribus ejus filiis q. d. Martini de Advocatis Quareniæ de domo una cum suis pertinentiis in hac civitate, in vicinia, et ante Ecclesiam S. Michaelis.

Bis. t. I, *f.* 209 — t. IV, *f.* 199.

1298 — 18 *Februarii*

Investitura per d. Ottinum q. Nicolini de Crepacorio, similis, et cui supra 10 Decembris 1296.

Bis. t. II, *f.* 195 — t. III, *f.* 310.

1298 — 25 *Februarii*

Concessio per Comune Vercellense ex petitione Consulum Burgi Alicis, ex eo quod multi homines recessissent ab illo, quod diminuerentur onera ipsi Burgo imposita tempore constitutionis illius in Burgum francum: inter quæ onus duarum balistrarum reducitur ad unam omni anno.

Bis. t. I, *f.* 426 — t. III, *f.* 17.

1298 — 6 *Martii*

Absolutio Petri Grossi de Tridino a condemnatione solidorum quinque pap. pro prima instantia ei inflicta per d. Guidonem Maronum Iudicem, et Consulem Iustitiæ d. Boarelli de Modoetia, eo quia non comparuerat in judicio tempore ei præfixo.

Perg. — Actu 1305. — Bis. t. I, *f.* 128.

1298 — 21 *Martii*

Investitura per Ottinum q. Nicolini de Crepacorio favore Iordani f. q. Guidoti de Ripa de Postua de variis peciis terrarum.

Bis. t. II, *f.* 215 — t. III, *f.* 330.

1298 — 20 *Iunii*

Venditiones factæ per infrascriptos favore Comunis Vercellensis, idest d. Castellanus de Alzato de Casamento in vicinia S. Mariæ cum juribus voltæ, et ruetæ pretio librarum 85 pap. — Antoninus de Freapane prout supra pretio librarum 223 pap. — Michael de Benivolio domos duas in vicinia S. Michaelis pretio librarum 440. — D. Guilielmus de Bonello domunculam cum servitutibus apud Palatium novum. — Petrus Maglalius tabernarius domum cum furno dicto S. Ioannis de Torteta pretio librarum 180 pap. — D. Pavia uxor d. Stephani de Miralda domum in capite Palatii veteris pro lib. 450. — Item ejusdem de alia ibidem pretio librarum 120 pap. — Item 29 *Iulii.* Fratres de Polastra, de situ terræ in capite Becariarum majorum versus domum Alciatorum pretio librarum 20 pap. — Guilielminus Medalia partem domus in vicinia S. Mariæ per libras 100. — Domini Ubertus Ticionus, et Stephanus de Miralda de Casamento ibidem lib. 380. — Francischinus de Salis sedimen juxta ejus

domum in eadem vicinia lib. 150. — D. Agnes uxor Francexii de Astanova sedimen juxta beccarias majores lib. 50. — Nicolinus de Marco Procurator dictæ dominæ Agnetis sedimen ibidem precio lib. 50.— Obligatio erga fratres de Polastra pro dicto pretio librarum 25. — Item 25 *Septembris*. Thomas de Meleto domum in vicinia S. Michaelis lib. 58. — Item alia fratrum de Polastra duas domus in vicinia S. Mariæ pretio lib. 400 pap. — Item ipsi alia ibidem pretio lib. 40 pap. — Item 28 *Octobris*. D. Ubertus de Tizonibus partem domus pro lib. 40 cum alio instrumento obligatorio de ipso pretio per Comune Vercellense.

Bis. t. II, *f.* 23 ad 29 — t. III, *f.* 84 ad 93.

1298....

Extractus ex libro damnorum campestrium factus tempore regiminis d. Bonabelli de Modoetia Potestatis Vercellarum de partita accusarum Ioannis Lacchæ camparii Piveroni contra varios homines ejusdem loci.

Perg. — 6 Nov. 1341.

1299 — 19 *Ianuarii*

Investitura in emphiteusim per Rectorem S. Michaelis nomine ejus Ecclesiæ concessa Girardo Borgognono de modio uno terræ cultæ cum plantato novo in finibus Vercellarum sub annuo canone solidorum quindecim pap.

Perg.

1299 — 23 *Februarii*

Absolutiones condemnationum factarum per dominos Azzonem de Stampa Iudicem et Consulem Iustitiæ d. Mutii de Modoetia Potestatis Vercellarum contra Ioannem Pastorem Clavarium Comunis Tridini in lib. 100, quia tempore debito comparuerat, et se concordaverat cum d. fratre Petro de Alfiano Sindico Monasterii Lucedii. — Et contra Iacobinum de Tridino condemnatione d. Iacobi de Strata Iudicis, et Consulis Iustitiæ d. Petri Comitis Valpergæ Potestatis Vercellensis eo quia se concordavit cum ejus creditore.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 128.

1299....

Testimoniales, Burgum Tridini solvisse civitati Vercellensi lib. 312 pap. pro æstimo librarum 2500 pro fodro imposito tempore d. Petri Comitis Valpergæ Potestatis Vercellensis ad sol. 2 pro libra.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 125.

1299 — 27 *Iulii*

Procura Comunis Mediolani ad confirmandam pacem mediatione Petri Grandonici ducis Venetiarum conclusam inter ipsum Comune, et Comune Papiæ, et respectivos amicos.

Bis. t. II, *f.* 17 — t. III, *f.* 74.

1299 — 8 *Augusti*

Consensum præstitum per Comune Vercellense paci initæ inter Comune Mediolani, et Comune Papiæ, ipsam ratificando.

Bis. t. II, *f.* 16 — t. III, *f.* 73.

1299 — 8 *Augusti*

Pubblicatio pacis contractæ inter Comune, et homines Mediolani, ac Comune, et homines Vercellenses, et sequaces hinc inde.

Bis. t. II, *f.* 17 — t. III, *f.* 75.

1300 — 26 *Ianuarii*

Testimoniales absolutionis a condemnatione in lib. 10 pap. lata per d. Lantelmum Marcellinum Iudicem, et Consulem Iustitiæ d. Florii de Castelletto Potestatis Vercellarum contra Matheum De Valle de Tridino, ex eo quod comparuerat tempore ei assignato, et se concordaverat cum suo creditore, soluta tamen prius pro lectura condemnationis.

Perg. — 12 Iulii 1305 — Bis. t. I, *f.* 128.

1300 — 1 *Iunii*

Condemnatio in lib. 1000 pap. per d. Florium de Castelletto Potestatem Vercellarum contra Iacobum, et Ubertum de Novellis de Tridino propter homicidium in personam Bertolini f. d. Ant. de Camino.

Perg. ut supra. — Bis. t. I, *f.* 125.

1300....

Testimoniales, Burgum Tridini solvisse Civitati Vercellarum libras 473, solidos 3, denarios 8 pap. pro æstimo librarum 2500 pro fodro imposito tempore d. Florii de Castelletto Potestatis Vercellarum.

Perg. ut supra. — Bis. t. I, *f.* 125.

1301....

Aliæ de fodro librarum 365 pro æstimo lib. 2500 prout supra tempore Regiminis d. Iacobi Scacabarocii Potestatis Vercellarum.

Perg. ut supra. — Bis. t. I, *f.* 126.

1301....

Extractus ex libro fodrorum tempore d. Potestatis Scacabarocii in quo registrata est Villa Azelii pro libris 100.

Perg. — 30 Iunii 1340.

1301 — 11 *Februarii*

Testimoniales absolutionis Guilielmi de Porta Clavarii Tridini a condemnatione librarum 60 pap. per Potestatem Scacabarocium, seu Aldricum de Subinago Iudicem, eo quia se concordaverat cum suo creditore, et comparuerat in tempore habili.

Perg. 1305 ut supra. — Bis. t. I, *f.* 128.

1301 — 11 *Septembris*

Divisio inter diversos homines de Crepacorio de quibusdam possessionibus, castagnetis, et arboribus in Terra Postuæ existentibus.

Bis. t. II, *f.* 216 — t. III, *f.* 331.

1301 — 11 *Octobris*

Investitura per Ottinum d. Nicolai de Crepacorio favore Guieti Xevere de quibusdam petiis terrarum, arborum, et castagnetorum in finibus Postuæ.

Bis. t. II, *f.* 20 — t. III, *f.* 317.

1301 — 13 *Decembris*

Testimoniales sententiæ, et banni librarum 100 pap. contra Potestatem Tridini, et librarum 25 contra Clavarios pro quolibet, et lib. 50 contra Comune ejusdem loci per d. Guilielmum Lecafenum Iudicem, et Consulem justitiæ d. Iacobini de Gadio Cremonensis Potestatis Vercellensis, ex eo quod non arrestaverunt Ugocionem Novellum, Ubertum de Cantavena, Bertolellum de Solumbra, Guilielmum de Porta, et Guilelmum Ferrarotum, qui pronunciati fuerant dejecti ad instantiam d. Gualæ de Advocatis Balzolæ.

Perg. 1305 12 Iulii. — Bis. t. I, *f.* 129.

1302 — 4 *Ianuarii*

Concordia inter Comune Iporegiense, et Comune Vercellense super controversia Comunium locorum Piveroni, et Palatii, qua conveniunt quod Vercellenses dimittere debeant medietatem illorum Iporegiensibus, qui finem facere debeant illis de alia medietate, et de omni jure quod habere possent ex donatione, vel pactò cum Marchione Montisferrati.

Bis. t. II, *f.* 365.

1302 — 6 *Ianuarii*

Reformatio Consilii Comunis Civitatis Vercellarum quod æstimum noviter datum loco, et hominibus Palatii uniri debeat æstimo Burgi Piveroni, ita ut deinceps locus Palatii unitus sit, et faciat unum corpus cum Burgo Piveroni.

Bis. t. II, *f.* 325.

1302 — 7 *Aprilis*

Condemnatio in libris 100 pap. Benedicti de Magistro, Martini Bastardi q. Nicolai de Magistro, Antonii de Amito, Montani Tavani, Guilielmi de Caprilio, et Henrici Magistri, omnium de Tridino, declarati defecti per Petrum de Dosso instantem, ex eo quod non comparuerant tempore assignato coram d. Guidone de Scafeno Iudice, et Consule Iustitiæ d. Iacobi de Gadio Potestatis Vercellarum.

Perg. 1305 ut supra — Bis. t. I, *f.* 129.

1302 — 23 *Iulii*

Absolutio Facii Baldolii de Tridino a banno librarum 10 pap. per d. Zaninum de Comitibus Iudicem, Consulem Iustitiæ d. Friderici de Ponzonibus Cremonensis Potestatis Vercellensis; soluta prius tamen lectura: eo quia comparuerat, et se concordaverat cum ejus actore.

Perg. ut supra. — Bis. t. I, *f.* 129.

1302 — 5 *Octobris*

Alia absolutio Ubertini de Clara de Tridino a pœna librarum 10 pap. per d. Emanuelem de Zanaxiis Iudicem, et Consulem ut supra.

Perg. ut supra. — Bis. t. I, *f.* 130.

1302 — 6 *Decembris*

Consilium datum per dominos Nicolaum de Mattarello j. u. doctorem, Maximum de Natalibus, et Nicolinum de Cumis electos a d. Friderico de Ponzano Potestate Vercellensi ad examinandum jura ejusdem Civitatis contra Civitatem Papiensem super facto dominorum Rodobii, et Palestri propter loca, et fortalitia fienda in Rodobio, Conflentia, et Palestro pro conservanda pace, et jure utriusque Civitatis, quo consuluerunt quod cum ipsi domini Rodobii et Palestri, tempore conventionis initæ, essent adhærentes extrinsecis Papiæ, et d. Rolando Scoto, tunc Capitaneo ejusdem factionis, ideo Comune Papiæ tenebatur de jure observare ipsis dominis cuncta quæ in ipsa conventione continebantur.

Perg.

1302 — 6 *Decembris*

Pronuntiatio super controversia inter Comune Papiæ, et Comune Vercellarum, ac dominos Rodobii, et Palestri super electione ad Potesteriam, et Consulum, ac Credendariorum ipsorum locorum, et Conflentiæ, ac fortaliciorum de novo fiendorum in ipsis locis, vigore conventionis inter ipsos dominos, et extrinsecos Papiæ, ac d. Rolandum Scotum Capitaneum ipsorum, prout pronunciatum fuerat per d. Matheum Vicecomitem.

Bis. t. I, *f.* 20.

1302 — 15 *Decembris*

Condemnatio Consulum Tridini in lib. 10 pap. per d. Venturinum de Muridellis Iudicem, et Consulem Iustitiæ d. Iacobini Gadii de Cremona Potestatis Vercellensis, si intra terminum statutum non comparuerint, vel se non concordaverint cum Ioanne, et fratribus de Ferrarotis super controversia horti, et sediminis eorum destructorum pro fiendis fossatis ipsius Burgi.

Perg. 1305 ut retro. — Bis. t. I, *f.* 129.

1302 . . . .

Testimoniales, Burgum Tridini solvisse Civitati Vercellensi libras 130, solidos 4, den. 2 pro æstimo librarum 2500 pro fodro de denariis 10 pro libra, imposito tempore d. Federici de Ponzonibus Potest. Verc.

Perg. ut supra. — Bis. t. I, *f.* 126.

1303 — 12 *Ianuarii*

Absolutio Guilielmi Ferraroti, Guilielmi Pugneti, Riconi Peliparii, Gualæ de Paltrengo, et Iacobi de Galea de Tridino a banno librarum 26 in quo fuerunt positi per d. Oglerium de Valle, Iudicem, et Consulem Iustitiæ partis Ursi, domini Zestoni de Terzago Potestatis Vercellarum, ex eo quod comparuerant, et se concordaverant cum eorum creditoribus.

Perg. ut supra. — Bis. t. I, *f.* 130.

1303 — 26 *Ianuarii*

Absolutio altera Petri Asinarii de Tridino de libris 20 in quibus condemnatus fuerat per d. Bassanum de Lampsenis Iudicem, et Consulem Iustitiæ partis Aquilæ d. Zestoni de Terzago Potestati Vercellensi, eo quia se concordaverat cum Ioanne, et Facio de Ferrarotis de Tridino.

Perg. ut supra. — Bis. t, I, *f.* 130.

1303 — 9 *Februarii*

Testimoniales condemnationis in pœnam capitis per d. Potestatem præfatum latam contra Bertolellum Burghesium caligarium de Tridino in carceribus Vercellarum detentum ob homicidium Nicolelli Putigiæ becarii ejusdem loci.

Perg. ut supra. — Bis. t. I, *f.* 126.

1303 — 22 *Octobris*

Absolutio Guilielmi Meliacciæ de Tridino a pœna solidorum 60 pap. in qua condemnatus fuerat per d. Oglerium De Valle Iudicem, et Consulem Iustitiæ d. Fulchini de Caballaciis Potestatis Vercellarum, eo quia se concordaverat cum suo creditore, et solverat etc.

Perg. ut supra. — Bis. t. I, *f.* 130.

1303.....

Testimoniales, Burgum Tridini solvisse Civitati Vercellensi libras 375 pro æstimo librarum 2500 pro fodro imposito ad rationem solidorum 5 pro libra, tempore d. Zestoni Potestatis Verc.

Perg. ut supra. — Bis. t. I, *f.* 126.

1303.....

Extractus ex libro in quo descriptæ sunt villæ, et burgi districtus Vercellensis habere debentes ab ipsa Civitate, occasione servientium missorum pro utilitate ejus, de particula Burgi Tridini creditoris librarum 31, sol. 12 pap. pro 34 servientibus missis in andata facta ad Civitatem Terdonæ ad rationem solid. 3 pro quolibet dietim. Item lib. 32, solid. 6 pro 57 servientibus datis Comuni Vercellensi pro andata ad Papiam, et Mediolanum per 12 dies mense Octobris hujus anni.

Perg. ut supra. — Bis. t. I, *f.* 226.

1303 — 8 *Decembris*

Investitura per Comune Vercellense concessa dominis Maxini de Castris, et loco, ac territorio Malioni, pro masculis, et fœminis.

Bis. t. I, *f.* 159 — t. IV, *f.* 131. — Perg.

1303 — 8 *Decembris*

Conventio, ac renovatio pactorum inter Civitatem Vercellensem, ac dominos Petrum, Guidonem, Odoninum, Albertum, et Henricum fratres filios q. Comitis Guidonis de Maxino, et Petrum, ac Bartholomeum filios q. Comitis Odonini de Maxino, cum diversis capitulis ibidem extensis.

Adnexa præscripta investitura feudi Malioni, per d. Fulchinum de Caballaciis Potestatem, et nomine Comunis Vercellensis præfatis dominis facta.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 156 — t. IV, *f.* 129.

1303 — 12 *Decembris*

Condemnatio contra Guilielmum de Curbia, et Guilielmum Ferrarotum de Tridino in solid. 60 pap. si se non præsentaverint in termino statuto, ad instantiam d. Aichini de Porcellis lata per d. Conradum de Matarellis Iudicem, et Consulem Iustitiæ partis Ursi d. Fulchini de Caballaciis Potestatis Vercellensis.

Perg. 1305. — Bis. t. I, *f.* 130.

1304 — 7 *Ianuarii*

Deliberatio Consilii Comunis Vercellensis ad supplicationem hominum Tridini de concedendo eis adjunctum, seu Potestatem unum in personam alicuius prudentis civis Vercellensis ad expensas Comunis ipsius loci: non obstante statuto quod alicui villæ, et Burgo dari non possit Potestas absque voluntate Credentiæ.

Postea vero die 9 d. Henricus de Bongis Potestas Vercellarum cum consilio Sapientum promisit illis de Tridino concedere eis in Potestatem illum ex civibus Vercellarum quem elegerint.

Perg. 1305. — Bis. t. I, *f.* 142 — t. IV, *f.* 118.

1304 — 14 *Ianuarii*

Condemnatio in solidos 100 pap. Iacobi de Cantavenna alias dicti de Tridino per d. Ambrosium de Goldeis Iudicem, et Consulem Iustitiæ partis Aquilæ d. Henrici de Bongis Potestatis Vercellarum, si se non concordaverit cum Guiziardo de Mussis curatore Francesii filii q. d. Iorii de Ferrario.

Perg. ut supra. — Bis. t. I, *f.* 131.

1304 — 29 *Ianuarii*

Alia condemnatio solidorum 10 pap. contra Gualam Pertusatum de Tridino, si se non concordaverit cum d. Antonio de Fabiano.

Perg. ut supra. — Bis. t. I. *f.* 141.

1304.....

Extractus ex libro æstimi Civitatis Vercellarum facti tempore d. Henrici de Bongis civis Bergomensis Potestatis Vercellensis, in quo in

vicinia S. Iuliani descripta reperiebatur domina Agnes de Bicheriis de Azelio, pro possessionibus quas habebat in Piverono, Unzascho, Logiis, et Azelio, de libris 421. Item Villa Azelii de libris 130.

Perg. 1340, 30 Ianuarii.

1304 — 24 *Iulii*

Procura Comunitatis Albani ad vendendum quamdam domum ejus in Civitate Vercellensi.

Bis. t. I, *f.* 317 — t. IV, *f.* 350.

1304 — 8 *Augusti*

Investitura per dominos Crepacorii cuidam de Postua de quibusdam peciis terræ ibidem.

Bis. t. I, *f.* 192 — t. IV, *f.* 308.

1305 — 22 *Maii*

Promissio in Castro Pontisturiæ facta per d. Manfredum Marchionem Salutiarum Gubernatorem Marchionatus, et terræ Montisferrati, ac hæreditatis illustris q. d. Ioannis Marchionis Montisferrati consensu Ambasciatorum, et Sapientum, ac instante Comuni Papiensi, erga Comune Vercellense standi arbitrio, et sententiæ pronunciandæ per dominos Philipponem de Langusco Comitem Palatinum, et Guidonem de Turri arbitros electos super controversiis inter ipsum Marchionem nomine Marchionatus, ac Comune Vercellense super jurisdictione Tridini, ejusque pertinentiarum.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 138 — t. IV, *f.* 115.

1305 — 16 *Iunii*

Procura in Castro Montiscalvi facta per dictum Marchionem nomine Marchionatus Montisferrati, et successorum in ipso consensu Vassallorum, et Castellanorum, scilicet in personam Bonifacii de Tilio, Guidonis de Coconato, Iacobi de Gabiano, Henrici de S. Stephano, Iacobi de Ozano, Facini de Montilio, Bonifacii de Castellino, Nicolai de la Sala, Percivalli de Torcello, et Bonifacii de Castelleto ad acceptandum arbitramentum ut supra nominatum.

Bis. t. I, *f.* 141 — t. IV, *f.* 117.

1305 — 9 *Iulii*

Promissio ex parte Comunis Vercellensis standi arbitramento præfatorum super facto Tridini.

Bis. t. I, *f.* 142 — t. IV, *f.* 119.

1305 — 12 *Iulii*

Præceptum d. Marci Lombardi Consulis Iustitiæ Civitatis Papiæ Opixoni de Olcheria Notario, authenticandi particulam testamenti q. d. Ioannis Marchionis Montisferrati, die 18 Ianuarii 1305 rogato Ricobono qua commendavit custodiam terræ suæ, et Marchionatus sub gubernio Comunis Papiæ, Marchionis Saluciarum, et Comitis Philipponi de Langusco Comitis Lomelli usque ad adventum hæredum.

Bis. t. I, *f.* 136 — t. IV, *f.* 114.

1305 — 12 *Iulii*

Præsentatio libelli, dominis Arbitris ex parte Comunis Vercellensis, continentis, quod ipsum Comune fuit semper in possessione Burgi Tridini, ac jurisdictionis ejusdem, de quo fuit violenter spoliatum per q. Marchionem Montisferrati, unde petit sibi restitui, ac privari Marchionem Salutiarum vices fungentem Marchionatus, et hæredum.

Bis. t. I, *f.* 108.

1305 — 12 *Iulii*

Responsio negatoria Procuratorum Marchionatus.

Bis. t. I, f. 109.

1305 — 12 *Iulii*

Prorogatio Compromissi per dictos d. Arbitros ordinata, usque ad Paschatam Resurrectionis venturam.

Bis. t. I, *f.* 110.

1305 — 12 *Iulii*

Subrogatio ad invicem inter se facta per dictos d. Arbitros vigore pactorum Compromissi.

Bis. t. I, *f.* 110.

1305 — 12 *Iulii*

Delegatio, et Commissio per ipsos Arbitros facta Alberto de Codio Papiensi, et Bonifacio de Fara Mediolanensi ad hoc, ut procedant in causa, et causis præmissis.

Bis. t. I, *f.* 111.

1305 — 12 *Iulii*

Assignatio per d. Philipponem de Langusco Comitem Palatinum Lomelli, et Guidonem de Turri Arbitros in quæstionibus inter Civitatem Vercellensem, et d. Manfredum Marchionem Salutiarum Gubernatorem

Marchionatus Montisferrati facta d. Thomæ de Gabiano Procuratori ejusdem Marchionis ad comparendum infra 15 dies ad respondendum in Civitate Mediolani petitionibus per d. Iacobum de Gosmario Procuratorem Comunis Vercellensis exhibitis, continentibus quod de anno 1304 mense Februarii, et ab hinc antea Comune Vercellense tenebat, et possidebat locum Tridini, jurisdictionem in ipso, et hominibus exercendo, et fodra imponendo, Potestatem nomine ipsius Civitatis ibi tenendo: de quo Burgo q. d. Ioannes Marchio Montisferrati sua auctoritate ipsum Comune spoliaverat: et nomine ejus, et suorum hæredum adhuc detinebatur. Cui assignationi Procurator Marchionatus non consensit nisi si et quatenus per formam compromissi tenebatur.

Perg. — Ais. t. I, *f.* 111.

1305 — 20 *Iulii*

Responsio per præfatum Procuratorem Marchionatus petitionibus ex parte Civitatis Vercellarum propositis ut supra.

Perg. ut supra. — Bis. t. I, *f.* 112.

1305 — 27 *Iulii*

Assignatio per Arbitros facta, cum consilio jurisperitorum assumptorum, d. Iacobo de Gosmario Procuratori Comunis Vercellensis ad probandum infra unum mensem quidquid voluerit super capitulis ibidem adductis, et insertis: cum assignatione altera d. Thomæ de Gabiano ad interessendum infra 15 dies, ad videndum deferre juramentum testibus producendis per Comune Vercellense, quorum dicta recipiuntur per Iacobum Pollam, et Francinum de Oltrena Notarios.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 114.

1305 — 6 *Augusti*

Substitutio Procuratoris per d. Thomam de Gabiano Procuratorem in causa Tridini contra Comune Vercellense.

Bis. t. I, *f.* 139 — t. IV, *f.* 116.

1305 — 9 *Augusti*

Ordinatum d. Thomæ de Surexina Potestatis Vercellensis delendi ex libro bannorum Ioannem Furnarium, et Antonium de Morano, condemnatos in libris 50 pap. causa certorum delictorum: et hoc ad instantiam Gabrii Pontacii de Castelleto ex eo quod dederant in potestate Iustitiæ Ioannem Loexanum de Guardabosono malefactorem, et in pœnam capitis condemnatum: sic disponentibus statutis Civitatis Vercellensis.

Perg.

1305 — 10 *Augusti*

Substitutio per Iacobum Pollam Notarium ex electis per dominos Arbitros in causa Tridini ad recipiendum depositiones testium ex parte Comunis Vercellensis productorum, in personam Iacobi de Brustis Notarii Mediolanensis, prout substituendi facultatem habebat ex instrumento suæ deputationis.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 119 — t. IV, *f.* 99.

1305 — 29 *Augusti*

Declaratio facta per infrascriptos dominos uti Arbitros in causa Tridini, ad expositionem d. Guizardi de Mussis Nuncii Comunis Vercellarum, quod d. Thoma de Gabiano Procurator Marchionatus Montisferrati protestabatur super facultate ipsorum Arbitrum: scilicet quod intendebant nihilominus pronunciare in ipsa causa. — Actum in castris Papiensium juxta Martinengum sub pavilione magnifici domini Philipponis de Langusco Comitis Palatini Lomelli, et Guidonis de Turri Capitanei taleæ militum, et peditum Exercitus partis Ecclesiæ.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 115 et 150 — t. IV, *f.* 97-124.

1305 — 19 *Septembris*

Relatio Novarini de Novaria Missi dominorum Arbitrum præfatorum eis facta, se præsentasse dominis, Marchioni Salutiarum uti Gubernatori Marchionatus Montisferrati, et Thomasino de Surexina Potestati Vercellensi literas per præfatos scriptas eis, datas die 12 Septembris, continentes quatenus die 23 hujus se præsentare deberent in Civitate Papiæ ad procedendum in causa Tridini. Cum responsionibus inde Marchionis sub dat. 15, et Potestatis sub 17, ejusdem promittentium adesse tempore statuto.

Perg. — Bis. t. 1, *f.* 116 — t. IV, *f* 97.

1305 — 20 *Septembris*

Substitutio Procuratoris per Procuratorem Comunis Vercellensis facta in causa Tridini præmissa.

Bis. t. I, *f.* 137 — t. IV, *f.* 114.

1305 — 25 *Septembris*

Positiones ex parte Marchionatus Montisferrati: scilicet notorium esse quod q. d. Ioannes Marchio intravit Tridinum mense Februarii anni 1304 consensu, et petentibus Comuni, ac hominibus ipsius loci, et pro juribus sibi competentibus. Quod hoc anno 1305 mense Maii, et antea Marchio Salutiarum nomine Marchionatus erat in possessionem Burgi, et jurisdictionis Tridini, et Comune Vercellense, ad injuriam, cum exercitu vastaverat territorium ipsius loci eodem anno ipsum locum expugnando.

Item quod homines ipsius loci juraverant fidelitatem dicto q. Marchioni Montisferrati.

Bis. t. I, *f.* 117 — t. IV, *f.* 98.

1305 — 25 *Septembris*

Assignatio termini per Arbitros dati, Procuratori Marchionatus, ad probandum quidquid voluerit in dicta causa.

Bis. t. I, *f.* 137 — t. IV, *f.* 115.

1305 — 25 *Septembris*

Responsiones d. Francisci de Mussis Sindici, et Procuratoris Comunis Vercellensis ad interrogatoria d. Thomæ de Gabiano Procuratoris Marchionatus Montisferrati coram dominis Iureconsultis deputatis ad hoc per dominos Arbitros in præcedenti causa.

Perg.

1305 — 6 *Octobris*

Substitutio per Procuratorem Marchionatus Montisferrati in præmissa causa Tridini.

Bis. t. I, *f.* 136 — t. IV, *f.* 113.

1305 — 13 *Novembris*

Ordinatum dominorum Arbitrum in causa præmissa super publicatione testium hinc inde examinatorum, et comunicatione ipsorum infra decem dies, cum assignatione partibus dandi copiam ipsorum testium infra alios decem dies, ad hoc, ut exceptiones respectivas facere possint, inde infra 3 dies coram ipsis comparendum in Civitate Mediolani.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 119 — t. IV, *f.* 100.

1305 — 21 *Novembris*

Investitura per Thealdinum q. d. Ardicionis de Crepacorio concessa Agnexiæ f. q. Philippini de Seracio de Barenzano, nomine ejus filiorum recipienti de quadam petia terræ arabilis sita in territorio Postuæ, loco ubi dicitur in plano Barenzani.

Perg. — Bis. t. II, *f.* 191 — t. III, *f.* 307.

1305 — 9 *Decembris*

Assignatio per dominos Arbitros in causa Tridini, cum consilio dominorum Iurisperitorum, per ipsos electos, facta dominis Thomæ de Gabiano Procuratori Marchionatus Montisferrati, et Francisco de Mussis

Procuratori Civitatis Vercellensis de producendo usque ad diem 8 Ianuarii proximi venturi omnia eorum documenta, et jura, et allegandi quidquid voluerint: comparituros die subsequenti in Civitate Mediolani coram ipsis Arbitris.

Productio jurium ex parte Comunis Vercellensis de sequentibus documentis per extensum.

1202 — 2 *Iulii* — 23 *id.* — *item* 23 *id.*
1214 — 15 *Novembris* — *item* 15 *Nov.*
1293 — Tria fodrorum solutorum.
1294 — 1296 — 1299 — 1300 alia fodrorum.
1300 — 1 *Ianuarii.*
1301 — 1302 — 1303 alia fodrorum.
1303 — 9 *Februarii* — 1303 .... condemnationes.
1303 — *Octobris* cavalcata.
1292 — 17 *Septembris* — 29 *Octobris* — 10 *Martii* — 17 *Septembris* — 19 *Decembris* condemnationes.
1293 — 17 *Februarii* — 1295 — 28 *Ianuarii* — 1298 — 6 *Martii* — 1299 — 23 *Februarii* — 2 *Maii.*
1300 — 26 *Ianuarii* condemnationes.
1301 — 11 *Februarii* — 13 *Decembris* aliæ condemnationes.
1302 — 7 *Aprilis* — 23 *Iulii* — 5 *Octobris* aliæ.
1303 — 12 *Ianuarii* — 26 *Ianuarii* — 22 *Octobris* — 12 *Decembris.*
1304 — 29 *Ianuarii* — 12 *Ianuarii* condemnationes.
1304 — 7 *et* 9 *Ianuarii* constitutio super Potestaria Tridini.
(Omnia suis locis compendiata).

Bis. t. I, *f.* 20. — Perg.

1306 — 5 *Ianuarii*

Præceptum d. Potestatis Vercellensis Notario de Calvis exemplandi, et in publicam formam authenticandi condemnationes quasdam per Iudices Civitatis Vercellensis latas contra diversos homines Tridini, ad hoc, ut constet ipsum Burgum fuisse de jurisdictione ejusdem Civitatis.

Bis. t. I, *f.* 125 — t. IV, *f.* 104.

1306 — 5 *Ianuarii*

Aliud præceptum ut supra factum Simoni Notario de Clivolo.

Bis. t. I, *f.* 127 — t. IV, *f.* 105.

1306 — 24 *Martii*

Sententia lata per dominos Arbitros præfatos; qua pronunciatum fuit

Comune, et homines Civitatis Vercellarum restitui debere in possessionem Burgi Tridini, et exercere ibi jurisdictionem, fodra, et banna imponere etc., non obstantibus oppositionibus Marchionis Saluciarum, ejusdem Procuratoris de cœteris in libello Vercellensium contentis absolvendo, salvo jure utriusque partis in petitorio.

Bis. t. I, *f.* 95. — Acquisit. lib. II, *f.* 21.

1306 — 19 *Iulii*

Requisitio Comuni Vercellensi per d. Simonem Advocatum dictum de Colobiano, quod traderetur ei locum, sive Receptum Burgeti Padi inhabitatum, sub promissione illum habitari faciendi, ita et taliter quod a die dationis in antea homines qui ibi venerint ad habitandum, solvant Comuni præfato fodra, et scuffias in æstimo librarum 10 pap., semostam ideo faciendo de libris 150. Cui Comune annuens eidem dictum Receptum dedit, et vendidit precio prædicto. Quæ pecunia data fuit militibus existentibus apud Triverium contra perfidum Dulcinum.

Bis. t. II, *f.* 34 — t. III, *f.* 103.

1307 — 11 *Martii*

Investitura per dominos Crepacorii concessa Milano de Verda de Roncho Postuæ, de quadam pecia gerbi in territorio Postuæ, sub annuo fictu.

Bis. t. II, *f.* 193 — t. III, *f.* 309.

1307 — 14 *Martii*

Locatio per Comune Vercellense facta Iacomello q. Gualæ de Advocatis Quinti de modiis 18 terræ in Creario.

Bis. t. I, *f.* 249 — t. III, *f.* 264.

1307 — 30 *Iunii*

Extractus ex libro condemnationum datarum per nobilem, et potentem Militem d. Facium de Pusterna Potestatem Civitatis Vercellensis de sententia lata contra d. Petrum de Azelio in libris 200 pap. propter ejus contumaciam in non comparendo coram eo ad instantiam Comunis ejusdem Civitatis propter quædam debita ad quæ tenebatur erga ipsum.

Perg. 30 Ian. 1340.

1307 — 26 *Iulii*

Liberatio a condemnatione librarum 50 pap. favore Ardicionis de Palestro per d. Guilielmum de Berrua Potestatem Vercellensem, instantibus Ioannino de Castagneto, et Petro Bona de Messerano, eo quia

consignaverat in manibus d. Thomæ de Surexina Potestatis Vercellarum, tempore quo erat cum exercitu contra perfidum Dulcinum, Antonium de Casali qui inde morti traditus fuit: et hoc vigore Statutorum.

Perg.

1307 — 10 *Novembris*

Testium examinatio super differentia mensurationis trabucorum trium, et plus in quæstione inter loca Uliaci, et Villæregiæ pro facto divisionis jurisdictionis ipsorum locorum assertorum de feudo Episcopi Vercellensis.

Perg.

1307 — 14 *Novembris*

Liberatio trium hominum a banno librarum 50 in quo condemnati jam fuerant, declarata per Lanfrancum de Garneriis Iudicem, et Assessorem d. Guilielmi de Berrua ad instantiam d. Francisci filii q. d. Gualæ de Advocatis Quinti, uti cessionarii Ardicionis de Ripa de Biolio jus habentis liberationis 4 bannitorum ex Statutis concessæ iis, qui præsentassent aliquem famosum furem, vel incendiarium, eo quia remiserat in manibus justitiæ Martinum Polpa de Cossato furem famosum, et in furto deprehensum.

Perg.

1307 — 17 *Novembris*

Locatio cujusdam domus in vicina S. Michaelis Civitatis Vercellensis per Rectorem ejusdem Ecclesiæ facta d. Ruffino de Miralda per annos novem sub annuo fictu librarum 4 bonarum pap.

Perg. unita alteri 12 Augusti 1268.

1307 — 2 *Decembris*

Recognitio melioramentorum præfatæ domui factorum.

Perg. ut supra.

1308 — 2 *Februarii*

Donatio per Gualinum Testam facta, decreto Iudicis, interveniente Guicciardo de Mussis Notario Vercellensi, de duobus domibus in vicinia S. Thomæ hujus Civitatis.

Bis. t. II, *f.* 256 — t. III, *f.* 372.

1308 — 4 *Septembris*

Quitatio favore Comunis Vercellensis per d. Simonem Advocatum de

Colobiano de libris 900 pap. eidem solutis per fratrem Petrum de Chararia Clavarium ejusdem Civitatis.

Perg.

1308 — 14 *Decembris*

Remissio Comunis Vercellensis in personam d. Bertarii Advocati Comensis Potestatis dictæ Civitatis, ad hoc, ut arbitraret super differentiis ejusdem Comunis cum d. Petro de Azelio occasione fodrorum, et onerum præteritorum, et futurorum pro Castro, villis, et territorio Azelii.

Perg. — Bis. t. II, *f.* 252 — t. III, *f.* 368.

1308 — 14 *Decembris*

Compromissum item per d. Simonem de Advocatis uti Procuratorem d. Petri de Azelio; et Fridericum de Cocorella, Procuratorem Civitatis Vercellensis in d. Bertarium de Advocatis de Cumis Potestatem Vercellensem super præmissa quæstione.

Perg. — Bis. t. II, *f.* 253 — t. III, *f.* 369.

1308 — 17 *Decembris*

Sententia arbitramentalis lata per præfatum d. Potestatem Arbitrum inter prædictas partes.

Perg. — Bis. t. II, *f.* 205 — t. III, *f.* 318.

1308 — 17 *Decembris*

Exemplum præmissæ sententiæ arbitramentalis cum insertione quorumdam statutorum Civitatis Vercellensis contra illos qui non consignabunt legitime eorum bona, ac copiam consignamentorum quondam factorum per d. Petrum de Bicheriis, et per d. Agnetem de Bicheriis uxorem q. d. Ugucionis de Azelio, de eorum prædiis in loco, et territorio Azelii.

Perg.

1308 — 24 *Decembris*

Extractus e libro exactionum fratris Petri Chararii de S. Christophoro Clavarii Civitatis Vercellarum.... tempore d. Militis Bertarii de Cumis Potestatis dictæ Civitatis, ex quo apparebat d. Simonem de Advocatis de Colobiano solvisse in tribus partitis libras 175 in solutum, et nomine d. Petri de Azelio occasione fodrorum, et bannorum per ipsum debitorum de præterito tempore: et in executionem sententiæ 17 Decembris ejusdem anni.

Perg.

1309 — 5 *Ianuarii*

Investitura per quosdam dominos Crepacorii concessa Uberto q. Iacometi de Graciola de Roncolo de Postua quarumdam peciarum zerbi, et castagneti sub annuo fictu.

Bis. t. II, *f.* 194 — t. III, *f.* 309.

1309 — 6 *Iunii*

Abolitio per d. Paganum de Cernusco Potestatem Vercellensem cujusdam banni librarum 500 pap. contra Iacobum Nepotem naturalem d. Henrici de Viancino pro delictis perpetratis ante conclusam pacem, et tempore discordiarum civilium.

Perg.

1309 — 11 *Iunii*

Procura d. fratris Alberti Episcopi Yporegiensis, et Capituli Canonicorum ejusdem Civitatis in personam Francheti de Ulmo civis Yporegiæ, et Iacobini Batajæ de Clavarano, ad promittendum in causa quæ vertebatur inter ipsos, et Comune Vercellense, coram dominis Ioanne de Carixio, et Petro Bexio Arbitris comuniter electis super facto unius Turris destructæ per ipsos dominos Yporegienses in finibus Donati, seu quæ credebatur esse super finibus ejusdem loci jurisdictionis Vercellensis, scilicet quod parati erant ipsam reædificare quotiescumque judicatum fuerit, revera constructam fuisse in jurisdictione Vercellensi.

Perg.

1309 — 11 *Iunii*

Procura per Comune de Andrate in personam Guilielmi de Crosa ejusdem loci, cum submissione parendi arbitramento dominorum Ioannis de Carixio, et Petri de Solerio, Arbitris electis, in quæstionibus inter Comune, Episcopum, et Capitulum Civitatis Yporediæ ex una, et Comune Civitatis Vercellarum, ac Comune Donati ex altera, occasione unius turris prætensæ de finibus ipsius loci Donati, et destructæ per illos de Andrate, ac homines Ecclesiæ Yporegiensis.

Perg. unita præcedenti.

1309 — 28 *Septembris*

Subhastatio per Comune Vercellense de pedagio vini quod extrahitur extra jurisdictionem Vercellensem cum deliberamento favore Ioannis de Belino de Gixate: pro precio librarum 150 pap. ad annum unum sub pactis ibidem expressis, quod pedagium exigi debebat ad rationem de denariis duodecim pro sextario vini.

Bis. t. II, *f.* 329 399.

1309 — 15 *Novembris*

Sententia cum voto d. Germani de Freapane Iurisperiti quod d. Doracius de Mortario Iudex, et Assessor d. Alberti de Cario Potestatis Vercellensis liberare deberet Iacobinum filium Petri Poncii de Messerano a banno librarum 50 pap. in quo propter quædam delicta patrata condemnatus fuerat; ex eo quod esset cessionarius Gualonis Buscaliæ de Casaligualono, jus habentis pro eo quia dederat in potestatem justitiæ quemdam denominatum Signorellum famosum bannitum ab ipsa Civitate.

Perg.

1309 — 23 . . . . .

Alia ex voto d. Iacobi de Carixio Iurisperiti, quod d. Bonatius de Mortaria Iudex, et Assessor dictæ Potestatis absolvere deberet Nicolaum de Blandrate condemnatum in libris 50 pap. ad instantiam d. Præpositi de Moxo cessionarii Lanfranchi de Darolio, Guilielmi Rubei, et Durantis Vaccæ omnium de Gatinaria, qui remiserant in manibus Iustitiæ Zanibonum f. q. Iacobi Cavasia de Galarate furem famosum, et morti damnatum.

Perg.

1310 — 28 *Iulii*

Renovatio concordiæ, et pactorum inter Comune Vercellense seu d. Militem Ioannem de Conchoretio Mediolanensem Vercellarum Potestatem, ac dominos Ardicionem de Pectenatis, et Philippum de Quarenia Sindicum ejusdem Civitatis nomine ejusdem, ac Comune, et homines Morani, qua hi promittunt facere exercitum, et cavalcatam ad defensionem Civitatis, et terræ Vercellarum, salvo contra Marchionem Montisferrati, et ejus terram: et solvere censum Civitati de libris 25 annualiter.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 187 — t. IV, *f.* 169.

1310 — 2 *Septembris*

Liberatio Otelli filii naturalis q. Ioannis de Bellino a banno librarum 50 pap. in quibus condemnatus fuerat, ad instantiam d. Ruffini de Miralda Procuratoris, et nomine d. Martini de Montonario jura cessa habentis per d. Ubertum Cortellam et Petrum Zuccum de Mortiliengo, qui consignaverant in manibus justitiæ Vercellensis Iacobinum de Ferraria sectatorem et socium perfidi hæretici Dulcini.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 187 - t. IV, *f.* 169.

1310 — 15 *Decembris*

Concordia, et pax pronunciata in Monasterio S. Andreæ Vercellarum

per d. Henricum Romanorum regem, anno VI Pontificatus Clementis Papæ V, inter cives Vercellenses qui duabus in factionibus divisi, una Advocatorum, altera Ticionum nuncupata, quorum principales, et sequaces nominati sunt, plura damna vicissim sibi intulerant: qua ordinatur remissio injuriarum, et revocatio proscriptorum. Sub pœna librarum 100 aurearum in contravenientibus etc. præsentibus Archiepiscopo Mediolanensi, Episcopis Parmensi, Basilæensi, Novariensi etc., et Electo Vercellensi Comite Amedeo de Sabaudia, et aliis etc.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 184 - t. IV, *f.* 164.

1310.....

Pax inter Advocatos, et Arboreos, et Comune Civitatis Vercellensis conclusa.

Perg.

1310.....

Confirmatio privilegii Lucedii per Henricum Regem.

Perg.

1311 — 6 *Iulii*

Confessio Comunis Vercellensis erga Albertinum de Montonario Notarium de libris 73 pap. pro quibus ei assignat officium Notarii Iustitiæ partis Aquilæ cum emolumentis ejus percipi solitis, titulo pignoris retinendum, quousque ipsa summa ei non restituetur, cum facultate ipsum exerceri faciendi per alium Notarium dummodo sit de Collegio, et mutandi substitutos per singulos sex menses. Quæ libræ 73 expensæ fuerunt pro solvendis salariis d. Ugonis de Brixiaco tunc Vicario Vercellarum, et d. Ubertini de Laudo Vicarii præsentanei pro Imperatore, ac stipendiis militum tam peditum quam equitum custodiæ ipsius Civitatis.

Perg.

1311 — 6 *Iulii*

Alia confessio de libris 70 erga Simonem de Aro Notarium uti Procuratorem Albertini Mealiæ Notarii cum cessione alterius officii Notariatus Iustitiæ partis Aquilæ: sub pactis, et versione pecuniæ ut supra, ac pro aliis imminentibus expensis.

Perg.

1311 — 21 *Iulii*

Cessio per Albertinum de Montonario de ejus officio Notariatus

Iustitiæ partis Aquilæ favore d. Ioannis de Cocorella precio librarum 73 papiensium.

Perg. 6 Iulii.

1311 — 18 *Septembris*

Compromissum dominorum de Advocatis, et dominorum de Titionibus pro se, eorumque sequacibus ibidem nominatis in personam magnifici, et illustris d. Philippi de Sabaudia Principis Achajæ, de omnibus guerris, et damnis vicissim infertis. Salvis mandatis, et præceptis d. Imperatoris, et concordia cum Civitate de anno 1310 per ipsum Imperatorem ordinata. Unde idem illustris Princeps ordinavit concordiam, et pacem fieri inter ipsas partes, et observantiam præceptorum Serenissimi Imperatoris, sub reservatione sibi, adjungendi, mutuandi etc.

Bis. t. I, *f.* 197 — t. IV, *f.* 183.

1311 — 21 *Octobris*

Alienatio per Civitatem Vercellensem de pedagio Gabellæ Salis cum ejus augumento facta subhastatione præcedente favore d. Nicolai de Ricio dicti de Margaria, precio librarum 1500 pap., quæ per Comune solvi debebant Militibus existentibus ad custodiam Civitatis, et domino Aymoni de Aspromonte Vicario in ipsa Civitate substituto per d. Philippum de Sabaudia Principem Achajæ Vicarium generalem Civitatum Papiæ, Vercellarum, et Novariæ pro Serenissimo Henrico Romanorum Rege.

Perg.

1311 — 18 *Decembris*

Cessio per Comune Vercellense Officii exactoris fodrorum, bannorum, et condemnationum partis Portæ Ursonæ per Albertinum filium Guilielmi Medaliæ facta favore Germani filii q. d. Antonii de Freapane Iudicis, precio librarum 51 pap. consumptarum in stipendiis d. Ugonis de Brixiaco, et..... olim Vicariorum ejusdem Civitatis, et ipsorum Militum ad custodiam Civitatis retentorum. Ita tamen quod exercere faceret ipsum officium per aliquem Notarium de Collegio Civitatis.

Perg.

13..... — 27.....

Confessio Comunis Vercellensis de libris 203, solid. 15 pap. erga dominum Martinum de Montonario per ipsum mutuatis eidem Civitati pro solvenda parte stipendiorum d. Philippi de Sabaudia Principis Achajæ

de ejus Officio Vicariatus Vercellensis; et pro liberandis dominis..... de Advocatis Valdengi, Iacobo, et Petro de Advocatis Quareniæ..... de Advocatis Olcenenghi, Ioanne, et Emanuele fratribus, et filiis d. Simonis de Advocatis de Colobiano, Petro de Mortaria, Nicolino de Clivolo, Francisco de Cocorella, Martino de Montonario, Iacobino de Pectenatis, Ablatico d. Uberti de Pectenatis, detentis pro obsidibus carceratis in Castro Vigoni ab eodem Principe pro dicto suo credito.

Perg.

1311 — 22 *Decembris*

Cessio per Ioannem de Cocorella, de Officio Notariatus Iustitiæ partis Aquilæ favore Antonii de Roba Notarii, pro precio lib. 73 pap.

Perg. 6 Iulii.

1312 — 27 *Ianuarii*

Investitura in Castro Bugellæ per d. Ubertum Episcopum Vercellensem concessa dominis de Crepacorio de omni feudo quod tenebant ab Ecclesia Vercellensi, qui juraverunt fidelitatem, et consignaverunt se tenere in feudum quidquid possidebant in locis, et territoriis Crepacorii, Coxulæ, et Postuæ, cum alpibus Curnixelii, Crepacorii, ferraria, et argentaria, cum decimis, fictibus etc.

Bis. t. I, *f.* 216 — t. III, *f.* 332.

1312 — 5 *Februarii*

Cessio per Ubertum de Medalia Notarium de uno ex Officiis Notariatus Iustitiæ partis Aquilæ favore d. Iacobini de Moxo precio librarum 70 pap.

Perg.

1312 — 13 *Iunii*

Præceptum d. Potestatis Vercellensis Notario Rapicia authenticandi Instrumentum pacis pronunciatæ per Serenissimnm Regem Romanorum sub 15 Decembris 1310.

Bis. t. IV, *f.* 164.

1313 — 1 *Ianuarii*

Investitura concessa per d. Ubertum Episcopum Vercellarum, Comuni, et hominibus ejusdem Civitatis, de toto illo recto feudo quod tenebat ab Ecclesia, et Episcopatu Vercellensi, idest de jurisdictione civili, et criminali Civitatis, et Diœcesis, insulis, pedagiis, mercatis quæ ipsa

Ecclesia habet ab Imperatore ex multis privilegiis, ac de Monte S. Laurentii, et Tridini de subtus. Reservando in se appellationes a sententiis latis per Potestatem, et Iudices Civitatis, et quod pugnæ adjudicatæ debeant fieri per Nuncios, et Advocatos Episcopi, et sub eis ordinari, et campum custodiri: item remanente apud Episcopum jure emancipationum, dationis tutorum, abstenutæ hæreditatis paternæ, restitutionis in integrum, et interpositionis decreti in conctractibus minorum. Proinde d. Antonius de la Villata Consul Iustitiæ, consensu Credentiæ Comunis juravit fidelitatem juxta formam contentam in nova, et veteri forma fidelitatum.

Bis. t. I, *f.* 193-194 — t. IV, *f.* 179.

1313 — 30 *Ianuarii*

Cessio per Comune Vercellense facta d. Uberto Episcopo ejusdem Civitatis, de loco, territorio, et juribus Triverii cum jurisdictione, angariis, perangariis etc. jure pignoris, et hypotecæ retinendæ pro summa librarum 3000 pap. de quibus ipsum Comune se confitetur debitor pro florenis mille aureis per ipsum Episcopum ad mutuum comparatis, favore, et pro auxilio, et defensione ejusdem Civitatis: Vicario existente nobili d. milite Andrea de Riviore pro d. Philippo de Sabaudia Principe Achajæ Vicario Generali Serenissimi d. Henrici Imperatoris.

Perg.

1313 — 4 *Aprilis*

Cessio Officii mensuratoris salis pro precio librarum 32 pap. et Officii Notariatus dicti salis precio librarum 126 pap. facta per dominum Bonifacium Almosnerium, Iusto filio Obezini de Polastra. Quæ officia vendita fuerant per Comune Vercellense eodem precio d. Uberto de Vassaliis pro solvendis stipendiis militum, et salariis dominorum Ugonis de Briziaco, et Ubertini Landi olim Vicariorum dictæ Civitatis usque de anno 1311, 6 Iulii, quæ per ipsum Vassallum eidem Almosnerio cessa fuerant.

Perg.

1313 — 25 *Maii*

Obligatio Comunis Vercellensis de libris 40 pap. erga hæredes q. d. Ioannis de Dionisio per ipsum olim mutuatis pro solvendo stipendio d. Andreæ de Riviore Vicarii, et Militum ad custodiam Civitatis existentium.

Perg.

1313 — 25 *Iunii*

Venditio facta per Iacobinum de Mortaria Comuni Civitatis Vercellensis de quodam fictu quod recipiebat a d. Gothofredo de Bondonis super quamdam domum, et sedimen in ipsa Civitate existentia in beora ubi dicitur in Curte Regia.

Bis. t. II, *f.* 15 — t. III, *f.* 70.

1314 — 9 *Martii*

Procura Comunis Vercellensis in d. Guilielmum de Freapane ad accipiendam mutuo summam pecuniarum necessariam pro solvendo salarium, et alias expensas d. Militi Andreæ de Riviore olim Vicario ejusdem Civitatis.

Perg.

1314 — 12 *Martii*

Confessio debiti Comunis Vercellensis librarum 157 pap. nomine ipsius d. Guilielmo de Freapane mutuatis per d. Ioannem de Montonario pro solvendo salario d. Andreæ de Riviore Vicario: sub speciali hypoteca jurium, et redituum locorum Messerani, Gatinariæ, et Rovaxeni.

Perg.

1314 — 21 *Martii*

Alia favore d. Francisci de Cocorellis de florenis 275 in duabus vicibus Comuni mutuatis sub hypoteca.

Perg. unita præcedenti 9 Martii.

1314 — 30 *Maii*

Procura Comunis Vercellensis Zambellino de Gessate Notario ad transigendum super quadam summa pecuniarum debita illis qui steterunt in obsides apud Principem Achajæ.

Perg.

1314 — 23 *Iulii*

Obligatio Zambellini de Gessate nomine Comunis Vercellarum erga d. Ricardum de Advocatis de Colobiano pro libris 142, solid. 10 pap. receptis ad solvendum diversis de ipsa Civitate.

Perg.

1314 — 30 *Augusti*

Procura specialis Comunis Vercellensis domino Iacobino de Ast

Bulgaro ad accipiendum mutuo florenos 400 auri, pro solvendis paghis debitis d. Guidoni Dalphino, ejusque armigeris, et pro satisfaciendis domino Simone de Advocatis de Colobiano, et d. Petro Cho de Rodobio Ambaxatoribus per Civitatem missis Cremonam cum d.... de Suena, et pro solvenda summa librarum 800 dominis Bonojoannino, et Percivallo de Palestro.

Perg.

1314 — 30 *Augusti*

Mutuum dominorum Iacobi, et Vifredi de Palestro factum domino Iacobino de Ast Procuratori Civitatis ut supra de florenis 250 auri, pro expendendis ut supra.

Perg.

1314 — 6 *Septembris*

Confessio dicti d. Iacobini de Ast Sindici Comunis Vercellensis de florenis 60 auri habitis a Philippone, et ejus fratre filiis q. d. Ionselmi de Palestro, pro duabus partibus hæreditatis ejusdem.

Perg.

1314 — 17 *Septembris*

Alia confessio erga Petrum de Crassa de libris 147, solid. 6, denariis 8 pap. cum hypoteca Pedagii Gabellæ salis, et sub diversis pactis: ac etiam quod ratificari procurabunt per illustr. Militem d. Ugonem de Balcio Senescalcum Regis Roberti in Longobardia.

Perg.

1314 — 17 *Septembris*

Confessio alia Civitatis de lib. 147, sol. 6, den. 5 pap. erga d. j. u. doctorem Guilielmum Cagnolum mutuo habitis pro solvendo contingente stipendii debiti d. Vidoni Dalphino, ejusque armigeris: sub hypoteca gabellæ salis, et pacto ut supra.

Perg.

1314 — 25 *Septembris*

Venditio facta per Comune Tronzani cum auctoritate d. Ottini ex Comitibus Palatinis de Lumello Potestatis ejusdem loci de duobus furnis, cum eorum emolumentis Antonio de Leria Notario, pretio librarum 245, sol. 10 pap. pro solvendis debitis erga d. Petrum f. q. d. Bonijoannis de Tronzano, pro fodris, et cavalariciis.

Perg.

1314 — 29 *Decembris*

Cessio Officii Notariatus exactorum fodri, bannorum, et condemnationum partis Portæ Ursonæ per d. Iacobum de Moxo causam habentem a d. Bonifacio Almosnerio, favore Ioannis ab Ecclesia Notarii pro pretio librarum 42 pap.

Perg.

1315 — 7 *Ianuarii*

Hypoteca diversorum Officiorum Civitatis per Comune Vercellense facta, inter quæ Notariatus rationatorum erga d. Simonem Advocatum de Colobiano pro summa librarum 200 pap.

Perg.

1315 — 26 *Ianuarii*

Cessio per d. Simonem de Colobiano prædictum, Obizoni de Polastro pro pretio librarum 18 de uno ex præfatis officiis.

Perg.

1315 — 17 *Februarii*

Præstitum factum per d. Henricum de Maxino ac Franciscum, et Guilielmum ejus nepotes f. q. alterius Guilielmi de Maxino, favore Civitatis Vercellensis de libris 250 pap. pro solvendis debitis quibusdam.

Perg.

1315 — 30 *Martii*

Cessio officii Notariatus exactoris fodri et bannorum partis Portæ Ursonæ per Ioannem de Ecclesia domino Guilielmo de Vassallis facta pro pretio librarum 42 pap.

Perg.

1315 — 31 *Augusti*

Obligatio d. Iacobi de Ast de Bulgaro Sindici Comunis Vercellensis erga d. Antonium f. q. d. Ionselmi de Palestro pro tertia parte hæreditatis patris sui de summa florenorum 30 auri.

Perg.

1315 — 12 *Septembris*

Cessio per d. Iacobum de Moxo facta Iacobino de Agaciis, negotium fungenti hæredum q. Oliverii Bozelli de Officio unius ex Notariis Iustitiæ partis Aquilæ: mediante pretio librarum 70 pap.

Perg.

1315....

Extractus ex libro æstimi Comunis Vercellensis facti tempore regiminis d. Ruffini de Strata Vicarii ejusdem Civitatis, et districtus pro Serenissimo Roberto Hyerusalem, et Siciliæ Rege, quo reperiebatur descripta Villa Azelii in æstimo librarum 300. Item in ipso loco Azelii ex conventione d. Petri de Azelio in æstimo librarum 120.

Perg.

1316....

Alter ex libro æstimi facti tempore regiminis d. Vercellini de Vicecomitibus Potestatis Vercellarum, quo descripta erat Villa Azelii in æstimo librarum 100 de hoc anno.

Perg.

1316 — 20 *Decembris*

Renovatio concordiæ, et pactorum inter Comune Vercellense, et d. Enricum f. q. Comitis Iacobi, Iacobinum f. q. Comitis Guidonis, suo, et nomine dominorum Petri f. q. Iacobi Comitis, ejusque nepotum filiorum q. Comitis Alberti, ac dominorum Petri, et Bartholomei f. q. Comitis Odonini, ac cæterorum fratrum dicti Comitis Iacobi aliorum q. Comitis Guidonis, et generaliter nomine aliorum Comitum Masini.

Eademque die, vigore ipsius conventionis Comune prædictum ipsos investivit de Castro, loco, territorio, et jurisdictione Malioni.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 167-180 — t. IV, *f.* 141-159.

1317 — 3....

Cessio Officii mensuræ Salis per Guidonem filium, et Procuratorem Obicini de Polastra favore Guideti de Roba, pretio librarum 18 pap.

Perg.

1317 — 1 *Aprilis*

Cessio unius ex Officiis Notariorum Iustitiæ Civitatis Vercellensis per d. Iacobum de Agaciis uti Procuratorem hæredum q. Oliverii de Boxello favore Iacobi de Alino pro pretio librarum 70 pap.

Perg.

1317 — 15 *Aprilis*

Citatio ex parte d. Potestatis Vercellensis contra homines Piveroni ad comparendum ex causa (ut supra 1294).

Bis. t. I, *f.* 319.

1317 — 4 *Maii*

Cessio unius ex Officiis Notariorum Iustitiæ partis Aquilæ pretio librarum 71 pap. favore Uberti Nattæ Notarii, jura habentis a d. Antonio de Sara.... per d. Bernabinum f. d. Iacobi Panitiæ jura habentem a d. Petrino de Casali.

Perg.

1317 — 2 *Octobris*

Procura Obicini de Polastra in personam Guidoti ejus filii ad alienandum officium exactoris fodri, banni, et condemnationum partis Pusternæ.

Perg.

1317 — 9 *Octobris*

Cessio Officii Notariatus exactionis prædictæ per præfatum Guidotum nomine patris sui habentis jura a dominis Roberto R..... Lanfranchino de Calvis, et Iacobo q. Antonii de Calvis, et hi a dominis Albertino Me..... et Ambrosio de Volta, qui cessionem habuerant a d. Bernabino de Alino cessionario pariter d. Philipponis filii d. Bertholini de Arborio, qui habuerat cessionem a d. Ioanne de Moxo, jura habente a d. Petro de Casali, et d. Iacobo de Ripis primo acquisitore.

Perg.

1318 — 7 *Ianuarii*

Cessio unius ex Officiis Notariorum Iustitiæ partis Aquilæ pretio librarum 71, sol. 10 pap. per Ubertum de Natta favore Uberti de Bonella.

Perg.

1318 — 19 *Ianuarii*

Investitura per Rectorem Ecclesiæ S. Michaelis Vercellensis Iacobino de Bayna Notario concessa de modiis tribus terræ in Creario finium Vercellarum de 29 in 29 annos sub annuo fictu stariorum trium sicalis.

Perg.

1318 — 4 *Martii*

Procura per Comune Vercellense in quemdam ad obligationes faciendas pro ipso, pro domibus occupatis in nova constructione Castri inter fortalitia Advocatorum: idest de libris 750 pap. erga d. Iacobinum q. d. Nicolini Carariæ: de libris 350 erga d. Ioannem de Buroncio, lib. 150 erga d. Iacobum de Raimundis, lib. 815 erga d. Guifredum de Palestro: lib. 300 erga d. Paxium de Cremona: lib. 250 erga d. Petrum

Scutarium nomine ejus nepotum, filiorumque Francisci de Scutariis: et de libris 41 erga d. Guilielmum de Clivolo, et erga omnes alios creditores pro ipso.

Perg.

1318 — 31 *Martii*

Cessio unius ex Officiis Notariatus Iustitiæ partis Aquilæ per Ubertum Bonellum Notarium Iacobo de Roba Notario, pretio lib. 71 pap.

Perg.

1318 — 1 *Aprilis*

Investitura per dominos de Crepacorio favore Uberti q. Iacometi de Graciola de Roncho Postuæ de variis petiis terrarum.

Bis. t. II, *f.* 194 — t. III, *f.* 310.

1318 — 30 *Iunii*

Obligatio Comunis Vercellensis ex provisione facta in Consilio erga dominos Ionselmum, et Ioannem fratres de Castellengo de libris 13000 in satisfactionem damnorum eis datorum de anno 1302 in eorum Castro Castellengi, et possessionibus sub promissione solvendi eis denarios 2 quoque mense, pendente tempore solutionis, super fodris, taleis, et aliis oneribus Comunitatum Montis Livioni, Montis Beroardi, et Prati Celsi: sic instante Milite d. Matheo de Vicecomitibus domino generali Vercellarum.

Perg.

1318 — 30 *Iunii*

Statutum Comunis Vercellensis de solvendo dictam summam libr. 13000, et interim fictus ut supra.

Perg.

1318 — 25 *Iulii*

Venditio per fratrem d. Henricum de Bondonis de Miralda, et fratrem Gabrielem de Casali Inquisitores hæreticæ pravitatis, fratres Ordinis Prædicatorum, et d. Sibillam de Bondonis de Miralda uxorem q. Antonii de Langusco Vercellensem, fidecomissarios bonorum spectantium q. d. Ruffinæ uxori q. Iorii de Ferrario Vercellensis, ut ex ejus testamento 25 Februarii 1314 Francexio de Beaquis Notario rogato, favore d. Antonii de Lenta Speciarii Vercellensis de duabus domibus in una quarum furnum in vicinia S. Thomæ, pretio lib. 130 pap.

Bis. t. II, *f.* 257 — t. III, *f.* 372.

1318 . . . . .

Sententia d. Potestatis Vercellensis favore Abbatiæ Lucedii contra Comune Civitatis Vercellensis super facto onerum specialiter in bonis Gazii.

Inter acta 1439 in Pergamenis.

1319 — 8 *Ianuarii et sequente*

Authenticatio mandatorum N. 8 sub diversis diebus pro pecunia solvenda nomine Comunis Civitatis Vercellensis Militibus, et Contestabilibus existentibus pro ea ad custodiam loci Carexanæ.

Perg.

1319 — 31 *Ianuarii*

Appellatio quædam Parochianorum S. Thomæ Vercellarum prætendentium habere jus nominandi Rectorem ipsius Ecclesiæ.

Perg.

1319 — 25 *Februarii*

Submissio, et fidelitas sub variis pactis præstita per Consules, et Sindicos loci Palatii d. Militi Lodrisio de Vicecomitibus Potestati Vercellarum pro d. Matheo de Vicecomitibus, extracta ex libro processuum factorum tempore dicti d. Lodrisii.

Perg.

1320 — 11 *Ianuarii*

Compromissum dominorum Crepacorii, et Comunium Crepacorii, et Postuæ in d. Ubertum Episcopum Vercellensem super controversiis moltarum, et Comunium Curtis Postuæ, ac determinatione terminorum venationis.

Bis. t. II, *f.* 111 — t. III, *f.* 326.

1320 — 4 *Martii et sequente*

Mandata N. 9 pro paglis Militum, et Contestabilium, nomine Comunis Vercellensis, ad custodiam Carisianæ existentium.

Perg. ut supra, 8 Ian. 1319.

1320 — 13 *Maii*

Sententia lata per d. Ubertum Episcopum vigore Compromissi ut supra 11 Ianuarii, qua nulla declaratur determinatio finium loci venationum, et moltarum, et Comunium loci Postuæ, sub 11 Februarii 1319

rogato Luchino de Crepacorio, unam partem, et alteram in pristinum restituendo, prout antea reperiebatur possidere.

Bis. t. II, *f.* 212 — t. III, *f.* 327.

1321 — 30 *Iunii*

Mandata duo pro paghis Militum, et Contestabilium, nomine Comunis Vercellarum, ad custodiam Carixianæ existentium.

Perg. 8 Ianuarii 1319.

1321 — 4 *Augusti*

Confirmatio per d. Ubertum Episcopum Vercellensem facta de quadam conventione inter q. d. Martinum Episcopum præcessorem suum, et Comune Postuæ in Castro Bugellæ, qua homines, et vicini ipsius loci investiti fuerunt de toto quarto redituum, et decimæ illius territorii, excepto de agnis et capris, sub onere annuali modiorum 11 sicalis in festo S. Eusebii, et modiorum 12 panici, ac libræ unæ piperis in festo S. Martini per Instrumentum rogat. Zirialum 4 Decembris 1262.

Perg.

1321 — 6 *Augusti*

Sententia data per Martinum Carpanum Vicarium, et Assessorem Potestatis Vercellarum, qua condemnatur Comune ipsius Civitatis in libris 160 pap. erga d. Iacobum de Guidalardis de Verono, pro uno equo amisso in incursione facta usque ad locum Carexanæ die 14 Iunii proximi fluxi contra inimicos ejusdem Civitatis.

Perg.

1321 — 17 *Augusti*

Procura per d. Emanuelem de Ripis Priorem Monasterii Turris.... Diœcesis Astensis, in Bernabinum Paniciam Notarium ad exigendum libras 110 pap. a Comuni Vercellensi, in compensationem ejus equi mortui in servitiis ipsius Civitatis apud S. Germanum.

Perg.

1321 — 20 *Augusti*

Quitatio per d. Petrum de Saluzolia erga Comune Vercellense de stipendiis Iacobi de Melegnano, et..... pro tempore quo steterunt ad custodiam Saluzoliæ dum esset Potestas Vercellarum d. Lodrisius Vicecomes.

Perg.

1321 — 24 *Augusti*

Quitatio Beltramini de Putheobonello, Facioti de Merate, et Petrini de Putheobonello Capitaneorum 100 Militum ad Custodiam Civitatis Vercellensis eidem Comuni, seu Dalphino de Ticionibus Sindico ipsius de omni pagamento pro mensibus duobus ad rationem denariorum 21, ad rationem de denariis 24 pro singulo Ambrosino argenteo, solutorum unicuique militi per unumquemque diem.

Perg.

1321 — ..... *Augusti*

Quitatio favore Comunis Vercellensis per d. Iacobum de Guidalardis de Verono de libris 140 pro ejus equo deperdito in incursione usque ad Carisianam, ad computum quarum Comune cessit ei duas cavalaricias hominum Magnani.

Perg.

1321 — 16 *Septembris*

Quitatio altera librarum 110 per Notarium Paniciam Procuratorem fratris Emanuelis de Ripis pro ejus equo deperdito occasione cavalcatæ ad S. Germanum factæ die Iovis 25 Iunii proxime fluxi.

Perg.

1321 — 26 *Octobris*

Quitatio favore Comunis Vercellensis per d. Petrum de Mandello de libris 25 pap. supra Dacitum Cameræ Vercellensis.

Perg.

1322 — 4 *Septembris*

Promissiones dominorum Rudolphi de Herven, et Ioannis a Turri Regalium Legatorum in Lombardia Serenissimi Friderici Regis Romanorum Comuni Vercellensi factæ, operandi, quod idem Serenissimus Rex confirmabit pacta, statuta, et consuetudines, ac privilegia ejusdem Civitatis: ac nullam declarabit sententiam q. Serenissimi Henrici Imperatoris contra ipsam Civitatem tunc per rebelles Imperii occupatam, qua decretabatur destructio murorum, et turrium ipsius, ac privatio privilegiorum: et dum venerit ipse Rex in Lombardia, tractabit ipsam Civitatem eadem forma qua Civitatem Mediolani respectu rebellium, nec ipsam infeudabit alicui, nec gratiam, aut privilegium aliquod Castris, Burgis, ac Villis concedet in præjudicium jurium ejusdem Civitatis: et cum statuerit dare Rectores, vel Potestates Civitatibus Lombardiæ,

respectu Civitatis Vercellensis permanere non debebunt in officio, nisi per sex menses, et observare statuta, ac consuetudines ejusdem Civitatis.

Perg. — Bis. t. II, *f.* 434.

1322 — 19 *Octobris*

Quitatio librarum 35 pap. favore Comunis Vercellensis per d. Henricum de Bondonis dictum Verretum pro ejus equo deperdito in incursione usque ad Dolfengum facta in servitiis ejusdem Comunis.

Perg.

1323 — 24 *Ianuarii*

Quitationes erga fratrem Eusebium de Alice de Ordine S. Martini de Gatesca Clavario Comunis Vercellensis nomine ipsius Comunis recipienti per d. Militem Iacobum de Bulgaro patrem Bartholomæi de libris 70 pap. pro equo uno deperdito in Ambaxiata Mediolani, et alibi.

2 *Februarii.* Ejusdem uti patris Ubertini ejus filii de libris 12 pap. pro roncino uno deperdito in andata ad Montemformosum, Colobianum, et Formegnanam.

22 *id.* Petrini Scutarii librarum 20 pap. pro equo deperdito ad Palestrum, et alibi.

28 *id.* D. Uberti de Bondonis librarum 75 pro equo amisso.

30 *id.* D. Guilielmi de Benivolis lib. 90 pro equo in incursione ad Tridinum.

24 *Martii.* Francixi de Mussis de Scorsolio lib. 25 in incursione ad Carisianam 29 Novembris.

3 *Maii.* Petri Scaccialeporis Capitanei Militum qui steterunt ad custodiam Civitatis per menses sex sub d. Catalano Scacabarocio, Potestate ejusdem.

5 *Maii.* D. Sucii de Sonomonte de libris 170 pap. ad computum librarum 340 pap. erga d. Thesaurum de Guidalardis Sindicum Comunis pro equis amissis.

9 *Maii.* D. Catalani Scacabaroci olim Potestatis Vercellarum de ejus salario pro sex mensibus decursis præfato fratri Eusebio Clavario.

Perg.

1323 — 23 *Iunii*

Sententia d. Iacobi de Fulconibus Vicarii d. Ioannis de Torniellis Quercii Potestatis Vercellensis contra Ubertinum de Bena prætendentem sibi dari per Comune Vercellense libras 170 pro uno equo amisso in cavalcata ad S. Germanum facta de mense Ianuarii proxime

fluxi cum satis compensatus fuisset ex præda, et recato carceratorum habitis.

Perg.

1324 — 2 *Decembris*

Quitatio fratri Eusebio Clavario ut supra pro Comuni facta per dominos Thomam, et Henricum fratres de Toleo de libris 50 pro una equa amissa in servitiis Comunis in cavalcata ad locum Montonarii.

Perg.

1325 — 13 *Februarii*

Quitationes fratri Petro de S. Christophoro Clavario Comunis Vercellensis D. Gualæ de Sonomonte fratris, et hæredis q. d. Philippi de libris 144 pro quibus ei hypotecata erat gabella salis.

— D. Riciardi de Ticionibus de libris 300 pro quibus ei hypotecatum erat dacium vini venditi ad minutum.

— D. Guilielmi de Masino nepotis et hæredis q. d. Henrici de Masino jura habentis ex cessione dominorum Petri de Bondonis, et Ionselmi de Castellengo de libris 100.

Perg.

1325 — 11 *Martii*

Quitatio per d. Guilielmum de Mazola Clericum Villæ de Monteferrato Vercellensis Diœcesis, Ministrum Ecclesiæ S. Mariæ pontis Sarvi territorii Vercellarum, erga Ioannem q. Albertini de Agisso Vercellensem de libris 4 pap. pro fictu unius peciæ terræ, et nemoris ibidem ubi dicitur in Vescobiano livellaria dicti Beneficii S. Mariæ.

Perg.

1325 — 17 *Martii*

Quitatio Comunis, et hominum S. Benigni erga Comune Vercellense de omnibus damnis passis.

Perg.

1325 — 6 *Aprilis*

Procura d. Gabardi de Carisio, nomine etiam Ioannis Roffini, et aliorum ejus filiorum, Philippi de Solerio dicti Malacarne nomine etiam Girardi fratris sui, Philippi, et Friderici fratrum nomine etiam filiorum suorum, et aliorum dominorum Carisii, una cum Credentia, et Comuni ipsius loci, ad se submittendos Domino Militi Boroli de Castelleto Potestati

Vercellensi, et Comuni ejusdem Civitatis, juxta conventiones initas, et fidelitatem jurandi, ac subponendi æstimo librarum 150 papiensium.

Perg.

1325 — 22 *Aprilis*

Investitura, seu locatio de novem in novem annos facta per Rectorem Ecclesiæ S. Michaelis Vercellarum, favore Albertini de Bergamo ferrarii habitatoris ejusdem Civitatis de domo una dirupta in vicinia ejusdem Ecclesiæ sub annuo canone librarum trium pap.

Perg.

1325 — 10 *Septembris*

Procura d. Sucii de Sonomonte Potestatis Novariensis in personam Ioannis de S. Paulo Notarii ad vendendum ejus domos in Civitate Vercellensi in vicinia S. Thomæ.

19 *id.* Procura Civitatis Vercellensis in d. Ardizonum Cagnolum ad emendum.

28 *id.* Emptio per ipsum d. Ardizonum nomine Comunis facta a præfato Ioanne de S. Paulo Procuratore d. Sucii de Sonomonte Potestatis Novariensis filii q. d. Bonifacii de præmissis domibus.

Perg. simul unitæ.

1326 — 2 *Iunii*

Quitationes erga fratrem Perinum Clavarium, et nomine Comunis Vercellarum d. Uberti de Bondonis de libris 40 pap. pro equo uno amisso occasione cavalcatæ ad locum Trium Cerrorum 11 Martii: ejusdem nomine d. Henrici de Bondonis dicti Vereti de libris 30 pap. pro uno equo amisso occasione cavalcatæ ad Massaziam factæ per Militiam Vercellensem.

D. Antonii Guiscardi nomine hæredum q. d. Bondoni Guiscardi de libris 60 pap. pro equo uno amisso in servitiis Civitatis in cavalcata facta usque ad portas Trium Cerrorum die 13 Martii anni currentis.

Perg.

1326 — 21 *Augusti*

Sententia d. Faxoli de Cazulo Vicarii d. Ottolini de Vicecomitibus Potestatis Vercellensis qua condemnatur Comune ejusdem Civitatis ad luendum d. Guideto de Pezana par unum bovum amissorum una cum curru in servitiis ejusdem in exercitu contra locum Palestri.

Perg.

1326 — 13 *Septembris*

Alia ad luendum quemdam equum deperditum in servitiis ipsius Comunis (consumpta igne).

Perg.

1326 — 20 *Octobris*

Quitatio erga fratrem Philippum Clavarium Comunis Vercellensis per Meliacium Contestabilem Militum qui fuerant ad custodiam Civitatis, se esse satisfactum pro toto tempore quo stetit in servitiis ipsius Civitatis.

Perg.

1327 — 23 *Decembris*

Sententia cum voto d. Othonis de Lavezio j. u. Doctoris qua condemnatur Comune Vercellense ad solvendum pretium unius equi amissi in servitiis ejusdem Civitatis erga d. Martinum de Bulgaro nomine filiorum d. Bartholomei de Bulgaro.

Perg.

1328 — 21 *Ianuarii*

Procura dominorum Henrici, Friderici, Guilielmi, et Martini nomine etiam d. Pagani, Iacomacii, Lanfranchi, et Guardini fratrum, Thomæ, Guizardi et..... fratrum, et Calderini omnium ex dominis Confaloneriis Villatæ, et Candiæ in personam d. Uberti Namæ civis Vercellensis, ad promittendum, et submittendum se pro ipsis, et pro Comuni, et hominibus Villatæ, et Candiæ domino Francisco de Tetonibus Potestati, ac Comunitati Vercellensi, et jurandum fidelitatem sub pacto quod ipsum Comune remittere debeat eis omnia fodra præterita a tempore quo Advocati ejecti fuerunt a Civitate, scilicet anno 1321, nec exigere deinceps usquequo firmata sit pax inter intrinsecos, et extrinsecos ejusdem Civitatis, excepto fodro pro æstimo librarum 18 pap.

Perg.

1329 — 11 *Aprilis*

Litteræ d. Theodori Porphyrogeniti Marchionis Montisferrati Imperatoris Græcorum filii, quibus exhibet Lombardis tres stratas francas, vigore pacis nuper Vercellis tractatæ: scilicet a Casali Vercellas per rectum, a Vercellis Tridinum, et a Vercellis Clavazium solvendo tamen pedagia Casalis, Liburni, et Tridini.

Perg.

1329 — 1 *Iulii*

Investitura per d. Lombardum Episcopum Vercellarum concessa dominis de Crepacorio de feudo quod tenent per lineam masculinam ab Ecclesia Vercellensi, qui juraverunt fidelitatem, et consignaverunt se tenere Castrum, locum, territorium, vallem, et Castellaniam Crepacorii.

Bis. t. II, *f.* 217 — t. III, *f.* 333.

1329 — 30 *Septembris*

Deliberamentum pedagii vini qui extrahitur de jurisdictione Vercellensi facta per d. Potestatem ejusdem Civitatis, Ioanni de Carisiana pro libris 50 pap. annuatim, ad exigendum ad rationem solidorum 5 pro quolibet stario vini; reservato simili dacito exigi solito in Burgo Gatinariæ.

Bis. t. II, *f.* 319.

1329 — 30 *Septembris*

Litteræ Potestatis Vercellensis Comuni Hyporegiensi directæ, monendo ipsum ad renovandum juramentum fidelitatis prout tenebatur omni decennio, de feudo S. Urbani, et Bolengi, quod tenebat a Comuni Vercellarum.

Bis. t. II, *f.* 321-367.

1329 — 20 *Octobris*

Relatio Nuncii Comunis Vercellensis de præsentatione dictarum litterarum Hyporegiensibus facta.

Bis. t. II, *f.* 322-377.

1329 — 23 *Octobris*

Diploma Ludovici Imperatoris Romanorum favore Comunis Vercellensis, quo confirmat ei omnia privilegia, et jura, et specialiter acquisitionem factam a Sede Apostolica, seu Gregorio de Montelongo legato, de terris, et locis Episcopatus Vercellensis, scilicet, Bugellam, Andurnum, Crepacorium, Messeranum, Biolium, Sanctam Agatham, et omnia alia loca tam citra quam ultra Padum, quæ erant Ecclesiæ Vercellensis, cum facultate ipsas recuperandi.

Datum Cremonæ ejus imperii anno secundo, Regni autem xv.

Perg. — Bis. t. II, *f.* 439.

1329 — 27 *Novembris*

Testimoniales Petrum Gallum de Piverono solvisse dacitum, et sextam vini Comuni Civitatis Vercellensis.

Perg. 27 Mai 1342.

1330 — 9 *Ianuarii*

Demonstratio de quibusdam bulletis appositis ad vasa vinaria Tabernariorum loci Piveroni subpositi jurisdictioni illustrissimi Comitis Sabaudiæ, et Principis Achaiæ, ac Comuni Iliporediæ quæ facta fuerat per quosdam qui intitulabantur Pedagerii Comunis Vercellarum, quod esset in præjudicium libertatis ipsorum.

Bis. t. II, *f.* 369.

1330 — 13 *Aprilis*

Extractus ex libro processuum factorum tempore d. Lanfranchi de Mussis Potestatis Vercellensis pro illustri, et magnifico d. Theodoro Marchione Montisferrati domino ejusdem Civitatis, et Districtus, quod Comune Piveroni juravit fidelitatem, et seguertam eidem Potestati.

Perg. in altera 1341 6 Nov.

1330 — 25 *Septembris*

Adjudicatio favore d. Thomæ..... in odium Comunis Vercellensis de quibusdam peciis terræ pro debito librarum 719, 7, 10.

Perg.

1330 — 5 *Novembris*

Testimoniales quod Petrus Gallus de Piverono solvit dacitum, et sextam vini daciariis Comunis Vercellensis.

Perg. unita alteri 1342, 27 Maii.

1332 — 24 *Martii*

Promissio doni librarum 600 pap. nomine Civitatis Vercellensis per dominos Ricardum, Franciscum, et Iacobum de domino Guala Ticione, Guilielmum de Bondonis, Girardinum de Bulgaro, Ardicinum de Sonomonte, et Iacobum de Verone, domino Militi Lanfranco Musso de Cavallaciis Potestati Vercellensi ob merita, et acta favore amicorum, et Civitatis ejusdem.

Perg.

1332 — 25 *Maii*

Remissio per Comune Vercellense Bonino Fanto de condemnatione propter factum daciti, et sextæ vini quod extrahebatur de jurisdictione Vercellensi.

Bis. t. II, *f.* 320.

1332 — 23 *Octobris*

Declaratio judicialis Roberti Raspaviæ de Palestro se esse de ju-

risdictione Vercellensi, et habitare in loco Palestri jurisdictionis Vercellensis.

Acquisit. lib. I, *f.* 253.

1332 — 24 *Decembris*

Cessio Officii Exactoris fodri, banni, et condemnationum partis Portæ Ursonæ Civitatis Vercellensis per d. Franciscum de Tizonibus f. q. d. Iacobi Barloffæ domino Ioannino Cocorella precio lib. 76 pap.

Perg.

1333 — 9 *Augusti*

Cessio Officii mensuræ salis per Ubertum de Clavazia Ioannino de Palestro f. q. d. Andreæ pretio librarum 50, solid. 15 pap.

Perg.

1334 — 18 *Aprilis*

Extractum submissionis Consulum, et Sindicorum loci Palatii erga d. Boschinum de Mantigaciis Potestatem Vercellensem, et Comune ejusdem Civitatis nomine magnifici d. Azonis de Vicecomitibus domini Generalis ejusdem, ac Mediolani, Bergami etc.

Perg. sub 1341, 6 Novembris.

1334 — 19 *Maii*

Executio in bonis dominorum Ioannini, Eusebii, Antonii, Bertolini, Nicolini, et Iacobini fratrum f. q. Rainerii obligati pro debito librarum 100 pap. et januinorum 33 favore dominorum Ugocionis, et Philippini q. Bonromei de Bonromeo.

Perg.

1335 — 27 *Maii*

Condemnatio per Potestatem Vercellensem contra diversos homines Piveroni, et Hyporediæ in libris 100 pap. et amissione vini, vasorum, curruum, et bovum, ex eo quod duxissent vinum a loco Piveroni jurisdictionis Vercellensis, ad Civitatem Hyporegiæ cum fraudatione pedagii, seu daciti, et bulletæ, quod dacitum erat solidorum octo pap. pro sestario vini.

Bis. t. II, *f.* 322.

1335 — 23 *Iunii*

Procura Comunis Vercellensis in dominos Eusebium de Alino, et Vercellinum Longarium ad alienandum quædam Officia publica Civitatis,

pro habenda pecunia ad solvendum salaria Potestatis, et Militum tam peditum, quam equitum gubernio Civitatis assignatorum: prout et stipendia Vicariorum, et Capitaneorum Saluzoliæ, et S. Agathæ.

Perg.

1335 — 30 *Iunii*

Cessio Officii Notarii exactionis fodrorum, et condemnationum partis Pusternæ, pretio librarum 61 pap. Andreino de Iudicibus Notario per Ioannem de Cocorella jura habentem progressive a Ioannino de Palestro, ab Uberto de Clau.... ab hæredibus Ioannis de Alino, ab Uberto de Moxo, a Guilielmo de Vassallis de Galarate, a Notario Sa.... de Trano qui acquisiverat a Comuni ejusdem Civitatis Vercellensis.

Perg.

1335 — 4 *Iulii*

Cessio unius ex officiis Notarii Iustitiæ per filium q. Guilielmi de la Serrata domino Rainerio de Cremona, pretio lib. 70 pap.

Perg. unita alteri 1311 . . . Iulii.

1335 — 27 *Iulii*

Sententia super controversia inter Comune Vercellense, et d. Guilielmum de Advocatis Valdengi nomine etiam 60. Item d. Uberti Episcopi Vercellensis super jurisdictione villæ Triverii districtus Vercellensis, qua pronunciatum extitit debere remitti ipsi Comuni, et per hunc libras 1700, per Comune Hyporegiæ libras 100 pap. solvi præfato d. Guilielmo.

Bis. t. I, *f.* 175 — t. IV, *f.* 167.

1335 — 26 *Septembris*

Ordinatum Credentiæ Comunis Vercellensis, quo statuitur remitti debere merum, et mixtum Imperium, ac jurisdictionem ipsius Civitatis, et districtus domino Azoni de Vicecomitibus, ad ejus vitam tantum: ita ut sit deinceps dominus generalis, et perpetuus ejusdem Civitatis.

Perg. — Bis. t. II, *f.* 437.

1335 — 4 *Octobris*

Præceptum d. Potestatis Vercellensis Ioannino de Alice Notario exemplandi in publicam formam instrumentum diei 27 Iulii hujus anni, supra compendiatum.

Bis. t. I, *f.* 185 — t. IV, *f* 167.

1335 — 20 *Decembris*

Procura Comunis Vercellensis in dominos Eusebium de Alino, et Vercellinum Scutarium ad alienandum aliqua Officia pro conflanda pecunia necessaria in solutione stipendiorum Potestatis, et Militum Civitatem custodientium, nec non vicariorum Saluzoliæ et S. Agathæ, pro constructione Pontis Sarvi reservato in his alienationibus perpetuo recatu.

Perg.

1335 — 23 *Decembris*

Quatuor aliæ procuræ in eumdem ad idem.

Perg.

1336 — 5 *Ianuarii*

Alienatio Officii superstantis ad Rugias per d. Eusebium de Alino, Sindicum Comunis Vercellarum pro pretio librarum 45 pap. favore Roberti de Moxo civis Vercellensis.

Perg.

1336 — 8 *Ianuarii*

Cessio medietatis unius ex Officiis Notarii Iustitiæ partis Aquilæ pretio librarum 35 pap. facta per d. Antonium de la Serrata f. q. d. Guilielmi, et pro dimidio ejus hæredem, favore Ioannis de Alice uti Procuratoris dominæ Sibilionæ uxoris q. Iulii de Canibus.

Perg.

1336 — 8 *Ianuarii*

Alienatio Officii Exactoris fodri, bannorum, et condemnationum de parte Portæ Ursonæ per Eusebium de Alino Sindicum Comunis pretio librarum 150 pap. favore dominorum Thesauri de Guidalardis, Nicolini Salimbono, et Roffini de Maxino.

Perg.

1336 — 12 *Ianuarii*

Alia ut supra de Officio registrationis bladum intrantium per portam S. Stephani favore Bernardi de Serra mediantibus libris 35 pap. quæ inservire debebant pro solvendis stipendiis domino Azoni de Vicecomitibus domino Generali ejusdem Civitatis, nec non præsidium Militum ad custodiam ejusdem Civitatis et Saluzoliæ.

Perg.

1336 — 15 *Ianuarii*

Alia de Officio unius ex Rationatoribus favore d. Guidoti de Roba, pretio librarum 180 pap.

Perg.

1336 — 11 *Februarii*

Collatio Rectoriæ, et administrationis Ecclesiæ S. Mariæ Pontis Servi vacantis per obitum q. Uberti de Gualdengo per R. D. Lombardum Episcopum Vercellensem Raimondino f. q. Francini de Fixirengo facta cum possessione ei data per ejusdem Episcopi Commissarios, inter quos Martinus de Bulgaro Archidiaconus Vercellensis.

Bis. t. II, *f.* 283.

1336 — 14 *Aprilis*

Compromissum, ex parte Monasterii S. Andreæ Vercellensis de controversiis quas habebat contra d. Franciscum de Castellanis de S. Agatha, dictum Abbatem, factum in dominis Azone de Vicecomite domino Mediolani, Episcopo Novariæ, et domino Othone de Lavezino pro Castellano interveniente d. Petro de Faxola.

Perg.

1336 — 15 *Aprilis*

Compromissum per d. Bertramum de Cazabove Sindicum, et Procuratorem Comunis Papiæ in dominos Ioannem de Brancassolis, et Iacobum Gualionum, jurisperitos ejusdem Civitatis, ac in dominos Germanum Freapane, et Othonem Lavezium jurisperitos Civitatis Vercellensis uti arbitros, et arbitratores in differentiis inter ipsamet Comunia Civitatum Papiæ, et Vercellarum super jurisdictione locorum Rodobii, Conflentiæ, Palestri, Rivoltellæ, et Casalelli.

Perg.

1336 — 9 *Maii*

Commissio præfatorum arbitrum in d. Petrum de..... jurisperitum ad deferendum juramentum testibus productis ex parte Comunis Vercellensis, ac ipsos examinandi, occasione præmissæ litis.

Perg.

1336 — 11 *Iunii*

Locatio per Comune Vercellense ex deliberatione Credentiæ facta de quadam petia terræ juxta furchas, Petro q. Antonii Aliarii sub annuo fictu solidorum 31 pap.

Perg.

1336 — 29 *Iunii*

Cessio Officii Notarii exactionis fodri, et bannorum partis Pusternæ per d. Iacobum Traffum favore d. Iacobi f. q. d. Ruffini de Leria, pro pretio librarum 100 pap.

Perg. — 1335, 23 Ian.

1336 — 30 *Iunii*

Alia cessio de Officio Exactoris fodri, et bannorum partis Pusternæ per d. Franciscum de Cordariis, favore d. Iacobi de la Muta, et Petri Oliarii pretio librarum 160 pap.

Perg. — 1336, 30 x.bris.

1336 — 1 *Iulii*

Alia cessio de Officio superstantis Rugiæ, per Robertum de Moxo Ioanninæ Marchinæ facta pretio librarum 45 pap.

Perg. — 1335, — 23 x.bris.

1336 — 16 *Iulii*

Alienatio facta per dominos Eusebium de Alino, et Vercellinum Scutarium de Officio Exactoris omnium fodrorum, bannorum, et condemnationum partis Pusternæ per Comune imponendorum favore Ioannini, et Bernabini fratrum de Cocorellis pretio librarum 90 pap.

Perg.

1336 — 16 *Decembris*

Alienatio unius ex officiis Notariorum Iustitiæ partis Pusternæ facta per d. Tomainum de Riciis, auctorantibus dominis Ioanne de Ecclesia, et Roberto de Moxo Consulibus Iustitiæ Vercellarum, ac cum interventu d. Bonifacii de Oliva ejus curatoris, Antonii Ricii ejus fratris, et Frailini de Riciis ejus consanguinei germani favore Conradi de Mussis Notarii pretio librarum 71 pap.

Perg.

1336 — 30 *Decembris*

Alienatio unius ex Officiis Notarii exactionis fodrorum partis Pusternæ per d. Vercellinum de Scutariis uti Procuratorem Civitatis domino Iacobo Traffo pretio librarum 100 pap.

Perg.

1336 — 30 *Decembris*

Alia Officii Exactoris fodrorum etc. partis Pusternæ nomine Comunis, favore d. Francisci Cordarii pretio librarum 160 pap.

Procura Comunis in dominos Eusebium Alinum, et Vercellinum Scutarium ad faciendam ipsam alienationem.

Perg.

1337 — 4 *Ianuarii*

Cessio unius ex Officiis Notariorum Iustitiæ partis Aquilæ per dominos Franciscum, et Antonium filios q. Antonii de Roba, cum auctoritate Givoni de Roba curatoris d. Antonii, et Bertolini, Givoni, et Francisci omnium de Roba conjunctorum proximorum eorum, favore Martini de Bonfiliis de Galarate Notarii, pretio librarum 73 pap.

Perg.

1337 — 7 *Ianuarii*

Alia Officii Exactoris fodrorum partis Pusternæ pretio lib. 90 pap. per Ioannem, et Bartholomeum fratres de Cocorella favore Antonii f. q. Ubertini de Bondonis Notarii.

Perg.

1337 — 10 *Ianuarii*

Alia de medietate unius ex Officiis Notariorum partis Aquilæ, pretio librarum 35 pap. per dominam Sibillonam viduam q. Iulii de Canibus, favore Francini de Bonello.

Perg.

1337 — 15 *Ianuarii*

Alia de Officio Exactoris partis Pusternæ per d. Antonium q. domini Ubertini de Bondonis Notarium, Bartholomeo q. d. Emiliani de Alice j. u. doctoris, Notario, et Cancellario Comunis.

Perg.

1337 — 20 *Ianuarii*

Alia cessio, scilicet de Officio superstantis Rugiis per Ioanninum Marchinum, nomine etiam fratrum suorum, pretio librarum 45 pap. favore Maffei f. d. Bertonis Charoxii Vercellensis.

Perg.

1337 — 12 *Februarii*

Alia Officii Notarii exactionis fodrorum, et bannorum partis Pusternæ, pretio librarum 100 per d. Iacobum de Leria f. q. Ruffini, Francisco de Roba.

Perg.

1337 — 14 *Februarii*

Alia de parte Officii exactoris fodrorum, et bannorum partis Portæ Ursonæ, pretio librarum 91 pap. per dominos Thesaurum de Guidalardis, et Ruffinum de Maxino favore d. Ruffini Poncii de Rodobio.

Perg.

1337 — 7 *Aprilis*

Prorogatio termini in compromisso inter Comune Papiæ, et Comune Vercellarum, super jurisdictione Rodobii, et aliarum terrarum per dominos Arbitros statuta.

Perg.

1337 — 6 *Maii*

Compromissum ex parte d. magnifici Azonis Vicecomitis domini generalis Mediolani, et Vercellarum, suo, et nomine, ac consensu ipsius Civitatis Vercellarum in dominos Berardum Paschalem de Cremona, Druetum de Carugo Mediolanensem, Petrum de Marescalco Militem, Iacobum Gilium de Pinarolio, uti arbitros, et amicabiles compositores inter ipsum, ac Civitatem Vercellensem ex una, et illustrem d. Aymonem Comitem Sabaudiæ, ac Iacobum de Sabaudia Principem Achaiæ dominos Civitatis Iporediæ nomine etiam ipsius Civitatis ex altera, super dominio locorum Piveroni, et Palatii sub pœna florenorum 5000 aureorum pro medietate Cameræ Summi Pontificis, pro alia parte observante arbitramentum.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 191 — t. IV, *f.* 174.

1337 — 15 *Maii*

Compromissum ut supra ex parte illustrium dominorum de Sabaudia, et Comunis Iporediæ.

Bis. t. I, *f.* 190 — t. IV, *f.* 175.

1337 — 1 *Iulii*

Cessio Officii Notarii Iustitiæ partis Aquilæ pretio lib. 73 per Martinum de Bonfiliis de Galarate f. q. Pinamontis favore dominorum Francisci, et Antonii f. q. Antonii de Roba.

Perg.

1337 — 1 *Iulii*

Alia Officii Exactoris fodrorum, et bannorum partis Pusternæ pretio librarum 160 per d. Iacobum de la Muta, et Petrum de Oliverio favore d. Conradi f. q. Guizardi de Mussis.

Perg.

1337 — 1 *Iulii*

Alia unius ex Officiis Notariorum Iustitiæ partis Pusternæ per Conradum de Mussis Notarium favore d. Ioannis de Passardo Notario pretio librarum 71, solid. 10 pap.

Perg.

1337 — 15 *Iulii*

Facultas data per Vicarium d. Potestatis Vercellensis Conrado de Mussis Notario exemplandi, et in publicam formam reducendi instrumenta Compromissi præmissi hic proxime.

Bis. t. I, *f.* 191 — t. IV, *f.* 175.

1337 — 27 *Iulii*

Cessio Officii Exactoris fodrorum, et bannorum partis Portæ Ursonæ per d. Nicolinum de Salimbono pretio lib. 59 pap. et Ruffinum Poncium de Rodobio pretio lib. 91 favore de Iordani f. q. Magistri Uberti de Vercellis.

Perg.

1337 — 2 *Septembris*

Alia Officii superstantis ad Rugias pretio librarum 45 pap. per dominos Maffeum, et Bertonum filium, et patrem de Caroxiis favore domini Petri de Leria.

Perg.

1337 — 3 *Septembris*

Cessio altera Officii exactoris fodrorum partis Portæ Ursonæ pretio librarum 150 pap. per d. Iordanum f. q. d. Magistri Uberti Vercellensis favore dominorum Uberti Bonelli, et Francexii de Ciliano.

Perg.

1337 — 18 *Octobris*

Investitura seu locatio de novem in novem annos de modiis quatuor terræ in finibus Vercellarum juxta viam novam per d. Rectorem Ecclesiæ S. Michaelis facta favore Ioannis de Talea mercatoris Vercellensis sub annuo canone librarum trium, solid. 12 pap. idest solidorum 18 pro quolibet modio.

Perg.

1337 — 17 *Novembris*

Procura R. D. Dalphini de Vassallis Canonici Vercellensis suo, et nomine d. Facii de Cagnolis pariter Canonici in d. Franciscum de

Cordariis uti Procuratorem d. Gasparini de Grassis Potestatis Vercellensis, ejusque Iudicum, Officialium, et adhærentium, omniumque aliorum adhærere volentium appellationi a quibusdam litteris eidem Potestati, Iudicibus, et Officialibus per d. Lombardum Episcopum Vercellensem: ad introducendam ipsam appellationem ad Archiepiscopum Mediolani, et ad Sanctam Sedem Romanam.

Perg.

1337 — 17 *Novembris*

Alia ut supra d. Facii Cagnoli Canonici, nomine etiam Canonici Dalphini Vassalli.

Perg.

1337 — 29 *Novembris*

Auctoritas, et decretum d. Azonis Vicecomitis domini generalis Mediolani, Vercellarum, et Cremonæ, quo visis instrumentis in voluminibus Bissonum contentis mandat Notario Bartholomeo de Bazolis Notario ipsa omnia authenticandi, et in publicam formam redigendi per ipsum concedit, ita ut omnem et plenam fidem habeant — mandans insuper reponi ipsa volumina in Archivio publico, vel in Thesauro S. Eusebii, aut in sacristia fratrum Prædicatorum.

Bis. t. I, *f.* 14 — t. III, *f.* 1.

1337 — 27 *Decembris*

Cessio unius ex Officiis Rationatorum, pretio librarum 180 per d. Guidetum de Roba favore d. Othonis Lavatii j. u. doctoris.

Perg.

1338 — 3 *Ianuarii*

Cessio Officii Notarii exactionis fodrorum, et bannorum partis Pusternæ per Franciscum de Roba facta Guilielmo f. q. d. Antonii de Calvis.

Perg.

1338 — 3 *Ianuarii*

Alia cessio duarum ex tribus partibus Officii exactoris fodrorum, et bannorum partis Portæ Ursonæ pretio lib. 100 pap. per d. Ubertum de Bonello et Franciscum de Ciliano domino Ioannino f. q. Galexii de Vassallis.

Perg.

1338 — 3 *Ianuarii*

Altera de alia tertia parte per præfatos facta pretio librarum 50 domino Petrino f. q. d. Iacobi de Calvis.

Perg.

1338 — 28 *Ianuarii*

Alia Officii Exactoris fodrorum, et bannorum partis Pusternæ, pretio lib. 160 per Conradum f. q. d. Guizardi de Mussis facta d. Martino de Mortario.

Perg.

1338 — 30 *Ianuarii*

Alia de medietate unius ex Officiis Iustitiæ partis Aquilæ, pretio libr. 35 papiensium; per Ubertum Passardum, Nicolello de Candia facta.

Perg.

1338 — 22 *Februarii*

Procura ad lites Monasterii S. Mariæ de Lucedio Ordinis Cistercensis Diœcesis Vercellensis.

Bis. t. II, *f.* 266 — t. III, *f.* 381.

1338 — 4 *et* 8 *Aprilis*

Præcepta R. D. Lombardi Episcopi Vercellensis infrascriptis Notariis exemplandi, et authenticandi Documenta, ut infra: quæ supra sunt suis locis reposita.

Conrado de Mussis.	Privilegia	1054	17	*Septembris — 17 Novembris.*
Guilielmo Zumalia.	Privilegia	1083	4	*Iunii.*
Petro de Galianico.	Bullæ	1186	1	*Iunii.*
Iacobino de Barberiis.	Privilegia	1000	1	*Novembris.*
Petro de Galianico.	Privilegia	882	16	*Martii.*
Iacobino Barberiis.	Privilegia	1152	17	*Octobris.*
Manfredo Meschia.	Privilegia	999	7	*Maii.*
Iacobino de Spina.	Privilegia	999	7	*Maii.*
Antonio de Piscina.	Privilegia	1027	7	*Aprilis.*

Bis. t. IV, *f.* 294 ad 218.

1338 — 20 *Aprilis*

Quitatio per d. Matheum de Freapanis Vercellensem, uti Procuratorem constitutum per Instrumentum 21 Februarii 1336 d. Raimondini de Fixirengo Ministri S. Mariæ pontis Servi, favore Petri Zaruti de

canone solidorum 41, den. 3, et caponum 5 pro domo una in vicinia S. Iacobi de Albareto, de directo dominio dicti beneficii.

Perg.

1338 — 21 *Martii*

Procura d. Petri de Mandello in personam d. Henriotti ejus filii ad interpellandum Agentes pro Civitate Vercellarum ad ipsum defendendum, et manutenendum in creditis sibi assignatis super Comunitatibus S. Germani, Salæ, Piveroni, Saluzoliæ, et Pavarani, contra ipsas, et Boninum fantem de Piverono, et Ioanninum dictum Nigrum habitatorem Oldenici.

Perg.

1338 — 27 *Martii*

Intimatio Comuni Vercellensi per dictum Henricum ut supra, cum protestatione de regressu contra eumdem.

Cui sequitur articulus in libro Statutorum comprehensus de pace inter extrinsecos, et intrinsecos pronunciata per Marchionem Montisferrati, quo cassantur omnia banna, condemnationes, et fodra imposita per intrinsecos contra extrinsecos usque ad diem 14 Decembris.

Perg.

1338 — 15 *Maii*

Cessio Officii exactionis fodrorum, bannorum, et talearum partis Pusternæ, pretio librarum 90 per Bartholomeum de Alice favore Henrici q. Antonii Passardi.

Perg.

1338 — 4 *Iunii*

Sententia d. Virgilii de Scanabecchis Iudicis, et Vicarii d. Potestatis Vercellensis contra d. Petrum de Mandello, qua cum voto d. Ayderici de Ghigalotis, absolvit Comunitatem S. Germani a fodris impositis de anno 1321 de mense Octobris, usque in summam librarum 192, 10 per Comune Civitatis Vercellarum, ex eo quod tunc homines S. Germani sequaces erant partis Advocatorum tunc extrinsecæ Civitatis, prout statuebatur abrogari in tractatu pacis pronunciatæ per Marchionem Montisferrati.

Perg.

1338 — 4 *Iunii*

Aliæ duæ ut supra favore Comunitatum Salæ, et Piveronis.

Perg.

1338 — 30 *Iunii*

Cessio unius ex Officiis Notariorum Iustitiæ partis Aquilæ, pretio librarum 73 pap. per d. Petrum de Leria facta Antonio Roba Notario filio alterius Antonii.

Perg.

1338 — 4 *Iulii*

Alia de Officio Notarii exactionis fodri, et bannorum partis Pusternæ, pretio librarum 100 per Guilielmum f. q. Antonii de Calvis favore Bartolini de Astanova.

Perg.

1338 — 4 *Iulii*

Recognitio super melioramentis factis cuidam domui Ecclesiæ S. Michaelis spectanti, et in vicinia ejusdem existenti (prout sub 1307, 17 Novembris).

Perg.

1338 — 6 *Iulii*

Cessio de duabus partibus Officii exactionis fodrorum, bannorum, et condemnationum partis Portæ Ursonæ per Ioanninum f. q. d. Galexii de Vassallis pretio librarum 100 facta magistro de Bonfiliis de Galarate.

Perg.

1338 — 7 *Iulii*

Altera Officii superstantis rugiis pretio librarum 45 favore Ruffini de Miralda Notarii Vercellensis.

Perg.

1338 — 15 *Iulii*

Alia de tertia parte Officii exactionis fodrorum ut supra, per Petrinum f. q. d. Iacobi de Calvis pretio librarum 50 facta magistro de Bonfiliis de Galarate.

Perg.

1338 — 6 *Augusti*

Alia de Officio Exactoris fodrorum partis Pusternæ, pretio librarum 160 per d. Matheum de Mortaria favore d. Iacobi de la Muta.

Perg.

1338 — 11 *Augusti*

Alia cessio unius ex Officiis Consulum Iustitiæ partis Aquilæ per Antonium f. q. alterius Antonii de Roba, pretio librarum 73 facta Antonio filio Michaelis Boroni.

Perg.

1338 — 23 *Octobris*

Promissio, media submissione, facta per dominos fratres Andreinum Priorem S. Andreæ, et Bartholomeum, Procuratores, et nomine Comunis Vercellensis solvendi annualiter domino j. consulto Salvo filio d. Sigifredi de Marano Parmensi libras 550 pap. per annos quinque, ad hoc, ut legeret publice jus Civile in eadem Civitate.

Perg.

1338 — 9 *Decembris*

Sententia lata per Potestatem Vercellensem favore Monasterii S. Mariæ Locedii contra Comune Vercellense super immunitate, respectu specialiter Grangiæ Gazii.

Perg.

1338 — 31 *Decembris*

Cessio medietatis unius ex Officiis Notariorum Iustitiæ partis Aquilæ, pretio librarum 35 pap. a Petrino filio Conradi de Mussis favore Nicolelli de Candia.

Perg.

1338 — 31 *Decembris*

Alia Officii unius ex Notariis Iustitiæ partis Aquilæ pretio librarum 73 per dominos Franciscum, et Antonium f. q. Antonii de Roba facta domino Petro de Leria.

Perg.

1339 — 18 *Ianuarii*

Investitura per Rectorem Ecclesiæ S. Michaelis Vercellensis favore Philippi filii naturalis d. Gualini de S. Germano de omnibus possessionibus ejusdem Ecclesiæ in Casali Rubeo de 29 in 29 annos sub canone lib. 8 pap., stariorum 6 sicalis, et 4 frumenti annuatim in festo S. Eusebii.

Perg.

1339 — 18 *Ianuarii*

Cessio unius ex Officiis Notariorum Iustitiæ partis Aquilæ, pretio librarum 73 per Michaelem, et Antonium patrem, et filium de Barono favore Petri de Leria.

Perg.

1339 — 25 *Februarii*

Instantia Potestatis, et Comunis Papiæ erga Comune Vercellense super quibusdam injuriis, et molestiis infertis per quosdam homines

Conflentiæ se prætendentes de jurisdictione Vercellensi quatenus debeat ipsum Comune contra eos procedere, et punire prout Comune Papiæ fecerat, et faciet contra suos homines.

Perg.

1339 — 19 *Martii*

Cessio unius ex Officiis Notariorum Iustitiæ partis Aquilæ Civitatis Vercellarum per d. Petrum de Leria, pretio librarum 73 pap. domino Antonio de la Serrata.

Perg.

1339 — 5 *Aprilis*

Alia unius ex Officiis Rationatorum, pretio librarum 180 per d. Othonem Laretium j. u. doctorem favore d. Georgii f. q. Petri de Cocorella.

Perg.

1339 — 10 *Aprilis*

Alia Officii Notarii exactionis fodrorum, et bannorum, pretio librarum 100 per d. Bertolinum f. q. Francisci de Astanova d. Gerardino f. q. d. Bartholomei de Bulgaro.

Perg.

1339 — 29 *Aprilis*

Alia Officii superstantis rugiarum, pretio libr. 45 pap. per d. Ruffinum de Miralda, d. Petro de Leria.

Perg.

1339 — 30 *Maii*

Alia de duabus partibus officii fodrorum etc. per magistrum de Bonfiliis de Galarate, pretio librarum 102 Ferracano de la Muta, et lib. 48 Guilielmo de Bonello.

Perg.

1339 — 12 *Augusti*

Procura ad lites d. Othonis de Azelio Marchionis Ponzoni.

Bis. t. II, *f.* 252 — t. III, *f.* 267 — Perg. sub 1340, 30 Iunii.

1339 — 2 *Octobris*

Cessio unius ex Officiis Notariorum Iustitiæ partis Pusternæ, pretio librarum 71 pap. favore Bartholomei de Moxo dicti Nigri f. d. Iacobi de Moxo, per Iacobum Persenda Notarium jura habentem a d. Conrado

de Mussis, et successive a d. Thoma Buzio, qui a Givolto de Roba, qui ab Uberto Bonello, qui ab Uberto de Natta, qui ab Antonio de la Serrata, qui a Bernabino Panitia, qui a Perino de Casali emptore sub 6 Iunii 1311.

Perg.

1339 — 23 *Octobris*

Alia Officii Exactoris fodrorum, et bannorum partis Pusternæ, pretio librarum 90 pap. per d. Antonium f. q. d. Petri de Passardo favore Francisci f. q. Guilielmi Cordarii Notarii.

Perg. unita 1335, 23 Decembris.

1339 — 25 *Octobris*

Solutio per diversos homines Hyporegiæ pedagii Vercellensis pro vino quod ducebant a Piverono in districtum Vercellarum prout ex libro Clavariæ apparebat.

Bis. t. II, *f.* 322.

1339 — 19 *Novembris*

Procura Comunis Vercellarum ad recipiendam promissionem Comitis Facioti, et aliorum Comitum de Langusco pro se, et hæredibus de se submittendo fodris, et aliis impositionibus ejusdem Comunis pro loco Stropianæ, et aliis quæ possident in districtu Vercellensi.

Bis. t. II, *f.* 259 — t. III, *f.* 375.

1339 — 19 *Novembris*

Alia ad idem de aliis Comitibus Langusci.

Bis. t. II, *f.* 259 — t. III, *f.* 375.

1339 — 3 *Decembris*

Provisio Consilii Comunis Vercellensis super postulatione facta per d. Petrum de Burolio suo, et aliorum Consortum suorum nomine, ~~quod~~ cum tenuissent in feudum ab ipso Comuni loca Paerni, Bagnolii, et Sexani, et Bolengi, pro quibus solvebant fodra ipsi Comuni, cum nunc occupentur per homines Civitates Yporediæ, et Bolengi, petebant aut diminui fodrum, aut procurare eis recuperationem ipsorum Castrorum, et aliorum de Castellania Bolengi, ad quam ordinatur diminutio fodri. quo

Bis. t. II, *f.* 265 — t. III, *f.* 380 — Perg. unita 1341, 6 Novembris.

1340 — 18 *Ianuarii*

Promissio facta per d. Petrum de Burolio erga Comune Vercellense

solvendi fodra, et impositiones ad ratam prout in præmissa provisione Consilii continebatur.

Bis. t II, *f.* 266-316-383 — t. III, *f.* 38. — Perg. unita præcedenti.

1340 — 20 *Ianuarii*

Exhibitio per d. Ottinum de Azelio ex Marchionibus Ponzoni coram d. Potestate Vercellensi de litteris dominorum Ioannis Episcopi Novariensis, et Luchini Vicecomitum dominorum generalium Mediolani, Pergami, Placentiæ, Vercellarum etc. quarum in prima sub dat. 30 Augusti 1339 confirmatur privilegium felicis recordationis Imperatoris Henrici dat. Genuæ 5 Februarii 1312 anno regni ejus quarto, quo ad quærelam ejusdem d. Petri de Azelio super quamdam conventionem ad quam ob timorem oppressionis devenerant cum Comuni Vercellarum de solvendo fodro pro ejus Castro Azelii, restituit illud in pristinum cum commissione Marchioni Montisferrati, et successoribus illud defendendi: in altera vero sub data Mediolani 18 Ianuarii hujus anni 1340 mandatur eidem Potestati Vercellensi observantia ejusdem diplomatis.

Bis. t. II, *f.* 255 — t. III, *f.* 371.

1340 — 30 *Ianuarii*

Commissio d. Beluini de Claraschis de Soncino j. u. doctoris Vicarii d. Boroli de Castelleto Potestatis Vercellensis, Bartholomeo de Bazolis Notario exemplandi, et in publicam formam redigendi ex libris Statutorum Comunis quædam consignamenta, et alias scripturas.

Perg.

1340 — 9 *Februarii*

Submissio erga Comune Vercellense dominorum Comitum de Langusco de Stripiana; solvendi fodra, et omnia alia onera ipsi Comuni pro juribus, et possessionibus in ipsa, et aliis locis districtus Vercellensis, non obstantibus quibuscumque privilegiis quibus renunciant; salvis tamen juribus suis pro aliis locis extra jurisdictionem Vercellensem.

Bis. t. I, *f.* 261-262 — t. III, *f.* 376-377.

1340 — 17 *Februarii*

Designatio loci ubi fieri debebat mercatum in Burgo Messerani, per Comune Vercellense concessum hominibus ejusdem loci.

Perg. — Bis. t. II, *f.* 270 -- t. III, *f.* 385.

1340 — 18 *Februarii*

Procura Comunis, et hominum Messerani ad petendum a Potestate,

et Comuni Vercellensi mercatum fiendum super terram, et jurisdictionem ipsius Civitatis Vercellarum tantum in eodem loco Messerani sub obligationibus imponendis, et specialiter quod solvatur dacitum, et pedagium Civitatis, pro bestiis, et mercandiis quæ extrahentur de ipso mercato.

Bis. t. II, *f.* 269 — t. III, *f.* 385.

1340 — 27 *Februarii*

Procura Comunis Vercellensis in dominos Iacobum de Margaria, et Bartholomeum de Alice ad recipiendam promissionem dominorum Henrici, et Bartholomei filiorum q. d. Rainerii de Tronzano Comitis Palatini de Lumello, solvendi deinceps fodra, et onera quæ imponentur per ipsam Civitatem, pro possessionibus quas babebant in loco, et territorio Tronzani: et aliis in districtu Vercellarum.

Perg. — Bis. t. II, *f.* 263 — t. III, *f.* 378.

1340 — 28 *Februarii*

Submissio per præfatos Comites erga Comune Vercellense de solvendis fodris ut supra: salvo jure ipsorum in territoriis extra jurisdictionem Vercellensem.

Perg. ut supra. — Bis. t. II, *f.* 263 — t. III, *f.* 378.

1340 — 28 *Februarii*

Constitutio Mercati in Burgo Messerani pro quolibet die Mercurii, super terra jurisdictionis Vercellensis, et sub pactis ibidem expressis per eamdem Civitatem ordinatis.

Bis. t. II, *f.* 270 — t. III, *f.* 385.

1340 — 4 *Martii*

Designatio loci per electos, et deputatos Comunis Vercellensis missos ad hoc, ubi tenendum erat Mercatum in Burgo Messerani, scilicet in platea usque ad scalas Ecclesiæ, jurantibus electis Comunis ipsius loci esse plateam de jurisdictione Comunis Vercellensis.

Perg. — Bis. t. II, *f.* 271 — t. III, *f.* 347.

1340 — 21 *Martii*

Convocatum Credentiæ Comunis Vercellensis in quo ad requisitionem d. Potestatis instantis deliberare super petitionibus Abbatis, et Monasterii Locedii Ordinis Cistercensis quibus offerebat componere in aliquo annuo censu fodra hominum Alesii, non obstante quod homines Grangiæ ipsius Monasterii ex privilegiis antiquis immunes essent a quibuscumque

oneribus: acceptatur propositio, ita tamen, quod ipsæ Grangiæ, homines, et poderium esse debeant semper de jurisdictione Civitatis Vercellensis. Remittendo ideo eis fodra, et impositiones per annos 10 in quibus solvent censum librarum 20 papiensium, ab inde in antea solvant cum aliis districtualibus fodra imponenda.

Perg. — Bis. t. II, *f.* 266 — t. III, *f.* 382.

1340 — 29 *Martii*

Emptio per Comune Vercellense a Martino de Lenta, pretio librarum 70 papiensium de sedimine, area, et fundo in vicinia S. Thomæ ubi fit mercatum novum.

Bis. t. II, *f.* 258 — t. III, *f.* 373.

1340 — 29 *Martii*

Alia emptio item de sedimine ibidem, pretio librarum 30 per Girardum de Mussis facta.

Perg. — Bis. t. II, *f.* 253 — t. III, *f.* 374.

1340 — 10 *Aprilis*

Cessio Officii Notarii exactionis fodrorum, et bannorum, pretio libr. 100 pap. per Gilardinum f. d. Bartholomei de Bulgaro favore Eusebii f. q. Guilielmi de Candia.

Perg. unita alteri 1331, 23 Iunii.

1340 — 26 *Maii*

Litteræ Comitis Aymonis de Sabaudia datæ in S. Martino quibus, attentis controversiis inter eum, ejusque nepotem d. Iacobum Principem Achajæ dominum Civitatis Hyporediæ, ex parte una, et magnificos dominos Mediolani, ac Vercellarum ex altera, occasione jurisdictionis, et dominii locorum Palatii, et Piveroni, ac dacitorum, aliarumque impositionum super iisdem locis prætensarum per Comune Vercellarum, mandat d. Georgio de Solerio, aliisque Arbitris pro sua parte electis convenire cum Arbitris partis adversæ, et rem definire.

Perg. — Bis. t. II, *f.* 333.

1340 — 26 *Iulii*

Alia de Officio Notarii ad dacitum bladæ Portæ S. Stephani per d. Bernabinum de Serra, pretio librarum 25 pap. Petro f. d. Agnelli Alzati.

Perg. ad 1335, 20 Decembris.

1340 — 26 *Iulii*

Retrocessio per dictum d. Petrum Alciatum d. Antonio f. q. d. Petri Passardi.

Perg. unita præcedenti.

1340 — 26 *Iulii*

Item cessio Passardi favore Petri f. q. d. Iacobi de Calvis.

Perg. cum præcedenti.

1340 — 6 *Octobris*

Alia de medietate Officii exactoris fodrorum, et bannorum partis Pusternæ, pretio librarum 80 pap. per d. Iacobum de la Muta favore Antonii q. Guilielmi de Cordariis.

Perg. unita 1336, 30 Decembris.

1340 — 18 *Octobris*

Cessio duarum partium Officii exactoris fodrorum, et bannorum, pretio librarum 102 pap. per Ferracanem de la Muta, Iulio Bonello facta.

Perg. sub 1335, 23 Decembris.

1340 — 19 *Octobris*

Alia de medietate prædicti Officii per eumdem Cordarium Martino f. q. d. Pinamontis de Bonfiliis facta.

Perg. cum præcedenti.

1340 — 24 *Octobris*

Alia de Officio Notarii exactionis fodrorum, et bannorum per Eusebium, et Nicolellum fratres de Candia, pretio librarum 100 pap. domino Eusebio de Riciis dicto de Margaria.

Perg. unita alteri 1335, 23 Iunii.

1340 — 9 *Novembris*

Procura Comunis Vercellensis in d. Vercellinum Scutarium ad compromittendum differentiam quam habebat contra Comune Hyporegiæ, occasione locorum Piveroni, et Palatii, eorumque jurisdictionis, et pedagiorum, in sapientes viros dominos Iacobum de Strictis de Placentia Vicarium magnificorum dominorum Reverendi Ioannis Episcopi Novariensis, et Luchini fratrum Vicecomitum dominorum Mediolani, et Vercellarum, Germanum de Freapane Vercellensem, et Georgium de Solerio Hyporegiensem, jurisperitos.

Perg. — Bis. t. II, *f.* 331-369.

1340 — 11 *Novembris*

Compromissum præfatum in Civitate Hyporegiæ factum per Comune ejusdem Civitatis.

Perg. — Bis. t. II, *f.* 334 392.

1340 — 16 *Novembris*

Cessio unius ex Officiis Notariorum Iustitiæ partis Pusternæ, pretio librarum 71 pap. per d. Bartholomeum de Moxo dictum Nigrum consensu d. Iacobi patris sui favore Eusebii de Candia.

Perg. unita 1339, 2 Octobris.

1340 — 23 *Novembris*

Compromissum per d. Vercellinum Scutarium Procuratorem Comunis Vercellensis (ut supra 9 Novembris) in causa Piveroni, et Palatii contra Comune Hyporegiense.

Perg. — Bis. t. II, *f.* 336-394.

1340 — 12 *Decembris*

Subrogatio facta per d. Georgium de Solerio Arbitrum in alios suos socios.

Bis. t. II, *f.* 401.

1341 — 22 *Ianuarii*

Cessio dimidii Officii Exactoris fodrorum, et bannorum partis Pusternæ, pretio librarum 80 pap. per d. Iacobum de la Muta favore Antonii de Cordariis.

Perg. unita 1336, 6 Iulii.

1341 — 23 *Ianuarii*

Alia unius ex Officiis Notariorum Iustitiæ partis Aquilæ pro libris 73 per d. Antonium de la Serrata favore d. Mainfredi de Maxino.

Perg. unita 1311, 6 Iulii.

1341 — 4 *Februarii*

Subrogatio per d. Germanum de Freapanis Arbitrum in causa Piveroni, et Palatii in dominos Coarbitros.

Bis. t. II, *f.* 338.

1341 — 14 *Februarii*

Præceptum, seu licentia data per d. Potestatem Vercellarum pro dominis Ioanne Episcopo Novariæ, et Luchino fratribus Vicecomitibus,

Mediolani, Vercellarum etc. dominis Notario Bartholomeo de Bazolis extrahendi, et exemplandi instrumenta in voluminibus Bissonum contenta.

Bis. t. II, *f.* 190 — t. III, *f.* 306.

1341 — 4 *Aprilis*

Cessio unius ex Officiis Notariorum Iustitiæ partis Pusternæ, pretio librarum 70 pap. per Eusebium de Candia Notarium, nomine etiam Nicolelli fratris sui, domino Sadino de Freapane.

Perg. unita 1339, 2 Octobris.

1341 — 25 *Aprilis*

Subrogatio per d. Germanum de Freapane.

19 *Iunii.* Prorogatio Compromissi.

20 *Id.* Alia prorogatio per suprascriptum.

16 *Iulii.* Facultas Notario de Bazolis authenticandi instrumenta.

19 *Septembris.* Subrogatio altera ut supra.

22 *Septembris.* Prorogatio alia.

Omnia in causa Vercellensi contra Hyporegienses pro locis Piveroni, et Palatii.

Bis. t. II, *f.* 338 ad 343 — t. III, *f.* 335.

1341 — 26 *Aprilis*

Cessiones aliæ ut infra:

D. Ubertini, et aliorum filiorum, et hæredum q. d. Petri de Leria favore dominæ Pomæ uxoris d. Iacobi de Leria de Officio superstantis rugiarum, pretio lib. 40 pap.

Perg. 1335, 23 Decembris.

.... — 26 *Maii*

Francisci de Cordariis, Bernabono de Cocorella Notario de Officio exactionis fodrorum partis Pusternæ, pretio lib. 90 pap.

Perg. ut supra.

.... — 6 *Iunii*

Dominæ Franciscæ f. q. d. Bernardini de Sonomonte jura habentis pro suis dotibus a q. Antonio de Cordariis Notario ejus marito f. q. Guilielmi de medietate Officii Exactoris partis Pusternæ, favore Petri q. Guilielmi de Agaciis, pretio lib. 80 pap.

Perg. ut supra.

— 23 *Iunii*

Guilielmi de Bonellis, Martino de Bonfiliis Notario de Officio exactionis fodrorum, et bannorum, pretio librarum 150 pap.

Perg. ut supra.

— 23 *Augusti*

D. Manfredi de Maxino, domino Iulio de Maxino de uno ex Officiis Notariorum Iustitiæ partis Aquilæ, pretio lib. 73 pap.

Perg. unita 1311, 6 Iulii.

— 11 *Septembris*

Nicolelli q. Guilielmi de Candia, Petro f. Francisci de Berardo de uno ex Officiis Iustitiæ partis Aquilæ, pretio lib. 70.

Perg. cum præcedenti.

— 4 *Octobris*

Georgii de Cocorella, Barnabino, et Ioanni fratribus de Cocorella de Officio Rationatoris, pretio lib. 180.

Perg. unita 1330, 23 Decembris.

— 10 *Octobris*

Martini de Bonfiliis, dominæ Contessinæ viduæ q. Barnabæ de Alino matri, et tutrici Antonii, et Eusebii de Alino, de Officio exactionis fodrorum, et bannorum, pretio lib. 150 pap.

Perg. ut supra.

1341 — 16 *Iunii*

Bulla Benedicti XII Papæ, qua, attenta submissione facta per Nuncios Comunis Vercellensis, adhæsisse equidem præceptis, et mandatis Mathei Vicecomitis Mediolanensis S. R. Ecclesiæ rebellis, et maxime in impositionibus, et aliis contra Ecclesiasticos: item et Ludovico de Bavaria tempore ejus coronationis apud Mediolanum secutæ, ipsum in regem Romanorum, et Imperatorem recognoscendo etsi a Romana Ecclesia non approbatum, et hostem declaratum. Item obedisse mandatis q. Petri de Corbario scismatici, et Antipapæ tempore felicis recordationis d. Ioannis XXII prædecessoris ejusdem Pontificis: præfatis obediendo in omnibus, salvo in articulis hæresiæ: tamen in emendationem paratam esse Civitatem ipsam, deinceps nulla dacita, et exactiones imponere ecclesiasticis, et locis exemptis sui districtus, quæ essent contra canonicas sanctiones, nec impedire Iudices Ecclesiasticos in eorum jurisdictione, ac partes dicti Ludovici: ac quorumque qui sine approbatione Sedis Apostolicæ Italiam sub titulo Regis Romanorum, vel Imperatoris ingrederentur,

non sequi: et credere firmiter non pertinere ad Imperatorem Summi Pontificis depositionem: et Patrimonium S. Petri, Bononiam, Ferrariam, aliaque ad Sedem Romanam spectare: ipsaque loca ideo promittentes defendere. His attentis, Summus Pontifex Civitatem ipsam, et districtum, et homines suos ab excommunicatione absolvit, pro salutari pœna injungendo constructionem unius Capellæ ad honorem S. Benedicti in Cathedrali ejusdem Civitatis, cum redditu florenorum 30 pro manutentione Capellani: ad quam, festo recurrente annuatim, sono buccinæ Populus convocetur ad missam audiendam, et Elemosina fiat de mille panibus in pondere unciarum 12 pro quolibet.

Datum Avinioni anno Pontificatus ejus septimo.

Bis. t. II, *f.* 290.

1341 — 18 *Iunii*

Venditio per Ioannem q. Nicolini de S. Germano, dictum *Presbiter,* favore Philipponi q. Gualini de S. Germano, de domo una in Civitate Vercellarum in vicinia S. Michaelis obnoxia canoni erga ipsam Ecclesiam.

Perg.

1341 — 18 *Septembris*

Procura Comunis Vercellensis in personam Notarii de Cordariis ad comparendum in causa appellationis vertente coram d. Vicario Archiepiscopali Mediolani contra d. Raymundum de Fixirengo, Ministrum Beneficii S. Mariæ Pontis Servi.

Perg.

1341 — 22 *Septembris*

Positiones ex parte Comunis Vercellensis in causa jurium Piveroni, et Palatii contra Comune Hyporegiense, ex quibus inter cœtera eruitur: quod Comune Vercellense construxit in propria jurisdictione Burgum Piveroni ex quatuor locis Livioni, Unzaschi, Palatii, et Piveroni; qui locus tempore constructionis appellabatur Burgum de Costis. Qui locus Burolii fuit, et est de jurisdictione Vercellensi. Attamen est ultra ipsum locum Piveroni versus Civitatem Hyporegiensem: et quod, castrum Bolengi tenebatur per Hyporegienses in feudum a Comuni Vercellensi, et est de jurisdictione Vercellensi: et ideo in commissum ceciderant Hyporegienses contra tenorem pactorum investituræ, et fidelitatis. Quod, locis Piveroni, et Palatii ab eorum constructione, Comune Vercellense jura dedit semper usque ad tempus dominationis d. Marchionis Guilielmi in Civitatibus Vercellarum, et Hyporegiæ. Quibus ex parte Hyporegiensium responsum est negative: et quod credunt Vercellenses exercuisse dictam jurisdictionem pro indiviso cum ipsis.

Bis. t. II, *f.* 345.

1341 — 5 *Novembris*

Præceptum Iudicis Civitatis Hyporegiæ pro magnificis dominis Aymone Comite Sabaudiæ, et Iacobo de Sabaudia Principe Achajæ, sic instante Comuni ejusdem Civitatis, Martino de Ulino Notario authenticandi cartam oppositionis factæ de anno 1221, 3 Octobris cum appellatione ad Papam, Imperatorem, Cardinalem, et Comune Novariæ, adversus Comune Vercellense in loco Piveroni, quod non deberet destruere casam Palatii, nec constringere homines Palatii.

Item aliud authenticandi testificationes sub 23 Augusti 1306 per diversos homines Piveroni, Palatii, Unzaschi, et Livioni coram consulibus Hyporegiensibus sicuti Ecclesia S. Mariæ Hyporegiæ possidebat jurisdictionem ipsorum locorum salvo de duabus domibus, prout etiam in tota terra de Costis, salvo ubi domini de Ceriono, et Magnano aliqua occupaverant.

10 *Novembris*. De testimonialibus oppositionis factæ per Ecclesiam Hyporegiæ, et Monasterium S. Stephani, contra Comune Vercellarum, et Comune Mediolani, de non faciendo novitates, nec ædificationes aliquas circa locum Piveroni, cum appellatione ad Papam, et Imperatorem.

13 *Novembris*. Item alia duo præcepta authenticandi banna quædam, seu condemnationes per Iudicem Comunis Hyporegiæ latas contra diversos homines loci Piveroni 16 Septembris 1283, et 1 Octobris 1287.

Bis. t. II, *f.* 367-368.

1341 — 6 *Novembris*

Facultas data per d. Roglerium S. Michaelis, Vicarium domini Paganini de Bizozero Potestatis Vercellensis, Bartholomeo de Bazolis Notario exemplandi, et authenticandi quasdam scripturas in beneficium ejusdem Civitatis circa factum Piveroni, et Palatii.

Perg.

1341 — 13 *Novembris*

Publicatio depositionum testium ex parte Comunis Vercellensis productarum, cum decreto Comunicationis ipsarum parti adversæ, scilicet, Hyporegiensibus, prout et de comunicatione jurium inter quæ Concordia 1202, 1 Decembris; et Investitura 21 Martii 1210 sub respectivis datis compendiatæ.

Bis. t. II, *f.* 374.

1341 — 13 *Decembris*

Præceptum Iudicis Hyporegiensis cuidam Notario authenticandi Instrumentum Concordiæ 6 Februarii 1231.

Bis. t. II, *f.* 364-372.

1342 — 11 *Ianuarii*

Prorogatio termini per utramque partem facta de Compromisso in causa Piveroni, et Palatii.

Bis. t. II, *f.* 343.

1342 — 4 *Februarii*

Declaratio d. Lombardi Episcopi Vercellensis non esse Abbatiam S. Benedicti de Mulegio obnoxiam alicui impositioni, nec debere taleam Servi solvere, attentis ejus privilegiis, et immunitate.

Perg.

1342 — 22 *Martii*

Cessio dimidii Officii Exactoris fodrorum, et bannorum Civitatis Vercellensis per Petrum de Platea Notarium, facta pretio librarum 80 Martino f. q. Pinamontis de Bonfiliis.

Perg. unita alteri 1336, 30 Decembris.

1342 — 10 *Aprilis*

Alia unius ex Officiis Notariorum Iustitiæ partis Aquilæ, pretio librarum 73 pap. facta per Iulium de Maxino favore d. Iorii de Mussis.

Perg. 1311, 6 Iulii.

1342 — 10 *Aprilis*

Compromissum d. Raymondini q. Francisci de Fisrengo Rectoris, ac Ministri Ecclesiæ, et Mansionis Sanctæ Mariæ Pontis Servi prope Civitatem Vercellensem super controversiis cum Comuni ejusdem Civitatis occasione constructionis, et restaurationis operis Pontis Servi, et proventuum ejusdem Mansionis.

Bis. t. II, *f.* 280. — Perg.

1342 — 11 *Aprilis*

Compromissum ex parte Comunis Vercellensis seu per Potestatem ejusdem Civitatis pro magnificis dominis Ioanne Episcopo Novariæ, et Luchino fratribus Vicecomitibus Mediolani, Cremonæ, Pergami, Novariæ, Vercellarum, Comi, Placentiæ, Brixiæ, Astæ, ac Laudæ dominis generalibus in præmissa controversia S. Mariæ Pontis Servi.

Perg. — Bis. t. II, *f.* 280.

1342 — 13 *Aprilis*

Licentia per d. Potestatem Vercellensem Francisco de Cararia Notario

concessa, exemplandi ex quocumque libro Comunis quoscumque actus incanti et processuum, et quascumque scripturas alias, utilitate, et conservatione jurium Comunis.

Bis. t. II, *f.* 320.

1342 — 13 *Aprilis*

Præceptum Potestatis exemplandi instrumentum incantus 23 Octobris 1329 daciti sextæ vini totius Episcopatus, ejusque deliberamenti.

15 *Aprilis.* Subrogatio facta per d. Germanum de Freapane unum ex Arbitris in causa Piveroni, et Palatii ex Compromisso 1341.

Bis. t. II, *f.* 340.

1342 — 17 *Aprilis*

Ratificatio per illustrem Comitem Sabaudiæ, ac Principem Achaiæ, et dominos Mediolani, ac Comune Vercellense de substitutionibus, subrogationibus, ac prorogationibus, in causa Compromissi super jurisdictione Piveroni, et Palatii.

Bis. t. II, *f.* 344.

1342 — 26 *Aprilis*

Sententia arbitramentalis lata per dominos Potestatem Vercellensem, et Matheum de Freapane Compromissarios in causa Comunis ejusdem Civitatis, et Rectoris S. Mariæ Pontis Servi: qua pronunciatum fuit debere ipsum Ministrum conservare, et manutenere partem illam Pontis constructam, et construendam: et quando opus fuerit omni anno tenere pontatam unam: item debere dare d. Antonio de Vassallis q. Picardi incantoris ipsius pontis libras 100 pap. pro integra solutione expensarum, et damnorum: et propriis expensis curare ut absolvantur ab excommunicatione fictuarii, et tenementarii prædiorum ipsius mansionis pro eodem facto excommunicati.

Perg. — Bis. t. II, *f.* 281. — Acquisit. lib. II, *f.* 23.

1342 — 26 *Aprilis*

Cessio Officii Exactoris fodrorum, et talearum partis Pusternæ per Bernabonum de Cochorella Notarium, pretio librarum 90 pap. Ioanni de Bosco Notario.

Perg.

1342 — 11 *Maii*

Cessio Officii superstantis rugiarum, pretio librarum 45 pap. per d.

Pomam consensu d. Iacobi de Leria ejus mariti favore Martini de Bonfiliis Notarii.

Perg. unita 1331, 23 Decembris.

1342 — 27 *Maii*

Præceptum, seu facultas d. Potestatis Vercellensis Antonio de Besutio Notario exemplandi ex libro Statutorum antiquorum ejusdem Civitatis inter cætera, sequens: quod Castra, munitiones, jurisdictiones, possessiones, et res territoriales in confinibus, et circa confinia per miliaria quatuor districtus Vercellensis pervenire non possint aliquo modo in forenses, et qui non sint de jurisdictione Civitatis Vercellensis. Item varias condemnationes contra aliquos homines Piveroni pro facto daciti, et sextæ vini.

Perg. — Bis.

1342 — 1 *Iunii*

Subrogatio per d. Freapanem Arbitrum de alio Arbitro in causa Piveroni, et Palatii.

Bis. t. II, *f.* 341.

1342 — 4 *Iunii*

Procura Comunis Vercellensis in d. Ioannem de Guidalardis jurisperitum, Vivianum de Besucio, et Simonem de Gregio Notarios, ad componendam quamcumque quæstionem ipsius Civitatis cum d. Episcopo, et ad appellandum ab excommunicatione lata contra ipsam Civitatem, et loca ejus districtus per dominum Castellinum de Turri Canonicum Bugellensem delegatum ab eodem d. Lombardo Episcopo sub die 29 Maii proxime præteriti.

Perg.

1342 — 26 *Iunii*

Subrogatio altera ut supra.

26 *id.* Ratificatio subrogationum, et prorogationum.

1 *Iulii.* Revocatio unius ex subrogationibus.

23 *id.* Assignatio termini perentorii in causa.

25 *id.* Alia.

30 *id.* Comparitio utriusque partis cum assignatione ad sententiam in causa Piveroni, et Palatii ut supra.

Bis. t. II, *f.* 341 ad 350.

1342

Productio jurium ex parte Comunis Hyporediæ in præmissa causa

quæ mandatur parti adversæ comunicari, idest 1278 23 Iulii in Civitate Hyporediæ. Concordia inter illustrem d. Guilielmum Marchionem Montisferrati, et Comune Hyporegiæ. Scilicet quod Comune eligere debeat Potestatem de terra ipsius Marchionis, qui exerceat jurisdictionem sub ejus nomine. Quod Marchio habere debeat banna, pedagia, maximam molarum, et Vallis Augustæ gabellam salis, cavalcatas locorum jurisdictionis Hyporegiæ etc. Quod Iudex Hyporegiæ possit cognoscere de causis Canapicii: exceptis Comitibus Maxini, et Dominis de Azelio. Quod licitum sit Marchioni sibi ædificari domum in ipsa Civitate: cui cedit ejus medietatem Piveroni, et locorum de quibus ipse burgus constructus fuit, de quibus ipse habet cessionem a Comuni Vercellensi ex Instrumento rogato Salimbono Notario. Et procurabit cum hæredibus dominæ Sibiliæ f. q. d. Guilielmi Comitis de Castronovo quod se concordent cum ipsa Civitate. Marchio item promittit defendere ipsam Civitatem, nec eam alienare, cui concedit investituram totius jurisdictionis, reservatis in se bannis, judicaturis, et pedagiis, et illa fidelitate, quam ratione loci Piveroni, et aliorum locorum præstabat Comune Hyporediæ Civitati, et Comuni Vercellensi.

Item alia Instrumentorum mandatorum hinc inde inter Comune Hyporediæ, et Marchionem Ioannem f. præfati March. Guilielmi Montisferrati.

1294 16 *Maii.* Aliud Instrumentum concordiæ ut supra: cum adiectione quod Marchioni licitum sit retinere Castrum S. Martini et turrim de foris, quæ est ultra Duriam, et turrim de banno ædificatam per q. patrem suum, salvo quod non possit tenere pontem per ipsum constructum, nec pedagiare in Castro Uzono, ac in tota strata veniente a Valle Augustæ: ipsoque decedente sine filiis masculis, medietas Castri Piveroni, ac jura fidelitatis habita a Comuni Vercellensi remaneant ipsi Civitati Hyporediæ prout usque nunc donationem ei facit.

Bis. t. II, *f.* 314 sub 1341, 15 Novembris.

1342 — 30 *Iulii*

Sententia lata per dominos Arbitros in præmissa causa qua decernitur omnem jurisdictionem dictorum locorum Piveroni, et Palatii, et eorum finium, ac jus exigendi banna, fodra, et dacita ibidem pertinere debere in solidum Comuni Civitatis Vercellensis perpetuum silentium Comuni, et hominibus Civitatis Hyporediæ imponentes.

Perg. — Bis. t. II, *f.* 351.

1342 — 1 *Augusti*

Acta possessionis apprehensæ per Procuratores Comunis Vercellensis

de locis Piveroni, et Palatii, eorumque jurisdictionis, virtute præmissæ Sententiæ Arbitramentalis.

Bis. t. II, *f.* 402.

1342 — 18 *Octobris*

Cessio unius ex Officiis Notariorum Iustitiæ partis Aquilæ, pretio librarum 73 pap. per d. Georgium de Mussis favore Thomæ de Riciis Notarii.

Perg. unita 1311 6 Iulii.

1342 — 31 *Octobris*

Alia Officii exactionis fodrorum, et bannorum partis Pusternæ per d. Ioannem f. q. d. Iacobi de Bosco Bernabono de Cocorellis, pretio lib. 90.

Perg. unita 1335 23 Decembris.

1342 — 14 *Decembris*

Sententia d. Militis Iacobi de Strictis Vicarii dominorum Mediolani contra Civitatem Papiæ; qua condemnatur ad restitutionem saccorum 24 salis ad rationem stariorum 9 pro quolibet indebite captorum Gabellariis Civitatis Vercellensis.

Perg.

1343 — 30 *Ianuarii*

Taxatio per d. Lampugnaninum Chaymum jurisperitum delegatum a d. milite Iacobo de Strictis Vicario magnificorum dominorum Mediolani super expensis factis per Comune Vercellense in causa salis capti per Comune Papiæ in libris 323, solid. 4 Terciolorum, ad restitutionem quarum expensarum Papienses condemnaverat.

Perg. unita præcedenti.

1343 — 13 *Februarii*

Exemplatio litterarum d. Ioannis Archiepiscopi, et Domini generalis Mediolani Potestati Vercellensi directarum, Commissionis compellendi d. Othonem, ac nepotes de Azelio ad solutionem onerum per Civitatem Vercellensem imponendorum.

Perg. unita 1343, 4 Iunii.

1343 — 20 *Februarii*

Præceptum Potestatis Vercellensis Bartholomeo de Bazolis Notario exemplandi, et in publicam formam redigendi privilegia Benedicti Papæ XII sub dat. 16 Iunii, Pontificatus ejus anno VII (supra, sub 1341 compendiatum) ibidem per extensum insertum.

Bis. t. II, *f.* 290.

1343 — 22 *Februarii*

Cessio juris daciti bladæ per Comune Vercellense facta d. Iacobo de Dionisiis de Caresana dicto Gnocco pro summa librarum 175 pap. sub pacto bonificandi respective plus, vel minus ipsius summæ, ad quam annuatim deliberabitur ipsum dacitum in publicis incantationibus.

Perg.

1343 — 9 *Martii*

Remissio fodrorum, et talearum præteritarum cum diminutione deinceps per Comune Vercellense facta ad supplicationem dominorum de Blatino, et Comunitatum Borianæ, et Blatini; ex eo quod de anno 1341 mense Maii, et de anno 1342 mense Iunii fuerunt ipsa loca, et homines omnimodo deprædata, et cremata per multos armatos de Bugella.

Perg.

1343 — 29 *Martii*

Remissio injuriarum per d. Petrum de Perusio, in Curia Romana Advocatum, in obsequium d. Bernardi Cardinalis tituli S. Marci domino Prothasio de Chaymis Potestati Vercellarum, quas ab ipso, et ejus familia, factis, et verbis habuerat, et passus fuerat.

Perg.

1343 — 3 *Aprilis*

Cessio unius ex Officiis Notariorum Iustitiæ partis Aquilæ, pretio librarum 70, solid. 10 pap. facta per Petrum de Berardo Notarium Martino de Bonfiliis Notario.

Perg. unita 1311, 6 Iulii.

1343 — 7 *Aprilis*

Alia medietatis unius ex Officiis Iustitiæ partis Aquilæ, pretio librarum 35, solid. 5 pap. per Notarium Franciscum de Bonello Petro Berardo Notario.

Perg. ut præcedenti.

1343 — 23 *Aprilis*

Alia de altera medietate eidem Berardo facta, pretio librarum 35, solid. 10 pap. per Demetrium, et Ioannem filios q. d. Rainerii de Cremona.

Perg. ut supra.

1343 — 24 *Aprilis*

Absolutio ab excomunicatione alias lata in Potestatem, et Civitatem Vercellensem, ac terras ejus districtus, per d. Castellinum de Turri Canonicum Bugellæ assertum delegatum q. r. d. Episcopi Vercellensis, emissa per Canonicum Henricum de Castellengo Vicarium generalem Capitularem.

Perg.

1343 — 3 *Maii*

Ratificatio per d. Franciscum de Berardo de cessione per Petrum ejus filium, ut supra 3 Aprilis facta.

Perg. unita 1311.

1343 — 15 *Maii*

Cessio unius ex Officiis Notarii Iustitiæ partis Aquilæ, pretio librarum 70 pap. per Martinum de Bonfiliis Notarium Eusebio filio d. Iacobi de Margaria facta.

Perg. unita 1311, 6 Iulii.

1343 — 4 *Iunii*

Præceptum d. Paganini de Castellario Iudicis d. Thomasini de Lampugnano factum d. Othoni de Azelio filio, et hæredi q. d. Petri, nomine etiam ejus nepotum filiorum q. dominorum Manfredi, et Pisani ipsius fratrum comparendi coram eo eadem die, et solvendi fodra, taleas, condemnationes, et banna, aliaque onera debita Civitati Vercellensi, sub pœna executionis realis, et personalis, et aliarum etc.

Relatio executionis ejusdem præcepti.

Prorogationes duæ attenta absentia Advocati eorumdem.

Perg.

1343 — 4 *Iunii*

Iussio præfati Iudicis Petro de Malione Notario exemplandi litteras dominorum Mediolani 13 Februarii (suo loco compendiata).

Perg. unita præcedenti.

1243 — 5 *Iunii*

Intimatio per servitorem Comunis d. Othoni de Azelio pervenisse ad Civitatem d. Henricum de la Serrata ejus Advocatum cum repetitione citationis ad comparendum.

Perg. ut supra.

1343 — 6 *Iunii*

Comparitio coram præfato Iudice d. Othonis de Azelio ex Marchionibus Ponzoni, nomine etiam dominorum Ubertoni, et Franciscorum filiorum q. d. Manfredi, dominorum Antonii, Guilielmi, et Pisani f. q. alterius Pisani ejus nepotum consanguineorum, ad exceptionem petitionum in causa onerum Civitatis Vercellensis cum oppositione ex parte huius.

Perg. unita ut supra.

1343 — 9 *Iunii*

Productiones jurium per Sindicum, et Procuratorem Comunis Vercellensis in præmissa causa onerum.

Perg. ut supra.

1343 — 2 *Iulii*

Procura generalis d. Othonis filii q. d. Petri de Azelio ex Marchionibus Ponzoni in personam dominorum Nicolai Sacci, Iordani Cottæ, et Ambrosii de Pajana civium Mediolani ad lites.

Perg.

1343 — 4 *Octobris*

Cessio unius ex Officiis Notariorum partis Aquilæ, pretio librarum 73 pap. per Thomam de Riciis Notarium Conrado de Mussis Notario.

Perg. unita 1311, 6 Iulii.

1343 — 12 *Octobris*

Bernabonis de Cocorella de Officio exactionis fodrorum, et bannorum, pretio librarum 90 favore Petri filii d. Agnelli Alzati Notarii.

Perg. sub 1335, 23 Decembris.

1343 — 30 *Octobris*

Alia Eusebii f. d. Iacobi de Margaria favore d. Stephani de Dalmaxiis j. consulti de uno ex Officiis Notariorum Iustitiæ partis Aquilæ, pretio librarum 70 pap.

Perg. unita 1311 ut supra.

1343 — 21 *Decembris*

Exemplatio quarumdam litterarum magnificorum dominorum Mediolani, Potestati Vercellensi, et hujus ad ipsos responsivarum super compellendos omnes ad solvenda onera in Comuni, non obstantibus immunitatibus allegatis, jam per ipsos dominos revocatis, salvis illis ex justis

pactis provenientibus. Et specialiter aliquæ super facto dominorum Azelii.

Perg. unita aliis supra dicti 4 Iunii et seq.

1344 — 7 *Aprilis*

Cessio Officii Exactoris fodrorum, bannorum, et condemnationum partis Pusternæ, per Martinum de Bonfiliis Notarium facta Thomasino de Riciis Notario, pretio libr. 160 pap.

Perg. unita alteri 30 Decembris 1386.

1344 — 14 *Aprilis*

Alia Officii superstantis rugiis per eumdem Notarium de Bonfiliis Petro de Berardo facta pretio librarum 45 pap.

Perg. unita 23 Decembris 1330.

1344 — 20 *Aprilis*

Facultas concessa per Potestatem Comunis Vercellensis Bartholomeo de Bazolis Notario exemplandi in publicam formam quæcumque instrumenta jus Comunis ipsius continentia super locum Piveroni, ibidem per extensum inserta: et specialiter illud constructionis ipsius Burgi 1 Decembris 1202.

Bis. t. II, *f.* 302.

1344 — 20 *Iunii*

Convocatum Credentiæ Comunis Vercellensis in num. 50 Credendariorum prout sufficiunt ad formam statuti sic disponentis: qua ordinatur denunciari magnifico d. Ioanni Marchioni Montisferrati: quod cum Marchio Theodorus ejus pater occupasset loca Tridini, Trium Cerrorum, Palazolii, Fontaneti, Liburni, et Blanzate de jurisdictione, et districtu Vercellarum, et ab immemorabili spectantia ipsi Comuni, indebiteque idem ea teneat, ideo protestantur sibi restitui.

Bis. t. III, *f.* 2.

1344 — 9 *Iulii*

Relatio de præmissa protestatione, et intimatione per Procuratores ad illam, in Consilio facta.

Bis. t. III, *f.* 4.

1344 . . . . .

Constitutio Procuratorum per Comune Vercellense facta, ad intimandam præmissam protestationem.

Bis. t. III, *f.* 4.

1344 — 20 *Iulii*

Relatio altera de præsentatione, et intimatione protestationis prædictæ d. Ioanni Marchioni facta.

Bis. t. III, *f*, 5.

1344 — 14 *Augusti*

Cessio Officii exactionis fodrorum, et bannorum partis portæ Pusternæ per d. Petrinum f. d. Agnelli Alzati favore Notarii Francisci f. q. d. Antonii de Roba, pretio lib. 90 pap.

Perg. unita 1335, 23 x.bris.

1344 — 30 *Septembris*

Alia Officii Notarii Iustitiæ, pretio librarum 71 pap. per d. Sadinum de Freapane Nicolello de Candia.

Perg.

1344 — 11 *Octobris*

Alia Officii Notarii impositionis bladæ ad Portam S. Stephani per Petrum de Calvis Bartolino de Astanova Notario, pretio libr. 25 pap.

Item et ejusdem per eumdem emptorem facta favore Augustini filii q. Bartolini de Alino, eodem pretio.

Perg. 1331, 20 x.bris.

1344 — 18 *Octobris*

Investitura per d. Papinianum de Flisco Vicarium generalem r. d. Emanuelis de Flisco Episcopi Vercellensis de jurisdictione ejusdem Civitatis, Comuni, Consilio, et hominibus ejusdem facta.

Perg.

1344 — 5 *Novembris*

Cessio Officii unius ex Rationatoribus per Ioanninum, et Bernardinum fratres de Cocorellis favoré Simonis de Ranzo Notarii, pretio libr. 180.

Perg. 1335, 27 Decembris.

1344 — 8 *Novembris*

Alia Officii superstantis ad rugias, pretio librarum 41 pap. per d. Petrum de Berardo favore d. Bessi f. q. d. Succi de Sonomonte.

Perg. unita præcedenti.

1344 — 15 *Novembris*

Alia Officii unius ex Rationatoribus, pretio librarum 180 per Notarium

Simonem f. q. d. Bonincontri de Ranzo favore Petri de Malione Notarii.

Perg. ut supra.

1345 — 9 *Octobris*

Alia Officii Exactoris bannorum, et fodrorum partis portæ Pusternæ per Franciscum de Roba f. q. Antonii favore Nicolini de Bosiis de Clavaxia Notarii, pretio librarum 90.

Perg. ut supra.

1345 — 10 *Octobris*

Cessio Officii Notariatus Exactoris damnorum campestrium, pretio librarum 125 per d. Georgium de Cocorella favore Tomasini de Riciis Notarii facta.

Perg.

1345 — 13 *Octobris*

Alia Officii Exactoris bannorum, fodrorum etc. per d. Contessinam viduam q. Bernabonis de Alino, matrem, et tutricem Augustini, Antonii, et Eusebii ejus filiorum, pretio librarum 150 pap. favore Notarii Provasii f. d. Conradi de Mussis.

Perg. unita 1335, 23 Decembris.

1345 — 12 *Novembris*

Procura Comunis Vercellensis in personam dominorum Vercellini Scutarii, et Francisci de Carraria ad exigendum a Comuni Blandrate libras 650 pap. pro censu annorum sex cum dimidio, scilicet ab anno 1332 ad medium anni 1339 debito, et quitandum etc.

Perg.

1345 — 16 *Novembris*

Quitatio per d. Franciscum de Carraria Comuni Blandrati facta de summa ut supra.

Perg. unita præcedenti.

1346 — 10 *Februarii*

Consignatio munitionum omnigenarum in Castro Civitatis Vercellarum existentium facta per Sindicos Comunis Castellano ejusdem.

Perg.

1346 — 20 *Februarii*

Confessio d. Caroli de Marliano Castellano Castri Civitatis Vercel-

lensis de victualibus repertis in dicto Castro, et ei consignatis per Sindicos Comunis, sufficientibus ad manutentionem 19 militum de præsidio ordinario, et solito ad custodiam ipsius Castri.

Perg.

1346 — 1 *Aprilis*

Cessio Officii Exactoris fodrorum, bannorum, et condemnationum partis Pusternæ per d. Albertinum de Bonfiliis Physicum Petro de Malione Notario, pretio librarum 160 pap.

Perg.

1346 — 6 *Aprilis*

Alia Officii Exactoris fodrorum, et talearum partis portæ Pusternæ, pretio librarum 20 facta a Nicolino de Bosiis Notario favore Notarii Martini f. q. Pinamontis de Bonfiliis.

Perg. sub 1335, 23 Decembris.

1346 — 13 *Aprilis*

Procura Comunitatis Blandrate in personam d. Francisci de Bosco ad solvendum Comuni Civitatis Vercellensis libr. 150 pap. Terciolorum pro censo debito eidem Civitati de libris 100 annualiter, et hoc a medietate anni 1339 per totum 1346.

Perg.

1346 — 13 *Iunii*

Procura Comunis Vercellensis in personam d. Bartholomei de Alice f. q. d. Emiliani jurisperiti ad petendum a Venerabili d. Papiniano de Flisco Præposito sanctæ Agatæ, Vicario generali R. d. Emanuelis de Flisco Episcopi Vercellensis investituram totius retrofeudi illius quod ipsa Civitas solita erat tenere ab Episcopatu, et Ecclesia Vercellarum, scilicet totius jurisdictionis civilis, et criminalis in Civitate, et Diœcesi Vercellensi insularum, pedagiorum, et mercatuum, quæ Ecclesia tenet ex pluribus Imperatorum privilegiis, Montis S. Laurentii, Tridini inferioris, ejusque territorii, et aliorum generaliter.

Perg.

1346 — 23 *Augusti*

Sententia lata per Potestatem Vercellensem super novas controversias inter Comune ipsius Civitatis, et Ministrum Operis S. Mariæ Pontis Servi, qua pronunciatur spectare debere eidem Comuni omnes reditus, et proventus administrationis ejusdem Operis solvendo tamen Ministro

annuatim libras 40 pap., et manutenendo propriis expensis ipsum Pontem: et quod Minister, ejusque familia debeat esse immunis a solutione Pedagii ipsius Pontis, et Portæ.

Perg.

1346 — 29 *Septembris*

Cessio unius ex Officiis Rationatorum, pretio librarum 180 per Petrum de Malione, Paulo f. q. d. Ambroxii de Plathea.

Perg. unita 1335, 23 Decembris.

1346 — 11 *Octobris*

Alia Officii Exactoris fodrorum, et talearum partis portæ Pusternæ, pretio librarum 90 per Martinum de Bonfiliis Notarium, Eusebio de Margaria Notario facta.

Perg. ut supra.

1346 — 21 *Octobris*

Exemplum Præcepti d. Henrici de Burris Potestatis Vercellarum contra Consules, et homines Burgi Montisgrandi quatenus sub pœna librarum 200 debeant infra tres dies solvere eidem Civitati totum id quod debebant pro annis præteritis pro Confalono, et vestibus tubatorum Civitatis.

Perg.

1346 — 5 *Novembris*

Cessio unius ex Officiis Notarii Iustitiæ, pretio librarum 70 pap. facta per Nicolellum de Candia favore Ardicionis de Panicia.

Perg. unita 1344, 30 Septembris.

1346 — 14 *Novembris*

Cessio per retroscriptum Paniciam de eodem officio favore Eusebii de Candia.

Perg. unita præcedenti.

1346 — 15 *Novembris*

Submissio per Consules, et Sindicos Comunis Montisgrandi exhibita, parendi omne id quod judicatum fuerit per d. Cristophorum de Bosacco Vicarium d. Potestatis Vercellensis super petitionibus Civitatis Vercellensis denariorum pro Confalono, et habitibus tubatorum.

Die 28 Novembris assignatio per ipsum Vicarium partibus, producendi jura, et deducendi.

Perg. unita alteri 24 Octobris.

1346 — 2 *Decembris*

Sententia d. Henrici de Burris Potestatis Vercellensis qua condemnantur Comune, et homines Montisgrandi ad dandum Civitati duodecim Confalonos, sex pro Equitibus, et sex pro Peditibus, de annis præteritis, et deinceps unum singulo anno alternatim, anno uno ab Equitibus, altero a Peditibus, et libras 5 annuatim pro vestibus tubatorum.

Perg. unita præcedenti.

1346 — 13 *Decembris*

Procura Comunis, et hominum Blandrate in d. Petrum. — Boscum, Avondinum de Colomboto, et Petrum Planum Notarium ad solvendum libras 100 terciolorum Comuni Civitatis Vercellensis pro censu hujus anni.

Perg.

1347 — 31 *Ianuarii*

Cessio unius ex Officiis Notariorum Iustitiæ per Eusebium de Candia Notarium Girardo Notario f. d. Iacobi de Margaria, pretio librarum 70.

Perg. unita 1334, 30 Decembris.

. . . . — 7 *Aprilis*

Alia per eumdem Emptorem Ioannino f. d. Ruffini de Miralda.

Ibidem.

1347 — 17 *Aprilis*

Alia Officii Notarii Iustitiæ partis Aquilæ per d. Stephanum de Dalmatiis j. ut. doctorem favore Notarii Ioannis f. d. Ruffini de Miralda, pretio librarum 70.

Perg. unita 1311, 6 Iulii.

1347 — 24 *Aprilis*

Alia Officii Notarii Exactoris damnorum campestrium per d. Tomainum de Riciis facta dominæ Montinæ uxori d. Petri de Maliono, pretio librarum 125 pap.

Perg. unita 1345, 10 Octobris.

1347 — 4 *Maii*

Alia unius ex Officiis Rationatorum, pretio librarum 18 facta a Paulo de Agaciis favore Bartholomei de Bazolis Notarii.

Perg. unita 1335, 23 Decembris.

1347 — 15 *Maii*

Compromissum factum per d. Antonium f. q. d. Manfredi .... Casalensem, uti Procuratorem ipsius loci in dominos Leonem de Dugnano jurisperitum Mediolanensem, et Ottolinum de Gisalbertis Vicarium d. Marchionis Montisferrati uti Arbitros ad componendas differentias ipsius terræ cum Civitate Vercellensi occasione confinium.

Perg. partim corrosa.

1347 — 15 *Maii*

Sententia arbitramentalis ut supra prolata super confinibus inter Vercellenses, et Casalenses.

Perg. unita præcedenti.

1347 — 25 *Augusti*

Cessio unius Officii Rationatorum Civitatis Vercellensis, pretio librarum 18 per Bartholomeum de Bazolis Notarium Bullino filio d. Francisci de Bullis Notario.

Perg. unita 1335, 23 x.bris.

1347 — 5 *Septembris*

Investitura per Rectorem Ecclesiæ S. Michaelis Vercellensis de domo una in vicinia S. Stephani favore Iacobi de Aviliano nepotis, et hæredis q. Xandrini Furnarii jam de ea investiti sub ultimo Octobris 1337 sub annuo canone solid. 50 pap.

Perg.

1347 — 3 *Octobris*

Alia per eumdem domino Iulio f. d. Henrioti de Masino de modiis 2, star. 3 terræ in Creario finium Civitatis de 29 in 29 annis sub annuo fictu stariorum 2, emin. 1 sicalis, et solid. 10 pap. in denariis.

Perg.

1347 — 3 *Octobris*

Alia per eumdem eidem de Masino de petia plantata in Creario mod. 2, star. 3 sub annuo canone stariorum 2, cum dimidio sicalis ad mensuram Vercellensem ventilatæ.

Perg.

1347 — 3 *Octobris*

Cessio unius ex Officiis Notariorum Iustitiæ per Ioanninum de Miralda; consensu d. Ruffini ejus patris, pretio librarum 71 Nicolino de Bociis de Clavazia.

Perg. unita 1344, 30 Decembris.

1347 — 7 *Octobris*

Alia unius ex Officiis Rationatorum, pretio librarum 180 pap. per Bullinum f. d. Francisci de Bullis facta favore Eusebii de Margaria ementis cum consensu d. Iacobi patris sui.

Perg. sub 1335, 23 Decembris.

1347 — 14 *Octobris*

Procura Comunis Vercellensis in d. Bartholomeum de Alice, ad comparendum et agendum nomine ejusdem Civitatis in causa inter ipsam, et dominos de Advocatis, et dominos Palestri vertente.

Perg.

1347 — 6 *Decembris*

Cessio unius ex Officiis Notariorum Iustitiæ partis Aquilæ per Ioanninum f. d. Ruffini de Miralda Ioanni de Ponte Notario facta pretio librarum 70 pap.

Perg. unita alteri 1311, 6 Iunii.

1348 — 4 *Ianuarii*

Emptio per Comune Vercellense ab Uberto, et Guilielmo de Bonello de duobus sediminibus in vicinia S. Mariæ, pretio librarum 33 pap.

Bis. t. IV, *f.* 485.

1348 — 25 *Ianuarii*

Cessio unius ex Officiis Rationatorum per Eusebium de Margaria consensu d. Iacobi ejus patris, pretio librarum 190 dominæ Francischinæ sorori d. Antonii f. q. d. Iacobi de Scutariis, et uxori d. Iacobi f. q. d. Nicolini de Riciis.

Perg. unita 1335, 23 Decembris.

1348 — 28 *Februarii*

Alia Officii Notariatus ad describendas bladas intrantes in Civitate ad Portam S. Stephani per Augustinum f. q. d. Barnabæ de Alino, pretio librarum 25 pap. Martino de Bonfiliis.

Perg. unita 1335, 20 Decembris.

1348 — 17 *Maii*

Alia Officii Exactoris fodrorum, bannorum, et condemnationum partis Pusternæ favore Petri de Bonfiliis de Galarate Notarii f. q. d. Pinamontis, pretio librarum 160 pap. per Petrum de Malione Notarium.

Perg.

1348 — 16 *Iunii*

Alia unius ex Officiis Rationatorum, pretio librarum 180 pap. per Antonium f. q. d. Iacobi Scutarii uti Procuratorem dominæ Francischinæ ejus sororis, et uxoris Iacobini f. q. d. Nicolini de Riciis.

Perg. sub 1335, 23 Decembris.

1348 — 1 *Septembris*

Declaratio per Sindicos Comunis Vercellensis, et d. Bulgarum judicialiter facta, quod murum noviter constructum inter hortum Potestatis ejusdem Civitatis, et domum ejusdem Bulgari, ac hortum ipsum erant communes inter ipsas partes.

Bis. t. III, *f.* 389.

1349 — 19 *Iunii*

Promissio d. Iacobi de Palestro, nomine etiam Ruffini ejus fratris filii q. Uberti, erga Comune Vercellense, quod ratum habebunt perpetuo instrumentum, quo dictus ejus frater submittit se, et ipsum locum Palestri jurisdictioni Civitatis Vercellensis, ac protectioni tamquam districtualis, donando eidem Comuni jura quæ habent in sediminibus quæ appellantur sedimina Nobilium. Et hoc ad se substrahendum ab oppressionibus Papiensium, ad quem finem Comunitas Vercellensis jam miserat milites ad Palestrum causa defendendi ipsum locum.

Bis. t. IV, *f.* 486.

1349 — 24 *Iulii*

Locatio redituum S. Mariæ Pontis Servi per Comune Vercellense facta Bartolello de Bauxolis, ac Francisco, et Eusebio ejus filiis sub annuo fictu librarum 325 pap.

Perg.

1349 — 4 *Decembris*

Procura Comunis Vercellensis in dominos Vercellinum de Scutariis, et Nicolinum de Riciis Cancellarium Comunis Vercellensis ad vendendum vel hypotecandum officia publica ipsius Civitatis, pro habendis pecuniis ad stipendia militum, tam peditum quam equestrium, existentium ad custodiam Civitatis, et Castri ejusdem, ac Castri Saluzoliæ, et ad solvendum varia debita pro quibus Civitas obnoxia erat gravissimis usuris.

Perg.

1349 — 7 *Decembris*

Alienatio Officii Exactoris fodrorum, bannorum, et condemnationum partis Pusternæ, pretio librarum 199 pap. per Vercellinum de Scutariis Procuratorem Comunis ut supra, favore d. Petri de Bonfiliis Notarii facta.

Perg.

1350 — 29 *Iulii*

Requisitio ex parte Comunis Vercellensis erga r. d. Ioannem de Flisco Electum Vercellensem, et Comitem, ut dignetur nomine suæ Ecclesiæ ipsum investire de toto illo feudo quod tenet ab Ecclesia Vercellensi, paratum præstare fidelitatis juramentum. Actum Bugellæ in Castro ejusdem d. Electi super lobiam juxta portam.

Bis. t. III, *f.* 389.

1351 — 6 *Februarii*

Sententia arbitramentalis in causa Comunis Civitatis Vercellarum contra Franciscum de Mazochis Thesaurarium ejusdem ex causa redditionis rationum de pecunia per ipsum exacta nomine Civitatis.

Perg.

1351 — 4 *Iunii*

Commissionales d. militis Maphei de Forestis Potestatis Vercellensis Antonio de Polono servitori publico Comunis Vercellensis, immittendi in possessionem d. Antonium Scutarium, Sindicum, et Procuratorem Comunis ejusdem Civitatis, de jurisdictione, et territorio Burgheti Padi: sine prejudicio jurium dominorum Ruffini, fratrum, ac nepotum de Colobiano.

Perg.

1351 — 24 *Iunii*

Acta ejusdem possessionis datæ de præfato Burgheto Padi favore Comunis Vercellensis.

Perg. unita præcedenti.

1351 — 11 *Augusti*

Litteræ r. d. Ioannis Archiepiscopi Mediolani ejusdem Civitatis, ac Vercellarum domini Generalis, Potestati Vercellensi, quibus ad supplicationem Ruffini, et Emanuelis, ac nepotum de Advocatis de Colobiano conquerentium se spoliatos de modiis 35 terræ in Burgheto Padi in

circuitu: et quod in Valle Balzolæ multa incendia, occisiones, robariæ commissæ fuerant per inimicos Advocatorum, ac Ticionum fautores: mandat eidem quatenus debeat restitui facere, et poni in possessionem de præfatis terris ipsos Advocatos.

Bis. t. III, *f.* 390.

1352 — 12 *Ianuarii*

Quitatio Rectoris Ecclesiæ S. Michaelis hæredibus Petri Romagnani de libris 4 pap. annuis habitis pro petiis duabus terræ in finibus Vercellarum loco dicto in Creario situatis.

Perg.

1352 — 5 *Martii*

Confessio Guilielmi q. Henrici de Ticionibus erga Comune Vercellense, debere adhuc partem pretii de venditione ei facta omnium jurium, possessionis, honoris, et dominii Burgeti Padi, et sub pactis contentis in ipso instrumento venditionis 9 Decembris 1349 promittendo solvere infra 4 annos incipiendos a die sententiæ latæ contra Ruffinum, et Emanuelem, et nepotes de Advocatis.

Bis. t. IV, *f.* 479.

1352 — 26 *Maii*

Sententia d. Thomasini de Gropello de Soncino Vicario d. militis Petri Vicecomitis Potestatis Vercellensis, qua condemnantur domini de Palestro ad solvendum Civitati Vercellensi taleam impositam ad rationem solidorum 2 pro libra quoquo mense solvenda, loco impositionis gabellæ salis quæ debebat fieri: salvo jure ipsis dominis Palestri consequendi eorum credita ab ipsa Civitate.

Perg.

1352 — 13 *Augusti*

Emptio per Comune Vercellense de domo una dirupta in vicinia S. Salvatoris de Strata, a d. Eusebio, et fratre ejus q. de Roglerio de Sonomonte, pretio librarum 30 pap.

Bis. t. IV, *f.* 479.

1352 — 18 *Octobris*

Procura ad lites dominorum Ioannis f. q. d. Iacobi, Stephani, et Guifredoti nomine etiam Paulini, et Nicolini eorum fratrum, Percivallis q. d. Antonii, Ruffinoni et Iacobi f. q. d. Uberti, et Simonini q. d.

Ioannis omnium ex dominis Castri Palestri in personam d. Drueti de Cribellis civis Mediolanensis.

Perg.

1352 — 1 *Decembris*

Investitura per Comune Vercellense concessa quibusdam dominis Masini de Castro Malioni, villa, territorio, et jurisdictione, aliisque juribus in feudum avitum etc. pro masculis, et feminis, qui ideo juraverunt fidelitatem eidem Comuni juxta formam conventionis alias initæ.

Bis. t. III, *f.* 391.

1352 — 1 *Decembris*

Renovatio concordiæ inter Comune Vercellense, et dominos Masini relativa alteri 20 Decembris 1316 cum aliis reservationibus, et pactis.

Bis. t. III, *f.* 392.

1353 — 26 *Maii*

Conventio inter Comune Civitatis Vercellarum, ac dominos Ioannem q. Iacobi, Percivallum q. d. Antonii, Stephanum, Guifreotum, et fratres f. q. d. Rouræ, Iacobum, et Ruffinum f. q. d. Uberti, et Simoninum f. q. d. Ioncelini omnes ex dominis Palestri super questione, qua Comune Vercellense asserebat ipsos esse districtuales ejusdem Civitatis, pro possessionibus, et rebus quas habebant in locis Palestri, Rodobii, Conflentiæ, Casalelli, Rivoltellæ, et Vinzalii: ac proinde debere solvere fodra, et taleas præteritas: opponentibus ipsis, conventiones, et pacta alias inita. Qua conventione tamen se iterum submittunt jurisdictioni Vercellensi sub obligatione solvendi fodra pro possessionibus quæ ibidem consignantur, mediante exemptione per annos decem inde venturos concessa eis per Comune: promittentes defendere, et adjuvare Civitatem.

Perg. — Bis. t. IV, *f.* 488.

1353 — 18 *Iulii*

Instantia facta Comuni Vercellensi per diversos Rodobii, et Casalelli, quod ad evitandas molestias, etiamsi vigore pactorum, et conventionum cum dominis ipsorum locorum non tenerentur ad solvendum fodra, et impositiones Comunis Vercellensis, nec multas possessiones in jurisdictione ipsius Civitatis haberent, sed in jurisdictione Papiæ, et Novariæ: placeret eidem ipsos æstimare in libris 4 pap. per annos 25. Prout Civitas annuit, ipsos ponendo in æstimo viciniæ S. Mariæ.

Bis. t. IV, *f.* 487.

1353 — 13 *Augusti*

Sententia potentis viri d. Ioannoli de Piverono Potestatis Vercellarum cum voto Collegii Iudicum ejusdem Civitatis lata, qua condemnantur Thoma, ejusque fratres de Maletis ad solvendam quamdam taleam Comuni ejusdem Civitatis, non obstante prætensa immunitate.

Perg.

1353 — 19 *Novembris*

Datio in curatorem Maxinæ f. q. Petri de Vegiis Vercellensis in personam d. Georgii de Agaciis Civis, et Notarii Vercellensis, qui exhibuit fidejussorem magistrum Franciscum ejus fratrem.

Bis. t. IV, *f.* 480.

1353 — 19 *Novembris*

Venditio facta per dictam d. Maxinam minorem cum interventu ejus curatoris, et proximorum parentum, ac decreto Iudicis intercedente de domo una pro pretio librarum 125 pap. favore Comunis Vercellensis.

Bis. t. IV, *f.* 482.

1351 — 19 *Martii*

Procura Comunis. et hominum Casalis in personam Antonii Rustici ejusdem loci ad excipiendum in causa ejusdem Comunis quam habebat contra Comune Vercellense.

Perg.

1354 — 29 *Aprilis*

Venditio facta per d. Dominicum Alzatum f. q. Ruffini nomine ejus fratris, Comuni Vercellensi de Palatio magno ubi eadem Credentia Comunis congregata erat, cum ejus ædificiis, cameris, sedimine, et curtili, pretio librarum 600 pap.

Bis. t. IV, *f.* 481.

1354 — 17 *Maii*

Venditio d. Thomæ de Vassallis, favore d. Dominici f. q. Ruffini de Alciatis de quibusdam fictibus super domum unam in vicinia S. Mariæ, pretio librarum 80 pap.

Bis. t. IV, *f.* 483.

1354 — 27 *Iunii*

Alia d. Ardicionis de la Muta Comuni Vercellensi de sedimine uno

in ipsa Civitate in vicinia S. Michaelis intra murum fortaliciorum Castri Ticionium, pretio librarum 25 pap.

Bis. t. IV, f. 485.

1354 — 30 *Iunii*

Ratificatio Dominici q. Ruffini Alciati de venditione per fratrem suum facta Comuni.

Bis. t. IV, *f.* 484.

1354 — 18 *Iulii*

Debitum d. Gasparis q. alterius d. Gasparis de Rodobio erga Hospitale S. Andreæ Vercellensis de florenis 7 cum dimidio auri, per eumdem admissum.

Perg.

1357 — 28 *Novembris*

Subhastatio redituum S. Mariæ Pontis Servi, ex parte Comunis Vercellensis.

Perg.

1358 — 18 *Septembris*

Consignatio per Ioannem de Putheobonello Castellanum Castri Vercellarum, rerum, et utensilium in ipso existentium domino Maschiolo de Peraga Mediolanensi, Castellano electo pro magnifico d. Galeatio d. Vicecomite Mediolani, et Vercellarum domino generali.

Bis. t. III, *f.* 394.

1358 — 29 *Novembris*

Datio curatoris ad lites Philipono q. Francisci de Alciatis Mottæ, in personam Iacobi de Bocio de Clavaxia Civis, et Notarii Vercellensis sub fidejussione Petri q. Agnelli de Alciatis.

Bis. t. III, *f.* 395.

1358 — 29 *Novembris*

Venditio per præfatum Philiponum cum interventu ejus curatoris de domo una dirupta, ubi custodiebantur equi, sita in vicinia Sanctæ Mariæ favore Comunis Vercellarum.

Bis. t. III, *f.* 395.

1358 — 30 *Novembris*

Investitura de quibusdam possessionibus in regione Brarolæ terri-

torii Vercellensis, Beneficio Sanctæ Mariæ Pontis Servi, favore d. Ioannis f. q. Petri de Vassallis.

Perg.

1360 — 31 *Ianuarii*

Investitura de 29 in 29 annos per Rectorem Ecclesiæ S. Michaelis Vercellensis Uberto dicto Muleto de Bugella de possessionibus Casalisrubei sub annuo canone librarum 8 pap., stariorum 4 frumenti, et 6 siliginis.

Perg.

1360 — 11 *Iulii*

Procura Comunis Vercellensis in personam dominorum .... Cagnoli, et Francisci de Chigalotis Iurisperitorum ad cedendum Comuni Papiæ omnia jura, ac merum, et mixtum imperium in locis Palestri, Conflentiæ, Rodobii, Rivoltellæ, et Casalelli quæ in communi habebat cum eadem Civitate Papiæ.

Perg.

1361 — 11 *Aprilis*

Venditio quartæ partis unius domus obnoxia fictu erga Ecclesiam S. Michaelis per Ioannem q. Vercellinum de Cremona facta Iulio Bocalario de Triverio, pretio librarum 200 pap.

Perg.

1361 — 17 *Aprilis*

Quitatio librarum 7, solid. 10 pap. fictus debiti ab Uberto de Muleto pro domo una sita in vicinia S. Michaelis eidem Ecclesiæ.

Perg.

1361 — 20 *Aprilis*

Procura in Castro Receti dominorum de Arborio facta per diversos ex ipsis dominis uti hæredibus q. d. Bonisignori de Arborio ad ratificandum, et acceptandum quamdam reformationem diei 15 Aprilis, Credentiæ Comunis Vercellensis, qua ad instantiam dominorum de Arborio excipientium non debere molestari pro fodris bonorum dictæ hæreditatis ex eo quod non habitabant in districtu Vercellensi, vigore decreti bonæ mem. d. Ioannis Archiepiscopi Mediolanensis tunc domini ipsius Civitatis, statuentis, quod nullus possit constringi solvere fodra nisi in loco in quo continue habitabat, etiamsi possideat prædia in alio loco, vel

saltem debere reduci eorum æstimum de libris 50 pap. ad minorem summam, uti reducta fuerat per ipsam Credentiam ad summam libr. 25.

Bis. t. III, *f.* 9.

1361 — 17 *Ianuarii*

Procura Comunis Vercellensis in dominos Antonium f. q. d. Iacobi Scutarii, Bartholomeum de Bazolis, Ioannem de Alice, et Petrum de Arro ad compromittendum omnes quæstiones, et lites cum Civitate Papiæ occasione locorum fortaliciorum, et Castrorum Palestri, Rodobii, Conflentiæ, Rivoltellæ, Casalelli, et Castri Vinzalii.

Perg.

1362 — 6 *Decembris*

Confessio debiti Antonii, et Simonis fratrum filiorum q. Guilielmi de Coa de Viverono erga Capellanum Sanctorum Barnabæ, et Antonii in Ecclesia Cathedrali S. Eusebii Vercellensis.

Perg.

1367 — 26 *Aprilis*

Emptio per Comune Vercellarum de domo una in vicinia S. Stephani de Monasterio, juris ejusdem Abatiæ, pretio libr. 151 pap. ab Alberto de Moxo sutore Vercellensi, ubi escavabantur foveæ citadellæ.

Perg. unita 1368, 11 Iunii.

1368 — 8 *Aprilis*

Emptio per Comune Vercellense de quibusdam domibus, et sediminibus existentibus ubi fiebant foveæ, et mœnia citadellæ, a Simone Canevario, pretio librarum 170 pap.

Perg. ut supra.

1368 — 26 *Aprilis*

Alia de domo in vicinia S. Stephani de Monasterio ubi fiebant foveæ citadellæ ab Anselmo de Monte, quæ domus erat de directo dominio ejusdem Monasterii.

Perg. ut supra.

1368 — 11 *Iunii*

Quitatio favore Comunis Vercellensis de libris 1000 terciolorum componentium libr. 1500 pap. per ven. d. Guilielmum Abatem Monasterii S. Stephani Vercellensis pro pretio domuum, et sitorum disjectorum

et occupatorum per ipsam Civitatem pro constructione citadellæ, fovearum, et fortaliciorum ejusdem.

Perg.

1368 — 11 *Iunii*

Emptio ut supra per Comune Vercellense a Nicolino f. q. Antonii Cabaneæ de domo una in vicinia S. Stephani juris ipsius Monasterii, existente in loco ubi ædificabatur citadella, pretio librarum 165 pap.

Perg.

1368 — 11 *Iunii*

Alia ut supra a Petro, et Antonio fratribus de Bonenzono de domo una ubi construebantur foveæ, pretio lib. 300 pap.

Perg.

1368 — 26 *Octobris*

Venditio per Ubertum de Meleto, et Antonium de Philipono Ioanni Calzono facta, de domo una in vicinia S. Michaelis, obnoxia canoni solidorum 30 pap. eidem Ecclesiæ, pretio librarum 435 pap.

Perg.

1369 — 26 *Aprilis*

Emptio per Comune Vercellense de domo una emphiteotica Abbatiæ S. Stephani jacente ubi fiebant foveæ citadellæ, pretio librarum 32 pap. a Ioanne Mazarasa de Conflentia.

Perg. unita 1368, 11 Iunii.

1369 — 10 *Decembris*

Alia emptio ut supra de sedimine in vicinia S. Stephani de Monasterio ubi factæ fuerant foveæ Citadellæ a Nicolino q. Antonii de Cabania, pretio lib. 15 pap.

Perg. unita ut supra.

1372 — 5 *Aprilis*

Interpositio auctoritatis, et decreti Potestatis Vercellarum pro magnifico d. Galeatio Vicecomite Mediolani, ac generali Vicario Imperiali super voluminum Biscionum authenticitate, cum facultate Iacobo Lavezio Notario exemplandi ex ipsis quæcumque instrumenta. Ordinando insuper ipsa volumina poni in Archivio pubblico, vel in thesauro S. Eusebii, aut in sacristia fratrum Prædicatorum ad conservationem etc.

Bis. t. III, *f.* 1.

1373 — 9 *Februarii*

Litteræ patentes Galeatii Vicecomitis, ac Vicarii Imperialis Mediolani, pro immunitate ab omnibus oneribus favore dominorum, Comunis, et hominum Palestri districtus Vercellarum.

Perg.

1376 — 6 *Iunii*

Nominatio ad Clericaturam S. Petri de Valarboito vacantem ob matrimonium contractum per d. Francisconum f. q. Philippi de Rajmundis de Valarboito, per dominos Ioannem, Francisconum præfatum, Ioannem Philipponem, et Ubertinum omnes de Rajmundis ex dominis dicti loci.

Perg.

1376 — 5 *Novembris*

Investitura modiorum 2 cum dimidio terræ in posse Vercellensi ad viam novam sive retro S. Lazarum, quam olim tenebat q. Nicolellus Cagnonus ad fictum, pretio solidorum 36 pap. de Ambroxino uno, erga Ecclesiam S. Michaelis, concessa per Rectorem ejusdem Ecclesiæ Ioannem de Augusta, favore Guilielmi de Alva.

Perg.

1376 — 26 *Novembris*

Diploma Caroli IV Imperatoris, ac Bohemiæ Regis favore nobilis Anselmi Rozii juris utriusque Doctoris, quo ipsum, suosque descendentes nominat.... Comites Palatinos Lateranenses, cum facultate creandi Tabelliones seu Notarios, et Iudices ordinarios, ac legitimandi bastardos, manseres et spurios, salvo natos ex illustribus Principibus, Comitibus, et Baronibus, Præsentibus illustribus Venzeslao Rege Bohemiæ, et aliis. Dat. Nurembergæ anno regni ejus 30, imperii 21.

Bis. t. II, *f.* 426.

1378 — 31 *Martii*

Particula deliberamenti ad menses sex daciti vini, et carnium omnium locorum districtus Vercellensis ibidem recensitorum pro pretio librarum 1100 tertiolorum favore Iacobi f. q. d. Ioannis q. mag. Anselmi de Casali Gualono.

Perg.

1378 — 27 *Aprilis*

Procura ad lites Consulum, et Comunis Larizzate in personam Francisci de Paliate Notarii.

Perg.

1378.....

Procuræ speciales Comunitatum infrascriptarum (separatim) in personam respectivorum Sindicorum ad hoc electorum, ad ratificandum scilicet in manibus dominorum Potestatis, et Vicarii Civitatis Vercellarum juramentum fidelitatis præstitum per dominos Dominicum de Bonfiliis, et Bartholomeum de Ranzo Sindicos et Procuratores præfatæ Civitatis nomine ejusdem, et omnium locorum sui districtus, et jurisdictionis illustri Principi Ioanni Galeatio Vicecomiti, ac Azoni ejus filio, et hæredibus, ac successoribus — scilicet

26 *Aug.*	Riparum				Lexonæ
	Carisianæ		29 *Augusti.*		Gattinariæ
	Stropianæ.				Viveroni
27 *id.*	Pezanæ				Quinti
28 *id.*	Arelii				Triverii
	Venariæ				Ropoli.

30 *Augusti.* Dominorum Iacobi, et Ricardi f. q. d. Bertoldi, Bernardi, et Ottini f. q. d. Ottini, Antonii f. q. d. Gualæ, et Martini f. q. d. Antonii, omnium de Advocatis Cerridonii, nomine aliorum in personam Rainerii de Margaria Notarii

	Salæ		3 *Septemb*		Messerani.
31 *Aug.*	Ghislarengi				Galianici
	Zubienæ				Castelletti
1 *Sept.*	Valdengi	Comune	4 *id.*		Benæ
	Colobiani	et hom.			Moxi
2 *id.*	Brusonengi				Massatiæ
	Carazeti		5 *id.*		Lignanæ
	Cozolæ				Cerrioni
	Aviliani				Clavaziæ.

Dominorum de Arborio, scilicet Georgii f. q. d. Bonisignori, Rainerii q. d. Ricardi, Laurentii, et Antonii fratrum de Teta, Bartholomei q. d. Iacobi dicti Calpigliani Iacobi de Ometo filii naturalis q. d. Gabrielis in personam d. Guilielmi f. q. d. Ricardi de Arborio.

6 *Sept.*	Arborii	9 *Sept.*		Cossati
	Quareniæ			Nibionis
	Montis Belluardi	14	*id.*	Rovasendæ
	Albani	20	*id.*	Oclepi inferioris.
8 *id.*	Biolii			

Dominorum de Advocatis Colobiani, scilicet Ruffini, et Simonis f. q. d. Lanfranchi, Guilielmi q. d. Ioannis, Philiberti q. d. Gualæ, Bartholomei q. d. Ruffini, Eusebioni q. d. Iacobi, et Raineri q. Philippi, omnium de Advocatis Quareniæ in personam d. Rainerii de Massatia.

24 *Septembris.* Dominorum de Advocatis Valdengi Simonis q. Guilielmi, Ioannis q. d. Iacobi, Bonifacii, et Philippi f. q. d. Ioannis in personam d. Rainerii de Margaria.

29 *id.* Villatæ, et Casalis Gualoni.

16 *Octobris.* Dominorum de Castello de Auxiliano, scilicet d. Bartholomei q. alterius Bartholomei de Valle Alta, Simonis, et Guilielmi f. q. Rainerii de Valle Alta, et ipse Simon nomine etiam d. Rainerii ejus filii, Thomæ filii naturalis dicti domini Rainerii, Simonis f. q. d. Uberti Castellani, suo et nomine Ubertini ejus filii, ac Antonii f. q. Ioannis de Castello, omnium ex dominis Auxiliani in personam Simonis, et Bartholomei patris, et filii ex ipsis de Castello.

Perg. disjunctæ.

1378 — 8 *Decembris*

Particula deliberamenti dacitorum vini, et becariarum, locorum districtus Vercellensis ibidem recensitorum.

Perg.

1379 — 30 *Decembris*

Quitatio Rectoris Ecclesiæ S. Michaelis favore d. Ioannis Vachesta Præpositi S. Cristophori de solidis 9 pap. pro fictu unius domus in vicinia S. Donati in Rua Taramasca.

Perg.

1380 — 16 *Maii*

Investitura per r. d. Ioannem Marucum de Bugella Rectorem Ecclesiæ S. Michaelis Vercellensis favore Iacobi de Nicolello de modiis 4 terræ, pro juribus habitis a Guilielmo q. Ioannis de Talea mercatore Vercellensi sub annuo canone solid. 18 pap. pro modio, et obligatione renovandi investituram de 20 in 20 annis.

Perg.

1380 — 1 *Octobris*

Permutatio inter d. Ioannem de Candia Abbatem Monasterii S. Mariæ de Locedio, et d. Antonium f. q. d. Francisci de Advocatis de Colobiano, de quibusdam possessionibus ejusdem Abbatiæ in finibus Colobiani cum aliis in territorio Vercellensi dicti d. Advocati.

Perg.

1385 — 26 *Augusti*

Pars actorum cum sententia lata per d. Philippum.... Commissarium,

et Delegatum illustr. Principis Mediolani super quæstionibus inter Comune Vercellense, et dominos Petrum, Ioanninum, et Antonium filios q. Iacomoni de Scutariis occasione incantus gabellæ salis, moledii frumenti, carnium, vini etc. qua fuit condemnata Civitas erga ipsos in libris 4679, denariis sex tertiolorum.

Perg.

1388 — 14 *Augusti*

Testamentum Iordanæ f. q. Petri Novariensis, quo, legata domo, quam acquisierat ex instrumento rogato Iacobo Candelario, dicto Tuglo, jacente in Civitate Vercellarum in vicinia S. Michaelis, in rua Gaidoni, eidem Ecclesiæ pro anniversario uno, instituit hæredem r. d. Ioannem de Augusta Rectorem ipsius Ecclesiæ.

Perg.

1388 — 16 *Augusti*

Investitura per præmissum Rectorem S. Michaelis Bartholomeo q. Ioannis Passardi, dicto Lanino Becario Vercellensi pro juribus Ioanninæ ejus uxoris filiæ q. Bartholomei Gatti de modio uno cum dimidio terræ plantatæ vitibus, et altinis in territorio hujus Civitatis ubi dicitur in Creario, sub annuo canone solid. 40 pap.

Perg.

1389 — 19 *Ianuarii*

Alia per eumdem de domo una in vicinia S. Stephani Ioanni Bottono sub annuo fictu solid. 8 pap.

Perg.

1391 — 7 *Aprilis*

Acta causæ Rectoris S. Michaelis contra d. Stephanum f. q. d. Ludovici q. d. Philippi de Advocatis Quinti, ad dimissionem unius domus in vicinia S. Michaelis legata per d. q. Ludovicum eidem Ecclesiæ in testamento 1369, 21 Ian. rogato Iacobo dicto Honesto de Arborio.

Perg.

1392 — 28 *Ianuarii*

Investitura per Rectorem S. Michaelis Ioanni dicto Rubeo, carpentario f. q. Iacobi de Aprili de modio 1, star. 4, tab. 10 terræ in posse Vercellarum ad viam novam sub canone solid. 36 pap.

Perg.

1392 — 26 *Aprilis*

Sententia arbitramentalis in causa etc. qua condemnatur Rector Ecclesiæ S. Michaelis ad dandum pro melioramentis cujusdam domus Guideto de Moxo lanario florenum 1 cum dimidio ad rationem librarum 3, solid. 4 tertiolorum pro quolibet, et eidem relocare eamdem.

Perg.

1392 — 9 *Decembris*

Quitatio præfati Guideti de florenis 6 ad rationem librarum 3, solid. 4 tertiolorum pro dictis melioramentis.

Perg.

1393 — 3 *Iulii*

Obligatio Antoniæ viduæ q. Nicolini Bocalarii Vercellensis erga Rectorem Ecclesiæ S. Michaelis de libris 35 pap. eidem Ecclesiæ legatis per q. Iulium Bocalarium in testamento 31 Iulii 1361, rogato Antonio Roba Notario super quamdam domum. Quitatio 1394 10 Augusti de libris 5 pap. pro dicto legato.

Perg.

1394 — 12 *Februarii*

Quitatio finalis favore d. Ioachini f. q. d. Xandrini de Alzatis pro canone solidorum 37 pap. erga Ecclesiam S. Michaelis pro domo una.

Perg.

1394 — 2 *Octobris*

Promissio sub fidejussione d. Iuliani de S. Petro habitatoris Abeatigrassi, dandi conductam infra mensem unum cum dimidio rugiam unam, quæ inservire deberet molendinis Civitatis Vercellarum mediante summa florenorum 440 ei solvenda.

Perg.

1395 — 17 *Aprilis*

Emptiones per dominum Franciscum de Paliate Sindicum, et Procuratorem Comunis Civitatis Vercellensis de quibusdam petiis terrarum in finibus Casanovæ, pro construenda Rugia, per quam ab Elvo duceretur aqua ad molendina Civitatis ejusdem, rogatæ per distincta instrumenta ut infra.

A dominis Ruffino f. q. d. Antonii de domino Guala de Advocatis Casanovæ cum interventu dominorum Gualini Advocati, et Antonii f. q. d. Zanoni de Advocatis Casanovæ, duas petias terræ, pretio florenorum 8 auri.

A dominis Dalphino f. q. d. Poleni, Guideto f. q. d. Bartholomei, et Gualino f. q. d. Iacobi dicto Abate, omnibus de Advocatis Casanovæ de modiis 5, stariis 5, pretio florenorum 30 auri ad rationem librarum 3, solidorum 4 tertiolorum.

A dominis Antonio, et Zanono fratribns f. q. Zanoni Abiaticis q. d. Thomæ de Advocatis Casanovæ.

A d. Dalphineto f. q. d. Poleni Advocati Casanovæ.

A domino Guala f. q. d. Iacobi dicti Abate de Advocatis Casanovæ de stariis 4 nemoris in finibus Casanovæ, ubi dicitur ad Fraschetam Baonæ, pretio florenorum 9 auri, grossorum 8, et solidorum 3 tertiolorum.

A domino Bartholomeo f. q. Petri de Advocatis Quinti de modiis 3 nemoris in finibus Olcenengi.

18 *Aprilis.* A domino Dominico f. q. Petri de Advocatis Quinti.

24 *Iunii.* A domino Petro f. q. d. Antonii de Bondonis de stariis 3, tabulis 7 nemoris in finibus Olcenengi, pretio florenorum 9, gross. 9.

Perg.

1396 — 9 *Februarii*

Cessio jurium per Ioannem Traverserium favore Rectoris Ecclesiæ S. Michaelis super quamdam domum livellariam ejusdem Ecclesiæ.

Perg.

1396 — 31 *Augusti*

Procura generalis ad lites Credentiæ Comunis Vercellensis.

Bis. t. I, *f.* 460.

1396 — 24 *Septembris*

Procura ad lites Comunis Casalis S. Evasii per Credentiam facta, et specialiter pro causa confinium contra Comune Civitatis Vercellensis coram d. Cristophoro de Castellione Delegato ab illustri Duce Mediolani.

Bis. t. I, *f.* 462.

1397 — 8 *Ianuarii*

Sententia lata in Civitate Papiæ per d. Cristophorum de Castelliono Delegatum a duce Mediolani per litteras 8 Aprilis 1396, qua, visis documentis, et specialiter alia sententia arbitramentali 14 Maii 13..... declaratur constringere non debere prout in ipsa: sed determinantur denuo confinia ita ut sint Vercellensium a Stura usque in Padum, et a Cuniolio usque ad Grangiam Gazii, taliter tamen quod nullum jus habeant in possessionibus Casalensium, et aliorum de Monteferrato, ac

immunes sint a pedagiis etc. in quibus confinibus etiam habeat Comune Casalis exercitium jurisdictionis, et cognitionem delictorum perpetrandorum per Casalenses, et alios de Monteferrato tantum.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 458.

1397 — 24 *Februarii*

Declaratio Rectoris Ecclesiæ S. Michaelis se non recepisse nisi florenos 5 de quodam legato florenorum 8 eidem Ecclesiæ factum per q. Iacobum Mathei de Blanzate in testamento 20 Septembris 1395 super una domo, quos expendidit in reparatione ejusdem domus.

Perg.

1397 — 11 *Augusti*

Procura Comunis Vercellensis ad apprehendendam possessionem confinium, et jurisdictionis eorum a Pado ad Sturam, et a Cuniolio, et Torcello ad cornum Rebeti: prout in sententia lata ut supra.

Bis. t. I, *f.* 464.

1397 — 14 *Aprilis*

Sententia lata per d. Militem Ioannem de Pusterla Potestatem Vercellensem favore Comunis ejusdem, pro quibusdam insulis, glareis, et moltis ex utraque parte fluviorum Servi, et Sicidæ contra dominos Petrum, et fratres f. q. d. Dominici de Bonfilio.

Perg.

1397 — 14 *Aprilis*

Alia qua condemnatur d. Petrus de Fabiano ad dimittendum Comuni Vercellensi petiam unam prati, insulæ, glareæ, et alluvionis modiorum 90, et extra Portam Araldi, ubi dicebatur ad Gighulum.

Perg.

1397 — 14 *Aprilis*

Alia condemnans d. Ioannem, et fratrem ejus de Scotis ad dimittendum modia 12 prati, et glareæ juxta Servum.

Perg.

1397 — 15 *Aprilis*

Sententia arbitramentalis favore nobilium Bartholomei de Advocatis Valdengi, Ioannis de Ticionibus, et Melchionis de Advocatis Quinti, uti Sindicorum Comunis Vercellensis contra Petrum q. Ambroxii de Fabiano

condemnatum ad dimittendum favore ejusdem Civitatis modia 90 terræ insulæ, et glareæ extra Portam Araldi ubi dicitur ad Burghetum.

Perg.

1397 — 8 *Maii*

Immissio in possessionem Sindicorum Comunis Vercellensis de confinibus per regiones designatis per sententiam arbitramentalem 8 Ianuarii 1397 eidem Civitati adjudicatis in causa contra Comune Burgi Casalis S. Evasii.

Perg. — Bis. t. I, *f.* 465.

1398 — 24 *Ianuarii*

Quitatio Comunitati Blandrate facta de censu librarum 48 imperialium annuo debito Civitati Vercellensi in festo Nativitatis D. N. pro annis 1396 et 1397.

Perg.

1398 — 19 *Decembris*

Auctoritas cum decreto per Potestatem Vercellensem data Ioanni de Cabanea Notario exemplandi, et in publicam formam redigendi omnia acta, et instrumenta causæ confinium inter ipsum Comune, et Comune Casalis ita ut habeant plenam fidem, reponenda in Archivio publico, vel in Thesauro S. Eusebii, aut in sacristia fratrum Prædicatorum.

Bis. t. I, *f.* 458.

1398 — 19 *Decembris*

Fides collationis factæ per Notarium Cabaniam de præmissa Sententia vigore auctoritatis sibi concessæ.

Item de Procura Comunis Vercellarum 31 Augusti 1396.

De Procura Comunis Casalis 24 Septembris 1396.

De Procura Comunis Vercellarum ad apprehendendam possessionem.

De actu apprehensionis possessionis ejusdem 8 Maii 1397 vigore facultatis sibi concessæ per d. Potestatem.

Bis. t. I, *f.* 460 ad 467.

1399 — 17 *Aprilis*

Quitatio Comuni Blandrate de censu librarum 48 imperialium erga Civitatem Vercellarum pro anno 1398.

Perg.

1401 — 2 *Octobris*

Investitura per Rectorem S. Michaelis Antonio de Moxo q. Petri de Burontio concessa de modio uno cum dimidio terræ in Creario sub annuo canone solidorum 40 pap.

Perg.

1402 — 23 *Ianuarii*

Obligatio d. Stephani q. Ludovici de Advocatis Quinti erga Ecclesiam S. Michaelis de grossis triginta argenteis pro residuo fictus florenorum 4, sol. 2 terciolorum de quadam petia terræ.

Perg.

1402 — 25 *Ianuarii*

Procura specialis hominum Bovalii Cantoni Biolii in causa contra dominos Quareniæ.

Perg.

1402 — 28 *Septembris*

Particula testamenti Emiliani f. q. Eusebii de Lanceis civis et aromatarii Vercellensis, quo vult sepeliri in Ecclesia S. Michaelis, cui legat ducatos decem aureos.

Perg.

1402 — 21 *Octobris*

Sententia, ac injunctio d. Antonii Sansonis Vicarii Potestatis Vercellensis qua condemnantur quidam homines Palestri ad restaurandum et manutenendum Pontem dictum de Molinacio juxta Servum seu Sicidam.

Perg.

1404 — 4 *Novembris*

Deditio spontanea Consulum, et hominum Ghislarengi de fortalicio, villa, territorio, et jurisdictione ejusdem loci in manibus d. Guilielmi de Nuceto Capitanei S. Agathæ, et S. Germani pro illustri domino Comite Amedeo de Sabaudia, nomine ejusdem Comitis recipientis sub diversis pactis, et conditionibus appositis.

Perg.

1406 — 6 *Octobris*

Investitura unius domus juxta S. Iacobum de Albareto Vercellarum favore Francischini, et fratrum de Roncarolio, de directo dominio Comunis ejusdem Civitatis alias spectante Ecclesiæ S. Mariæ Pontis Servi.

Perg.

1407 — 5 *Iunii*

Locatio modiorum 10 prati ultra Servum juxta Ecclesiam S. Antonii de Luncaxo territorii Vercellensis per Ven. Presbiterum Ioannem de Augusta Rectorem Ecclesiæ S. Michaelis ejusdem Civitatis, Ottino de Albano mercatori ibidem, sub annuo fictu unius floreni auri valentis lib. 3 solid. 4 tertiolorum ad annos sex: et ultra solvendi in festo proximo S. Michaelis grossos, seu ambroxinos 12 argenteos monetæ Mediolanensis valentes libr. 2, sol. 8 tertiolorum.

Perg.

1411 — 16 *Septembris*

Donatio per Comune Vercellense de loco Decianæ facta d. Ludovico q. Ioannis de Ticionibus, cum pro utilitate ipsius Civitatis, et restauratione ipsius loci, ad securitatem viarum, et mercium venientium a partibus Montisferrati, tum ad obtemperandum requisitionibus Marchionis Montisferrati domini ejusdem Civitatis: eidem et successoribus suis de Ticionibus ipsum locum, et jurisdictionem, ac jura donando, ita quod in alios alienare non possit.

Die vero sequenti, tradita fuit eidem possessio, nomine Comunis Vercellensis.

Bis. t. II, *f.* 421.

1412 — 19 *Ianuarii*

Investitura per Rectorem S. Michaelis Vercellensis de domo una in vicinia ejusdem Ecclesiæ Melchioni q. Ioannis de Miralda sub annuo fictu librarum 3 pap. facientium libras 2 tertiolorum.

Perg.

1412 — 1 *Martii*

Confirmatio Philippi Mariæ Angli Comitis Papiæ, et domini Veronæ de Donatione facta per Comune Vercellense loci, Decianæ Ludovico q. Ioannis Ticioni, non solum propter utilitatem inde provenientem eidem Civitati, quam etiam ob requisitiones illustris Theodori Marchionis Montisferrati.

Bis. t. I, *f.* 424.

1412 — 20 *Augusti*

Venditio quorumdam prædiorum existentium in finibus Decianæ per Capitulum fratrum, et devotorum Domus Charitatis S. Laurentii Vercellensis favore Girardi q. Bonijoannis de Gratiano, pretio florenorum

10 gros. 10 ad rationem librarum 3, solid. 4 tertiolorum pro singulo floreno, et solid. 4 tertiolorum pro singulo grosso.

Perg.

1413 — 21 *Iulii*

Diploma Comitis Amedei de Sabaudia quo confirmat libertates, franchisias, immunitates, ac privilegia per Prædecessores suos concessa Monasterio, et Abbatiæ B. Mariæ de Lucedio: ita ut Monaci, et familiares, ac Nuncii ipsius domus, et Mansionis libere possint ire, et redire per totam suam terram, Comitatum, et Marchionatum absque aliqua solutione pedagii, vel alterius gabellæ.

Dat. in S. Agatha.

Bis. t. II, *f.* 430.

1414 — 10 *Aprilis*

Retrocessio favore Comunis Vercellensis unius ex Officiis Cameræ Turris per dominos Ricardum, et Ludovicum f. q. d. Ioannis, q. d. Ricardi de Titionibus, qui jus habuerant a domina Antonia matre d. Dalphini q. Ticionis de Ticionibus, et ipsa a domino Georgio de Cocorellis, qui emerat a dominis Ambroxino, et fratribus de Bullis, quorum auctores fuerant domini Girardus, Bartholomeus, Eusebius, et Thomas filii, et hæredes q. d. Iacobi de Margaria.

Perg.

1414 — 5 *Octobris*

Litteræ domini Galeoti de Bevilaqua Conciliarii, et Delegati illust. Principis Philippi Mariæ Angli Ducis Mediolani, Comitis Papiæ, et Angleriæ ex litteris datis Clastidii 28 Septembris ad recipiendum pacta, et conventiones, et ipsa stabiliendi cum Comunibus, nobilibus, et personis quibuscumque Civitatis, et districtus Vercellarum constitutis: quibus concedit egregio Iacobo de Titionibus f: q. Ricardi domino terræ Crescentini, pro se, et descendentibus, ac omnibus de prosapia Titionum immunitatem a quibuscumque oneribus, taleis, fodris, gabellis, et aliis tam impositis quam imponendis per præfatum illustrem d. Ducem, ac per Comune Vercellense: salvis tamen iis omnibus ad quæ vassalli tenentur juxta formam fidelitatis veteris, et novæ: ac quod non tollatur jurisdictio Civitatis ipsius in locis, et castris Ticionum: nec immunitas extendatur ad homines locorum eorumdem de Ticionibus, quæ sunt in districtu Vercellarum; salvo tamen Comune, et homines Balzolæ, qui frui debeant per 10 annos ejusdem immunitatis, attentis damnis et ruinis passis a

10 annis infra. Pacto item apposito, quod statim ac d. Dux recuperaverit Civitatem Vercellarum, et possessionem apprehenderit, assignabit tot de bonis et, possessionibus Advocatorum Vercellensium illis de Titionibus qui, ab ipsis Advocatis damnum passi sunt, ad ratam prout ex nunc ipse d. Commissarius adjudicat ad instantiam ipsius d. Iacobi: cum inhibitione Advocatis ipsis intrandi eamdem Civitatem ob eorum demerita. Firmis item manentibus privilegiis in ipsa Civitate illis de Titionibus concessis tempore gubernii illustris Marchionis Montisferrati de ipsamet Civitate.

Data Crescentini.

Bis. t. II, *f.* 424.

1414 — 15 *Octobris*

Litteræ confirmationis super præcedente concessione immunitatis favore Ticionum per Excellentissimum Philippum M. Anglum Ducem Mediolani: datæ cum narratione prout in eadem concessione.

Bis. t. II, *f.* 425.

1416 — 6 *Maii*

Venditio per fratres de Blanchis Bertolino de Becurra, de domo una in vicinia S. Laurentii cohær. d. Andreinus Cazame hæres q. d. Zaninæ viduæ, et hæredis q. d. Iacobini de Conflentia Chirurgici Vercellensis, quæ domus obnoxia erat perpetuo canoni librarum 3, solid. 3 pap. Capellæ S. Martini in Ecclesia S. Eusebii, et librarum 3, et unius caponis Hospitali Charitatis S. Laurentii.

Perg.

1416 — 18 *Septembris*

Sententia d. Antonii de Vimercate Vicarii, et Locumtenentis d. Conradi de Carretto ex Marchionibus Savonæ Potestatis Vercellensis pro d. Marchione Montisferrati qua comdemnatur d. Henricus de Ticionibus ad dimittendum Comuni ejusdem Civitatis quædam prata, et zerbida existentia inter flumina Servi, et Serveti.

Perg.

1418 — 5 *Septembris*

Civilitas cum exemptione ab oneribus per annos 10 per Comune Vercellense concessa Bartholomeo de Ocadis de Mediolano, et Zanino ejus cognato fabricatoribus molarum.

Perg.

1421 — 4 *Ianuarii*

Alia cum eadem exemptione, et per 3 annos ab onere faciendi custodias, Ioanni de Novaria data.

Perg.

1421 — 28 *Ianuarii*

Alia ut supra Antonio, et Vercellino fratribus filiis q. Ioannis Beccati de Mota Alciatorum.

Perg.

1421 — 11 *Martii*

Alia Laurentio Marcono de Crema.

Perg.

1421 — 15 *Martii*

Alia Iacobino Croso de Quinto.

Perg.

1421 — 15 *Octobris*

Litteræ Philippi Mariæ Ducis Mediolani quibus reddit Civitatem Vercellensem per annos 20 immunem a quibuscumque taleis, taxis, præstitis, oneribus realibus, et personalibus, et mixtis, ac gabella imbottaturæ: reservatis tantum ipsi Duci Dacitis, pedagiis, et gabellis ordinariis: sub onere Civitati solvendi annualiter florenos 200 pro imbottato, et manutenendi Servum in suo cursu solito.

Perg.

1421 — 7.....

Civilitas cum immunitate Antonii de Grate Marzario per Comune Vercellense concessa.

Perg.

1421 — 16 *Decembris*

Alia cum exemptione item per annos 10 Antonio, et Paolino Fratribus de Rapa de Quinto qui ab ipso loco, per Ducem Sabaudiæ possesso se absentare volebant pro habitando in loco Carezanæ jurisdictionis Vercellensis inhabitato a longo tempore propter guerras.

Perg.

1421 — 26 *Decembris*

Alia cum immunitate per tres annos Guilielmo Veilote de Rovasenda territorii Comitis Sabaudiæ.

Perg.

1422 — 16 *Novembris*

Procura ad lites Comunis Vercellensis in quosdam Causidicos Mediolani.

Perg.

1422 — 20 *Novembris*

Compromissum in Causa inter Comune Vercellense, et quosdam dominos de Ticionibus super quæstione juris cristarum, et costarum adjacentium muris ipsius Civitatis, ac fossatorum, et piscariæ in ipsis fossatis, aliarumque honorantiarum ipsis nobilibus spectantium: nec non super insulis, pratis, et glareis circa flumen Servum, et inter ipsum et Rugiam Badoni.

Bis. t. II, *f.* 433.

1422 — 23 *Novembris*

Ratificatio ejusdem Compromissi per nobilem d. Antoninam viduam q. d. Ricardi q. Augustini de Ticionibus uti tutricem Francisci ejus, et dicti q. Ricardi filii.

Bis. t. II, *f.* 434.

1422 — 25 *Novembris*

Sententia arbitramentalis lata in præmissa causa qua declaratur inter cætera debere compensari fictum occasione bulletarum cum aliis creditis ipsorum de Ticionibus; et glareas, et prata, salvis modiis 14, spectare Comuni Vercellensi, quoad vero cristas, costolas, fossata, piscarias, et honorantias distribuantur hinc inde.

Bis. t. II, *f.* 434.

1423 — 22 *Ianuarii*

Breve Martini V Papæ quo committit Abbati S. Stephani cognitionem, et decisionem super quibusdam controversiis inter Comune Vercellense, et tenementarios prædiorum Beneficii S. Mariæ Pontis Servi et Rectorem ipsius Beneficii.

Dat. anno Pontificatus ejus sexto.

Perg.

1423 — 12 *Februarii*

Civilitas cum immunitate perpetua, exceptis custodiis nocturnis Civitatis per Comune Vercellense Melchioni de Badaloco territorii Ducis Sabaudiæ.

Perg.

1423 — 27 *Iunii*

Civilitas cum immunitate perpetua per Comune Vercellense concessa Christophoro de Chairate dorerio, et Malacrino Mediolanensi: cum exemptione a guardiis nocturnis per annos tres tantum.

Perg.

1423 — 28 *Novembris*

Alia cum exemptione perpetua, exceptis guardiis nocturnis, Ubertino q. Antonii Pigleti de Rovaxenda territorii Ducis Sabaudiæ.

Perg.

1424 — 17 *Februarii*

Alia favore Peroti, Antonii, et Ambroxii fratrum de loco Silavengi.

Perg.

1425 — 18 *Ianuarii* — 9-19-27 *Februarii* — 14 *Martii*

Aliæ ut supra diversis hominibus cum una immunitate cuidam ob num. 13 filiorum.

Perg.

1425 — 25 *Martii*

Investitura per Comune Vercellense concessa d. Iacobo q. Ricardi de Ticionibus de Molendino Badoni cum suis ædificiis, terris, acqueductu etc. existente ubi dicitur ultra Servum, ad motam S. Mariæ Pontis Servi sub annuo fictu stariorum 6 frumenti, stariorum 6 sicalis, et quartaronorum duorum maronorum, et buttarum 2 vini.

Bis. t. II, *f.* 436.

1425 — 26 *Martii*

Investitura per dominos Manfredum de Guidalardis juris peritum, et Eusebium de Leria Sindicos, et Procuratores Comunis Vercellensis, domino Eusebio de Moxo Notario f. q. domini Bertolonis de quadam parva insula in Cantarana, sub annuo fictu, seu canone libræ unius pap.

Perg.

1425 — 7 *Augusti*

Conventiones Civitatis Vercellensis cum Guilielmo Volato de Rovaxenda, ejusque filiis quibus immunitas conceditur, et ipsi se obligant manutenere, et preparare clusas Rugiæ provenientis a finibus Olcenengi usque ad Portam Stratæ ejusdem Civitatis ita ut non det damna Monasterio Mulegii.

Perg.

1425 — 24 *Septembris*

Civilitas cum immunitate, exceptis guardiis nocturnis, Antonio Besucio de Tridino jurisdictionis d. Marchionis Montisferrati.

Perg.

1426 — 12 *Maii*

Alia Paulo de Crispis Mediolanensi artem frustaniæ exercente cum immunitate per decem annos.

Perg.

1426 — 30 *Septembris*

Investitura per illustrem Amedeum Ducem Sabaudiæ post occupationem Blatini, et Borianæ, concessa per feudum pro masculis nobilibus dominis Carando, Eusebio Ioanni, et Bartolomeo, nomine etiam d. Emanuelis eorum patris, ac Petro, et Emanuele filiis alterius Petri, omnibus de Blatino pro eorum portionibus contingentibus dictorum Castrorum, et locorum Blatini, et Borianæ.

Ibi altera unita 1490, 3 Nov. de homagio præstito per nobiles dominos Antonium, Sulpicium, et Bartholomeum f. q. nobilis d. Petri ex dominis Blatini, et Borianæ erga dominam Blancam Ducissam Sabaudiæ matrem, et tutricem Caroli Ioannis Amedei Ducis.

Perg.

1427 — 7 *Octobris*

Quitatio Comunis Vercellensis favore d. Iacobi q. Ricardi de Ticionibus pro fictu molendini Badoni.

Bis. t. II, *f.* 285.

1427 — 2 *Decembris*

Donatio facta per illustrem Principem Philippum M. Anglum Ducem Mediolani, Papiæ, Angleriæque Comitem, et Ianuæ dominum natum q. Principis Galeatii Vicecomitis: mediis personis ejus Procuratorum, scilicet dominis Bartholomeo Ecclesiæ Mediolanensis Archiepiscopo, fratre Philippo de Provanis magistro domus S. Antonii Mediolanensis, Frangnino de Castilliono Conciliario, et Lodovico Troto Segretario ejusdem Ducis per procuram diei 3 Novembris Illustri d. Amedeo Duci Sabaudiæ, primo, seu ejus Procuratoribus d. Humberto bastardo de Sabaudia, Gaspardo de Monte majore, Manfredo ex Marchionibus Saluciarum Marescallo Sabaudiæ, et Petro Marchiando legum doctore Ambasciatoribus, et Procuratoribus ejusdem ex procura 25 Octobris, attentis benemeritis, et obbligationibus propter auxilia tempore guerrarum præteritarum, de

Civitate scilicet Vercellensi, cum ejus districtu, ac villis, et castris ei pertinentibus tam ultra quam citra Sicidam: pacto apposito, quod si aliqua differentia oriatur, tractari debeat per Arbitros prout conventum est in tractatu ligæ hodie inter ipsas partes concluso. Commendando nobiles de Ticionibus eidem Duci Sabaudiæ, scilicet, qui in obedientiam ejus venient. Item, pacto, quod si matrimonium — inter illustrem damicellam Mariam primogenitam — ejusdem d. Ducis, ac ipsum Ducem Mediolani, effectum non habuerit, irrita esse debeat hæc donatio; nihilominus vero liga hodie contracta vim suam habere debeat, ac pactum de non alienanda Civitate Astensi. Item quod Crescentinum recognosci debeat a Duce Sabaudiæ.

Actum in Civitate Taurini, in domo Episcopali.

Perg. — Bis. t. II, *f.* 285.

1428 — 24 *Martii*

Præceptum d. j. ut. Doctoris Georgii de Albano Iudicis generalis Pedemontis, Potestatibus, Castellanis, Officiariis, Sindicis, et Consulibus locorum Albani, Gregii, Arborii, Ghislarengi, Lentæ, Gatinariæ, Burgi Serravallis, Sostegni, Vintebii, Rovaxendæ, Castelletti, Viveroni, Cabaliate, Saluzoliæ, Montisgrandi, Bugellæ, Olcenengi, et Montonarii, quatenus recognoscere deberent substitutos per Henriotum de Moxo Vercellensem Exactorem generalem pedagii, mercandiarum, introitus, et transitus salis, et grani in districtu Civitatis Vercellensis.

Perg.

1428 — 19 *Aprilis*

Civilitas per Comune Vercellense concessa Bassiano Zecco de Laude, cum exemptione ab oneribus per decennium, a guardiis Civitatis, tamen per triennium tantum.

Perg.

1428 — 17 *Iulii*

Litteræ patentes d. Amedei Ducis Sabaudiæ, quibus concedit Civitati Vercellensi reunionem terrarum, ac locorum quæ fuerant de ejus districtu, et prout erant tempore mortis Ioannnis Galeatii primi Ducis Mediolani, tam in causis civilibus quam criminalibus: annullando acta, et processus facta per Castellanum S. Agathæ, et Potestatem Bugellæ, aliosque Officiales a die quo ipse d. Dux accepit possessionem Civitatis Vercellarum. Prohibendo insuper sub pœna florenorum 10 auri cuicumque nominandi factiones Guelpham, et Gibellinam perniciosissimas

olim mundo, et specialiter ipsi Civitati, confirmando statuta, et consuetudines ejusdem Civitatis, et committendo Potestati procurandi recuperationem ipsi districtui de loco Gazii.

Perg.

1428 — 25 *Octobris*

Aliæ Patentes Principis Pedemontium Amedei Locumtenentis generalis citra montes Illus. d. Ducis Sabaudiæ ejus patris, quibus concedit Civitati Vercellensi in perpetuo redditus Pontis Servi, ita tamen quod teneatur ad manutentionem ipsius ad commodum itinerantium.

Perg.

1429 — 7 *Ianuarii*

Renuntiatio per d. Zeorginam f. q. Ioannis q. Bartholomei de Mortario futuram uxorem d. Dominici de Zove de Palestro facta favore diversorum de Mortario ejus agnatorum, mediante dote ei constituta de florenis 150 auri, ad rationem librarum 3, solid. 4 tertiolorum.

Perg.

1430 — 16 *Iunii*

Concessio immunitatis a dimidio æstimi Francexiæ uxori Zanini de Bove, attenta eorum paupertate, usque ad compilationem novi æstimi.

Perg.

1431 — 28 *Februarii*

Procura in diversos facta per Comune Vercellenses ad appellandum ad spectabilem d. j. ut. Doctorem Georgium de Albano judicem generalem Pedemontis a quadam Sententia lata per Vicarium Civitatis in favorem Ticionum prætendentium se immunes ab oneribus.

Perg.

1431 — 24 *Martii*

Sententia favore dominorum de Colobiano super recatu quorumdam prædiorum super finibus ejusdem loci possessorum per dominas Margaritam, et Annam filias et hæredes q. d. Facii de Advocatis de Colobiano.

Perg.

1431 — 23 *Maii*

Concessio immunitatis, cum civilitate per Comune Vercellense, favore Ubertini Senatorii factoris in loco Tonci territorii d. Marchionis Montisferrati.

Perg.

1432 — 16 *Februarii*

Privilegium Ducale quod forenses possint venire ad habitandum in Civitate Vercellensi cum immunitate per decennium ab oneribus, salvis Dacitis, Gabellis, et custodiis, salvo pro possessionibus quas acquisiverint.

Perg.

1433 — 15 *Februarii*

Sententia Consilii Ducalis in gradu appellationis confirmans aliam d. Georgii de Albano Iudicis generalis Pedemontium in favorem Civitatis Vercellensis contra dominos de Ticionibus. Cum litteris executorialibus ejusdem.

Perg.

1434 — 29 *Maii*

Declaratoriæ d. Ducis Amedei super controversiis inter Civitatem Vercellensem, et terras sui districtus super jurisdictione ipsarum statuendo quod loca Praroli, Pezanæ, Carisianæ, Stropianæ, Balzolæ, Pertengi, Costanzanæ, Ronsichi, Lignanæ, Venariæ, et Larizate: ac Alicis, Serravallis, Salaschi, Dorzani, Olcenengi, Quinti, Casanovæ, Albani, Arborii, Ghislarengi, Lentæ, Mottæ Alciatorum, Montisbelluardi, Castelloni, Massaziæ, Vitignate, Nibionis, Montonarii, Arelii, Viancini, Rovaxeni, et Capriaschi, subesse debeant jurisdictioni, et Potestati Civitatis Vercellarum; loca autem Triverii, Cozolæ, Sustegni, Lessonæ, Moxii, Biolii, Clavaxiæ, Benæ, et Sordevoli, jurisdictioni, et Potestati Bugellensi: loca vero Cerrionis, Montis joveti, Zubienæ, Donati, Ponderani, Quareniæ, Cerreti, Valdengi, et Aviliani cum loco Rovaxendæ subjaceant jurisdictioni dominorum de Advocatis, et dominorum de Rovaxenda: juxta eorum investituras. Loca vero Cabaliate, Saluzoliæ, et Gattinariæ subjaceant Potestatibus deputandis eis per d. Ducem: et loca Salæ, Sandiliani, Viveroni, et Ropoli subjacere debeant jurisdictioni Iudicis generalis Pedemontis.

Perg.

1435 — 30 *Martii*

Investitura per Rectorem S. Michaelis Georgio Lavarino de petia una in Lausolio finium Vercellarum sub annuo canone grossorum 9, denariorum 8 imper. monetæ Mediolanensis, sive solid. 50 pap.

Perg.

1436 — 25 *Iunii*

Investitura per emphiteusim concessa per Comune Vercellense de tertia parte dimidii Castri Riparum, ac medietate Molendini sub canone stariorum 6, quartaronum 3 frumenti, favore d. Iacobi Ticioni filii emancipati d. Henrioti, bona caducata, ob alienationem sine licentia factam per ipsos d. Henriotum, ac Bertolinum fratres filios q. d. Gabrielis de Ticionibus in dominos Comites Franchinum, et Antonium fratres de Rusconibus de Cumis, seu in dominam Blanchinam Ticionam uxorem q. d. Ioanoli Rusconi uti in personas non subditas Civitati juxta Statuta.

Perg.

1438 — 3 *Septembris*

Alia investitura per Rectorem Georgium de Cocorella de domo una sub canone grossorum 10 Mediolani ad rationem..... 24 pro grosso.

Perg.

1438 — 10 *Decembris*

Alia de domo pro canone solid. 30 pap. sive 20 tertiolorum.

Perg.

1439 — 25 *Iunii*

Conventio inter Civitatem Vercellensem, et d. Ioannem q. Simonis de Advocatis Cerreti super Rugia extrahenda a fluminibus Servi, Elvi, et Sicidæ usque ad Civitatem, super qua possit ipse d. Ioannes construere molendina, solvendo canonem grossorum 8.

1439 — 20 *Augusti*

Relatio Potestatis super facultate Comunis Vercellensis concedendi extractionem aquarum, etsi flumina essent de regalibus Principis, prout semper usa fuit, et utantur aliæ Civitates sub dominio Ducis Mediolani sub quo olim et ipsa Civitas.

Perg.

1439 — 3 *Septembris*

Litteræ d. Ludovici de Sabaudia Principis Pedemontis, ac Locumtenentis generalis d. Ducis patris sui, quibus sine præjudicio Iurium Civitatis Vercellensis, et ne præjudicetur juribus patris sui, concedit mediantibus 60 florenis parvi ponderis, præfato Ioanni de Cerreto, et Iacobo de Margaria, ac Dominico de Advocatis Quinti facultatem extrahendi aquas ut supra in territoriis Colobiani, Quinti, Albellionis, Carexanæ, et suburbio Civitatis, ac construendi molendina, et ædificia.

Perg. unita præcedenti.

1439 — 19 *Novembris*

Acta Abbatiæ Locedii contra Civitatem Vercellarum ratione immunitatis ab oneribus, specialiter pro Grangia Gazii ubi producuntur documenta 1215 — 1238 — 1318 — 1338. Incompleta, et finientia in Instrumento Convocatus Monasterii ejusdem Abbatiæ 18 Ianuarii 1440. Aliud Convocatum Abbatiæ pro aquis Montonarii.

Perg.

1440 . . . . .

Compromissum inter Ioannem de Pergamo q. Antonii, et Balzarinum ejus fratrem, ac Adaminum eorum agnatum cum quitatione, et fine facta de omnibus controversiis sub 1441, 4 Ianuarii.

Perg.

1440 — 19 *Martii*

Ducales revocationes, per Ducem Ludovicum, quorumdam Commissariorum generalium cum ordinamento quod deinceps procedi non possit, nisi forma juris servata, et sumptis prius informationibus, nisi in casu quo dubitaretur de fuga delinquentium.

FINIS.

UNIVERSITY OF ILLINOIS-URBANA
Q. 945.114 C113 C001
Summarium monumentorum omnium quae in te
3 0112 089746561